OMNIA
CVM DEO

Philos

Petri Andreæ

MATTHIOLI

SENENSIS, MEDICI,

COMPENDIVM

De Plantis omnibus, vnà cum earum iconibus, de quibus scripsit suis in commentariis in Dioscoridem editis, in eorum studiosorum commodum, atque vsum; qui Plantis conquirendis, ac indagandis student.

ACCESSIT PRÆTEREA AD CALCEM

Opusculum de itinere, quo è Verona in Baldum montem Plantarum refertissimum itur; iisdem studiosis vtilissimum.

FRANCISCO CALCEOLARIO *Pharmacopæo Veronensi auctore.*

Quæ quàm sint studiosæ posteritati profutura; ex epistolis in huiusce operis initio editis, facile patebit.

Venetiis, In Officina Valgrisiana. MDLXXI.

SERENISSIMO PRINCIPI
FERDINANDO ARCHID. AVSTRIAE,
DVCI BVRGVNDIÆ, &c.
COMITI TYROLIS, &c.
Domino suo clementissimo.

TAMETSI ingraueſcente iam ætate decreuiſſem SERENISS. PRINCEPS, omiſſis ſtudiis ac lucubrationibus, quod vitæ reliquum erat, in otio atq; animi, & corporis tranquillitate tranſigere, cùm tamen ab ipſis primordiis is à natura ſim factus, qui ſemper putem, ſi tantum poſſem, ſtudioſam iuuare poſteritatem, non potui meam non immutare ſententiam, nec multorum precibus non indulgere. Nam cùm non pauci, qui diſcendæ medicæ materiæ magno, ac feruenti tenentur deſiderio, me ſæpe rogarent, vt in eorum gratiam atq; vſum Compendium cõſcriberem, in quo plantarum icones cum nominibus, & compendioſa earum hiſtoria extarent, vt eo duce quæcũque loca vbi ſtirpes proueniant, tutò ad eas noſcendas indagandasq; adire poſſent, ne de ſua ipſorum in me confidentia fruſtrarentur, Compendium hoc in eorum vſum cõſcribere decreui, quod quãuis ſuccincto ac Laconico ſermone conſcriptum videatur, erit tamen (ni fallor) & gratum, & perutile, non ſolum iis qui indagandis, noſcendisq; ſimplicibus medicamentis, nauant operam, ſed iis quoque, qui hanc facultatem iam adepti, publicè morbis omnibus paſſim medentur. Siquidem in hoc plantarum Compendio non ſolum earundem

omnium nomina, diuerſarum nationum idiomate conſcripta ſpectabuntur, & hiſtoriæ, ac quibus oriantur in locis, vt à me ſtudioſi poſtulabant. Sed etiam qualitates cùm primæ, tum ſecundæ, ac tertiæ & omnium quoque vires, ac ſingularia quædam noſtra auxilia compendiosè deſcripta ſunt. Cæterùm vbi quiſpiam plura, melioraque legere concupierit, ad noſtra ampliſſima in Dioſcoridem cõmentaria ſe conferre poterit, vbi (vt ſpero) quæ deſiderabit inueniet. Atqui cum in adeo magnam molem opus illud excreuerit, vt haud commodè hincinde circũferri poſſit, non ſanè abſque ratione rogarunt me ſtudioſi, de quibus diximus, vt Compendium conſcriberem. quod cùm rectè factum iri cognouerim, eò quoque libentius ad eum conſcribendum me appuli, vt noſcat futura poſteritas quot modis Matthiolus illam iuuare contenderit. Verùm quoniam apud omnes ſcriptores mos inualuit, vt ſub magnorum Principum, Heroumque nominibus, & auſpiciis, ſua ſcripta quique in lucem producant, cùm ego quoque idipſum inſtitutum ſim ſemper ſequutus, haud aliis iuſtius, & rectius compendium hoc meum conſacrare potui, quàm tuæ Ampliſſimæ Celſitudini, quòd iam in ſextum decimum annum in eius corporis cura (quæ ſua eſt clementia, & optima de me opinio) primarij Medici munere fungar. Huc accedit, quòd quicquid eſt meæ ſubſtantiæ, & facultatum, id ſanè omne tuæ Celſitudini acceptum referre poſſum. Quin etiam eiuſdem liberalitate, beneficentia ac dilectione foueor, ſubſtentor, & alor. Siquidem hæc me multis modis, ſi haud ad reponendam gratiam, ſaltem ad declarandam gratitudinem, vel gratitudinis conatum me reum ſtatuunt. quare cùm Celſitudini tuæ mea hæc, qualiacunque ſint, ei iure debeantur, eam ſuppliciter peto, vt haſce meas lucubrationes, & plantarum veluti manipularem libellum alacriter ac benignè excipere, meque in hac laboribus confectâ

fecta ætate, ſuo patrocinio, gratia, & fauore proſequi, ac tueri non deſinat. Viciſſim ego, quæ fidelem ſeruitorem, & Clientem decent, ſumma fide, ac voluntate, pro virili mea vſque ad occaſum vitæ meæ me præſtiturum polliceor, meq; totum tuæ Celſitudini dedo, ac voueo. quam Deus Opt.Max. incolumen, & modis omnibus florentem quàm diutiſſimè conſeruet.

E. Sereniſs. Celſitudinis tuæ

Fidelis & humilis Seruitor

Petrus Andreas Matthiolus.

PETRVS ANDR. MATTHIOLVS
SENENSIS, MEDICVS,

Franc. Calceolario Pharmacopœo Veronensi. S. P. D.

QVOD *iam diu desiderasti compendium à nobis conscriptum de Plantis omnibus de quibus diffusè satis in commentariis nostris in Dioscoridem meminimus ; in eorum studiosorum vsum, qui indagandis, noscendisq; legitimis simplicibus nauãt operam, iam pridem absolui, ac propediem typis excudendum mittam. Quamobrem tuum opusculum quod de itinere è Verona in Baldum montem omnium ferè fama percelebrem, & plantarum refertissimum ad me misisti, illi statim adnectendum curabo. Scio enim me hoc tuo libello apud multos bonos viros beneuolentiam longè maiorem inituru, si etiam præter descriptas plantas, locum ostendam vbi eæ copiosissimæ ac non vulgares inueniantur. Ceterum id magis eos, & tibi, & mihi beneuolos reddet, q; in ipso tuo opusculo non solum itinerandi normam tradideris, sed vniuersas quoq; plantas descripseris, quæ vnicuique montis ipsius loco ab imo ad summum gradatim enascuntur. Erit enim hoc omnibus adeo gratum, vt tibi senserint te ab inuidis morderi, existimationem tuam, probitatem, synceritatem, atq; doctrinam modis omnibus tuebuntur, ita vt tibi honori, & studiosis vtilitati libellus iste tuus sit futurus, præsertim cum me ipsum habeas promotorem, ac defensorem. Scio enim abs te non solum me amari plurimum, sed præ cæteris etiam obseruari. Ego verò vt de mea in te propensione, ob tuarum, nempe synceritatis, fidei, solertiæ, peritiæ, diligentiæq; meritum ali quid dicam in obtrectatorum tuorum censuram. admiror sanè quàm maximè valeas in componendis absque omni fraude medicamentis, & ijs præsertim, quæ à clarissimis olim medicis magnis Imperatoribus parabantur. vt latius, & diffusius in commentarijs nostris in Dioscoridem, de tua admirabili Theriaca libro sexto præfati sumus. Scio tamen meis laudibus ibidem conscriptis, & tibi, & mihi inuidos complures comparatos, qui aliorum uirtutibus insidiantur. At cùm inuidia virtuti perpetuò sese opponat, & tandem inuidos ipsos quodam ueluti marasmo conficiat, eorum maledicentium minimè curare debemus. Scio ego non deesse pharmacopæos, non in Italia solùm, sed in alijs quoque exteris regionibus, qui legitimorum simplicium peritiam habent, & in componendis, parandisq; medicamentis exercitatissimi sunt, adeò vt possint rectè & Theriacam, & cætera generosa antidota parare : de quorum laudibus possem quoq; multa scribere si mihi cum ijs perinde ac tecum intercederet consuetudo. &*

medica-

medicamentorum, quæ ab ijs parãtur, certam aliquam haberem notitiam. Sed cum id haud mihi fateri liceat alijs eorum laudes describendas relinquo, & te præcæteris laudandum, promouendumq; mihi proponam: seruata tamen cæterorum fama, fide, peritia, ac sedulitate. Cæterùm si quis (quisquis ille fuerit) de mea fide dubitauerit, tutus ad te accedat, tecum loquatur, tuaq; omnia uideat & examinet, non tamen malignis, ac distortis oculis, sed claris & apertis. Hoc si fecerit, cognoscet quidem apertissimè, non immeritò à Matthiolo laudari Calceolarium, & eius antidota præ cæteris commendari. Intrent penetrentq;, qui selectissima omne genus medicamenta noscere, ac manibus tractare cupiunt in tuum Musæum; in quo prætiosa, ac rara recondis. Apertum enim illud inuenient (quę tua est cum omnibus liberalitas.) & te ad omnia videnda ostensorem habebunt. Quid dicent cùm viderint, quæ ego vidi; Et probaui apud te tantum? Mirabunturne? profectò mirabũtur, & præ stupore obmutescent. cum inspexerint costum, Amomum, Aspalatum, Calamum odoratum, Folium, & quod magis mirum est, etiam Opobalsamum. Videbunt præterea fossilium complurium varia genera, ipsaq; admodum rara, & permulta quoque naturæ miracula, nempe plantas animaliaq; in lapides multiplices versa, & alia non minus monstrosa, à te adeò diligenter asseruata, & in ordinem digesta, vt omnes, qui tam rara tamq; præciosa monumenta inspexere, summoperè stupeant. Taceo rara admodum animalia, quæ inibi summo artificio arefacta spectantur. Taceo peregrinas, & nouas plantas, fructus radices semina, quæ è remotissimis terrarum locis delata sunt, ne maiorẽ tibi inuidiam pariam. Quæ omnia magno sumptu, & labore tibi comparasti non tam lucri faciendi causa, quàm iuuandæ Reipublicæ, & famæ consequendæ desiderio. Prætereo quoque, quæ in tuo Myropolio mirifica asseruas antidota. Theriacam, inquã, iam omnibus celebrem, Mithridaticam antidotum illam regiam, atque antidotum etiam illam nostram, & nostrum de Scorpionibus oleum, quæ tibi & mihi tam diligenter, fide literq; parasti, vt nihil addi possit. Præclarus es pharmacopæus. præclarus, & acerrimus simplicium indagator, ac censor, cur ergo curas uitilitigatorum insidias? Velim omnino ne cures, cùm tibi nihil officere queant. Non desunt tibi (mihi crede) medicæ materiæ periti, qui sua tantum autoritate te ipsum, & tua omnia tuebuntur. Scio ego non deesse eruditissimos medicos, quibus ex commentariorum nostrorum lectione ingens tua probitas, ac in parandis Antidotis peritia innotuit. qui cõfectis difficillimis, ac longis itineribus ad te profecti sunt non modo vt te de facie cognoscerent, sed vt à te veluti ab Andromacho, & Galeno, Theriacam, & alia complura generosa antidota consequi possent. Inter quos licebit mihi nunc hîc commemorare Ioan. Baptistam Nocetum Pontremolensem & Ioan. Baptistam Oliuum Cremonensem Medicos sanè ac viros, singulari doctrina illustres, & materiæ medicæ peritos, qui suis literis se mul-

tum mihi debere fassi sunt, quòd ex commentariis nostris illis innotueris, te in uiserint, & præclarissima antidota abs te acceperint. Taceo laudes, quibus multis encomijs te prosequuti sunt, & quæ de his, quæ apud te viderunt, enarrant. Miranda enim sunt quæ de te scribunt, ac de tuorum medicamentorum miraculis. Prætermittam & ego quoque, quæ de mirificis Theriacæ tuæ operibus dici possent, quod tamen non facerem nisi id prius in commentariis nostris in Dioscoridem præstitissem. Quin etiam cùm Antidotus ipsa iam vbique de se, suaq; ipsius præstantia dicat, loquatur, & prædicet, non est vt de ea plura præfari contendam. Hoc tantum addam nescire Matthiolum, ubi ei parem adinuenias. Facinus esset magnum si ea velim in hominum vsum promouere, quæ scirem non carere impostluris, vt quidam fortasse faciunt. Quin etiam haud minus facinus esset, si quæ scirem ad conseruandam tuendamq; hominum vitam profutura, eadem non promouerem, & laudibus non commendarem. sed ne longius tuas prosequar laudes, & ne tam amplo meæ in te beneuolentiæ animo inuidorum aures obtundam, cætera tacere decreui, de quibus præclarissimi Medici Veronenses, qui omnibus ferè horis tecum versantur & viuunt, longè melius ac diffusius quàm ego testari poterunt. Tu verò, vt semper soles, diligenter cura, vt antidotum & oleum nostrum de scorpionibus contra venena, & virulentorum animaliuum ictus, quorum parandi rationem in commentariis nostris descripsimus, ad finem deducantur. Si quidem tametsi Romæ non desint, qui hæc iam passim parent in multorum Heroum gratiam, & vsum, sunt tamen eorum plerique, qui sæpe suis literis ad me datis antidota ipsa à me petant, quod sibi omnino persuadeant, quę à nostris prodeunt manibus cęteris fore pręstantiora. Bene vale. Tridenti, Idibus Ianuarij. M D LXXI.

CATALOGVS IMAGINVM PLANTARVM,

quę in hoc Compendio continentur.

Quas omnes, vt commodius inueniri queant, è libro in librum, ita digeſſimus.

Excell. Borgarutij à Borgarutijs, in vniuerſum plantarum Compendium, diſtichon.

Nomina, forma, locus, quod ſit genus, atque facultas
Herbarum, exiguo, dabitur nunc noſſe libello.

IN LIB. I.

BIES 37
Acacia 87
Acacia altera 88
Acorum verum 4
Acorum falſum 5
Acuta ſpina 69
Alnus 53
Amygdalæ 147
Aquifolium 68
Arbutus 146
Armeniaca mala maiora. 125
Armeniaca mala min. 126
Arundo 57
Arundo paluſtris 58
Aſarum 14
Aſarina 15
Auellanę Indicæ 155
Aurantia mala 129
BETVLA 54
Berberis vulgaris, ſiue Creſpinus 70
Buxus 85
CALAMVS *odoratus* 22
Cardamomum 8
Carpinus 56
Caſſia ſolutiua 19
Caſtaneæ 100
Caſtaneæ equinæ 101
Cedrus 44
Cedrus Phœnicia 45
Cedrus Lycia 46
Ceraſa 117
Ceraſa racemoſa 118
Ceraſa auſtera 119
Chamęceraſus 120
Ciſtus 78
Ciſtus fœmina 79
Citria mala, ſiue medica. 127
Cornus 137
Cotinus 105
Cotonea 123
Crocum 25
Cuciophera 111
Cupreſſus 40
Cyperus 7
ELEAGNOS 90
Erica 60
Erica altera 61
Erica baccifera 62
Euonymus 86
FAGVS 95
Ficus 159
Ficus Indica 160
Fraxinus 49
GALLA 102
Gelſiminum 27
HALYMVS 67
Helenium 26
Hypociſthis 80
IBERIS 162
Ilex 96
Iris 1
Iris ſylueſtris maior 2
Iris ſylueſtris minor 3
Iuncus odoratus 21
Iuniperus 41
LARIX 35
Laurus 47
Ledum 81
Lentiſcus 38
Liguſtrum 73
Limonia mala 128
Lotus, ſiue Celtis 134
Lotus Africana altera, ſiue loti Aphricanæ ſpecies 136
Lycium 83
Lycium Italicum 84
MAHALEB 75
Malum punicum 122
Mala 122
Meſpilus prima 132
Meſpilus vulgaris 133
Meum 6
Morus 156
Muſa 109
Muſa cum fructu 22
Muſcus arboreus 23
Muſcus terreſtris 24
Myrica 59
Myrthus 113
Myrthus Tarentina 114
Myrthus exotica 115
Myrtillus 116
NARDVS *Indica* 9
Nardus Celtica 10
Nardus montana 11
Nuces auellanæ 154
Nux iuglans 150
Nux Indica 151
Nux myriſtica 152
Nux metella 153
OLEA *ſylueſtris* 92
Olea domeſtica 93
PALMA 106

Palma

Palma élate 107
Palma minor 108
Persea 161
Persica 124
Phu maius 16
Phu minus 17
Phu minimum 18
Picea 36
Pinus 29
Pinus syluestris montana folio 30
Pinus syluestris altera, mugo dicta 31
Pinus syluestris cembro 32
Pinus maritimæ primum genus 33
Pinus maritimæ secundum genus 34
Pistachia 148
Pyra 131
Phyllirea 74
Phellodrys 99
Platanus 48
Poma Adami 130
Populus alba 50
Populus nigra 51
Populus Lybica 52
Prunus 142
Prunus syluestris 143
Pseudonardus 12
Pseudonardus fœmina, siue Lauendula 13
Pseudolotus 135
Pseudosycomorus 158
QVERCVS 94
RHAMNVS 63
Rhamnus ij. 64
Rhamnus iij 65
Rhus 103
Ribes vulgaris 72
Rosa 82
SABINA 42
Sabina sterilis 43
Salix 91
Sebesten 144
Siliquæ 121
Sorba 139
Sorbus syluestris 140
Sorbus torminalis 141
Spina infectoria 66
Staphylodendron, siue Pistacia agrestia 149
Styrax 28
Suber 97
Suber aliud 98
Sycomorus 157
TEREBINTHVS 39
Tilia mas 76
Tilia fœmina 77
VIBVRNVM 104
Virga sanguinea 138
Vitex 89
Vlmus 55
Vua spina 71
ZIZIPHA 145

Valeriana.

IN LIB. II.

ALLIVM 304
Allium anguinum 305
Allium vrsinum 306
Ampeloprasum 299
Anagallis mas 360
Anagallis fœmina 361
Anemone 354
Anemone ij. 355
Anemone iij. 356
Anemone iiij. 357
Anemone v. 358
Anguria 271
Aphaca 295
Aquileia, seu Aquilina 368
Arabis, siue Draba 317
Aracus 185
Arisarum 340
Arisarum alterum 341
Arum Aegyptium 187
Arum 337
Arum minus 338
Asparagus 233
Asparagus syluestris 234
Atriplex 217
Atriplex syluestris j. 218
Atriplex syluestris ij. 219
Atriplex syluestris iij. 220
Atriplex marina 221
Aucna 169
Auricula muris 371
BARBVLA *hirci* 286
Barbula hirci ij. 287
Beta alba 228
Beta nigra 229
Beta rubra 230
Blitum 210
Blitum rubrum minus 211
Blitum album 212
Bonus Henricus 339
Brassica leuis 224
Brassica crispa 225
Brassica capitata 226
Brassica marina 227
Bulbus vomitorius 343
Bursa pastoris 316
CAEPA
Cæpa fœtilis 301
Cæpa fissilis 302
Cæpa Ascalonia 303
Capparis 345
Caryophilli 323
Caryophilli flores domestici folio 324
Caryophilli flores syluestres folio 325
Caucalis 279
Cerefolium 276
Chelidonium maius 336
Chelidonium minus 367
Cicer 181
Cicer syluestr. 182
Cichorium 257
Cichorium verrucarium, siue Zacintha 260
Cichorium Constantinopolitanum 261
Condrilla 264
Condrilla altera 265
Coronopus 249
Coronopus syluestris 250
Chrithmum 245
Chritmum ij. 246
Chrithmum iij. 247
Chrithmum iiij. 248
Cucurbita 266
Cucurbita Indica 267
Cucurbita satiua 268
Cucumis longus 269
Cyanus maior 262
Cyanus minor 263
Cyclaminus 331
DENS *Leonis* 259

Dracun-

Dracunculus maior 332
Dracunculus minor 333
Dracunculus aquaticus 334
Dracunculus hortensis 335
ERVCA 280
Eruca sylueſtris 281
Erium 192
FABA 183
Faba sylueſtris 184
Faba Aegyptia 186
Fœnum græcum 177
Frumentum Indicum
Frumentum Saracenicum. folio 165
GINGIDIVM
Goſſipium
HASTVLA *regia, ſiue Aſphodelus* 342
Hedera 363
Hedera helix, ſiue minor. folio 364
Hedera terreſtris 365
Hippolapathum hortenſe. folio 207
Hippolapathum ſylueſtre. folio 208
Hordeum 166
Hydropiper, ſiue Perſicaria. folio 326
INTVBVS *maior* 254
Intubus minor 255
Intubus criſpa 256
Intubus ſylueſtris 258
Irio, ſiue Eriſimum 318
Irio alter vulgaris 319
Iſatis domeſtica 372
Iſatis ſylueſtris 373
KALI 223
LACTVCA 272
Lactuca floreſcens 273
Lactuca ſylueſtris 274
Lapathum 204
Lampſana 209
Lepidium Pauli, & Plinij, vulgò Piperitis 346
Lens 188
Linum 178
Linum ſylueſtre 179
Lupini 193
Lolium 176

MALVA 213
Malua arborea 214
Malua maior vnicaulis 215
Maluæ alterum genus 216
Milium 171
Milium Indicum 172

NAPVS 198
Naſturtium 311

OCIMVM 282
Ocimum ij. 283
Ocimum minus 284
Ophioglosſum 336
Oriza 170
Ornithogalum 290
Ornithogalum alterum. folio 291
Orobanches 285
Oxalis maior 205
Oxalis minor 206

PANICVM 173
Panicum ſylueſtre 174
Pecten Veneris 278
Pepon 270
Perſicaria altera 327
Piper 320
Piper Aethiopicum 321
Piper Indicum 322
Phaſeli 189
Piſum 190
Piſum minus 191
Plantago maior 235
Plantago media 236
Plantago longa 237
Plantago aquatica 238
Porrum 297
Porrum commune 298
Portulaca domeſtica 231
Portulaca ſylueſtris 232
Pſeudoſtruthium 330
Ptarmica 328
Ptarmica altera 329
Pulſatilla 359

RANVNCVLVS 348
Ranunculus ij. 349
Ranunculus iij. 350
Ranunculus iiij. 351
Ranunculus v. 352
Ranunculus vi. 353
Raphanus 199
Raphanus longus 200
Raphanus ruſticanus 201
Rapunculus 197
Rapum 194
Rapum longum 195
Rapum ſylueſtre 196

SCORZONERA *Hiſpanica. folio* 288
Scorzonera Bohemica 289
Scorodopraſum 307
Scilla 344
Segale 168
Seſamum 175
Sinapi 308
Sinapi alterum 309
Sinapi iij. 310
Siſer 202
Siſer alterum 203
Siſimbrium hortenſe 241
Siſimbrium ſylueſtre 242
Siſimbrium aquaticum 243
Siſimbrium aquaticum alterum 244
Sium verum 239
Sium vulgare 240
Sonchus 251
Sonchus lævis 252
Sonchus lęuis ij. 253
Spinachium 222
Succiſa, ſeu morſus diaboli. folio 362

TELEPHIVM, *ſiue Fabaria* 374
Thlaſpi j. 312
Thlaſpi ij. 313
Thlaſpi iij. 314
Thlaſpi iiij. 315
Traſi 292
Triticum 163
Tubera 293

VICIA 296
Viſnaga 277

ZEA 167

IN

IN LIB. III.

AGARICVM 375
Abrotanum mas. 409
Abſinthium 404
Abſinthium Ponticum 405
Abſinthium marinum 406
Abſinthium Seriphium 407
Acanthum 395
Acanthus 396
Acinus 442
Adonis 582
Aiuga altera 612
Alcea 601
Aliſma 606
Alliaria 528
Althea 599
Althea altera 600
Aloe 403
Alyſſum 498
Amaracus 438
Amaracus tenuifolia 439
Ambroſia 533
Ambroſia altera 534
Ammi 467
Anagyris 603
Anagyris altera 604
Androſæmum 609
Androſaces 575
Androſaces altera 576
Anethum 462
Aniſum 460
Anonis, ſiue Ononis 397
Anthemis, ſiue Chamæmilla 581
Aparine 439
Apiaſtrum, ſiue Meliſſophillum 513
Apium hortenſe 471
Apium paluſtre 472
Ariſtolochia 380
Ariſtolochia longa 381
Artemiſia 532
Aſcirum 608
Aſplenum 577
Atractylis 500
BACCHARIS 443
Ballote 511
Bellis maior 586
Bellis minor 587
Bellidis tres ſpecies 588
Botrys 535
Buphthalmum 585
CALAMINTHA 429
Calamintha montana 430
Calaminta aquatica 431
Campepytis 611
Cannabis 502
Carduus aculeatus 393
Carduus non aculeatus 392
Carduus lacteus 398
Carduus benedictus 501
Carota 456
Carum 461
Cæpea 605
Centaurium maius 383
Centaurium minus 384
Chamædris altera 507
Chamæleon albus 385
Chameleon niger 386
Chameleon niger alter 387
Clinopodium 502
Clinopodium alterum 503
Colutea 483
Conſolida regalis 466
Conyza 549
Conyza minor 550
Coniza iij. 551
Coriandrum 468
Coris 610
Cuminum ſatiuum 463
Cuminum ſylueſtre 464
Cuminū ſylueſtre alterū. 465
DAVCVM 480
Daucum alterum 481
Dictamnum Cretenſe 420
Dictamnum album 421
Dulcis radix 382
ELAPHOBOSCVM 478
Eryngium 400
Eryngium marinum 401
Eryngium planum 402
FERVLA 479
Fenicium 490
Filipendula 544
GALEGA, *ſeu ruta capraria* 447
Gentiana 377
Gentiana minor 378
Gentiana minima 379
Geranium 536
Geranium ij. 537
Geranium iij 538
Geranium iiij. 539
Geranium v. 540
Geranium vi. 541
Gnaphalium 542
Gratiola 413
HEMEROCALLIS 552
Hemerocallis altera 553
Hemionytis 578
Herba gattaria 432
Hieracium 469
Hieracium minus 470
Horminum 566
Horminum ſylueſtre 567
Hypericum 607
Hyſopum 412
IMPERATORIA 477
LABRVM *Veneris* 388
Labrum Veneris alterū 389
Leontopodium 504
Leucoium album & purpureum 555
Leucoium aureum 556
Leuiſticum vulgare, ſeu hipposelinum 474
Liguſticum 452
Liguſticum alterum 453
Lilium 509
Lilium conuallium 554
Lithoſpermum maius 591
Lithoſpermum minus 592
Lonchitis aſpera maior 596
Lonchitis aſpera minor 597
Lunaria minor 580
Lychnis 508
MARRVBIVM 512
Martagon 510
Marum 441
Melanthium ſatiuum 492
Melanthium ſylueſtre 493
Melanthium ſylueſtre alterum 494
Melilotus, ſiue Sertula Campana 440
Meliſſa moluca, ſiue Conſtantinopolitana 514
Meliſſa moldauica 515
Mentha 425

Mentha altera 426
Mentastrum, siue mentha syluestris 427
Mentha græca 428
Moly 448
NYMPHAEA *alba* 572
Nymphæa luthea 573
Nymphæa parua 574
ŒNANTHE j. 545
Oenanthe ij 546
Oenanthe iij. 547
Oenanthe iiij. 548
Onosma 571
Origanum 415
Origanum onitis 416
Origanum vulgare 417
PALMA *Christi maior* 562
Palma Christi minor 563
Parthenium 583
Pæonia 589
Pæonia fœmina 590
Panaces heracleum 449
Panaces Asclepium 450
Panax chironium, siue flos solis 451
Pastinaca domestica 454
Pastinaca syluestris 455
Petroselinum Macedon. 473
Peucedanum 491
Phalangium 519
Phalaris 593
Phyllitis 518
Phyllum 557
Pirethrum 484
Pirethrum alterum 485
Polium 525
Polium alterum 526
Poterium 394
Pseudodictamnum 422
Pseudolonchitis aspera 598
Pseudomelanthium
Pseudostachis 517
Pulegium 419
RHABARBARVM 376
Rosmarinum 486
Rosmarinum coronariũ 487
Rosmarinum syluestre 488
Rubia satiua 594
Rubia syluestris 595
Rutha 444
Rutha syluestris 445
Rutha syluest. harmola 446
SALVIA 423
Saluia minor 424
Satureia 434
Satureia altera 435
Satyrium 564
Satyrium Erythronium 565
Sclarea 568
Scordium 527
Securidaca maior 569
Securidaca minor 570
Semen sanctum 408
Sena 482
Serpillum 436
Serpillum alterum 437
Seseli massilienſe 457
Seseli Aethiopicum 458
Seseli Peloponense 459
Sferracauallo 579
Smirnium 475
Smirnium Creticum 476
Sphondylium 489
Spina alba 391
Stachys 516
Stœchas 414
TANACETVM 584
Testiculus j. 558
Testiculus ij. & iij. 559
Testiculus iiij. 560
Testiculus v. 561
Teucrium 505
Tragacantha 399
Tragoriganum 418
Trifolium asphaltite 520
Trifolium pratense 521
Trifoliũ pratense alterũ 522
Trifolium acetosum 523
Trinitas 524
Trissago, seu chamędris 506
Tussilago 529
Tussilago maior 530
Tussilago altera, siue Farfugium 531
Thymum 433
Typha 543
VERONICA 410
Veronica fœmina 411
Vincetossicum 499
Virga Pastoris 390
Viscum 496

IN LIB. IIII.

ACHILLEA 674
Aconitum Pardalianches 735
Aconithum Pardaliãches Plinij 736
Aconitum Pardaliãches Theophrasti 737
Aconitum Pardalianches minus 738
Aconitum pardalianches falsum 739
Aconitum ij. 740
Aconitum iij. 741
Aconitum iiij. 742
Aconitum v. 743
Aconitum VI. 744
Aconitum VII. 745
Aconitum VIII. 746
Aconitum IX. 747
Adianthum 839
Aegilops, siue festuca 842
Aegilops altera 843
Aethiopis 800
Ageratum 712
Alypum 901
Alsine 763
Amaranthus 710
Angelica 814
Angelica syluestris 815
Anchusa 658
Anchusa altera 659
Anchusa tertia 660
Antora 750
Anthirrhinum 835
Anthirrhinum ij. 836
Anthirrhinum iij. 837
Anthirrhinum iiij. 838
Apios 896
Apocynum 753
Apocynum repens 754
Aster Atticus 818
Aster Atticus alter 819
Auricula muris 633
BALSAMINA, *seu momordica* 905
Betonica 613

Balſamina alterà 906
Biſtorta 615
Blattaria 799
Bugloſſum, ſiue Borrago 826
Bugloſſum vulgare 827
Bugloſſum alterum ſylueſtre, flore nigrum 828
CALTHA 919
Cardiaca 777
Caryophillata 651
Caryophillata montana 652
Chamędaphne 854
Chamęlea 888
Chryſanthemum 711
Cicuta 751
Cirſium 817
Clematis 623
Clematis altera 624
Clematis tertia 625
Clymenum 638
Cneorum candidum 890
Colchicum 257
Colchicum orientale 758
Colocynthis 898
Conſolida media 629
Conſolida minor 630
Coccum infectorium 694
Cortuſa 653
Cnicus 912
Cucumis ſylueſtris 861
Cuſcuta 900
Cymbalaria 773
Cynocrambe 915
Cynogloſſum 829
Cynogloſſum vulgare 830
Cynogloſſum vulgare floridum 830
Cytiſus 810
DAPHNOIDES 853
Dentaria minor 631
Dentaria maior 632
Diapenſia 685
Dryopteris 911
EBVLVS 895
Echium 661
Elatine 678
Elleborum album 855
Elleborum nigrum 856
Elleborum nigrũ alterũ 857
Ephemerum 761
Epipactis, ſiue helleborũ. 804
Epithymum 899
Equiſetum 690
Equiſetum ij. 691
Equiſetum iij. 692
Equiſetum iiij. 693
Erinus 663
Eufragia 687
Eupatorium 680
Eupatorium vulgare 681
FILICVLA, *ſeu Polypodiũ. folio* 910
Filix 907
Filix fœm. 908
Flammula 626
Fragaria 686
Frangula 894
Fumaria 805
Fumaria altera 806
Fumaria corydalis 807
Fungi 756
GALIOPSIS 778
Galium 780
Geniſta 865
Gladiolus 655
Gramen 664
Gramen manna 665
Gramen alterum 666
Gramen Parnaſſi 667
Gramen aculeatum 668
HELICHRYSVM 706
Helichryſum Italicum 707
Helichryſum Creticum 708
Heliotropium maius 916
Heliotropium minus 917
Heliotropium alterum 918
Helxine 762
Herba Paris 748
Hermodactylus 759
Hiacynthus 714
Hiacynthus orientalis 715
Hiacynt. orientalis alter 716
Hippogloſſum 834
Holoſtium 634
Hypecoum 720
Hyoſcyamus 721
Hyoſcyamus albus 722
Hyoſcyamus tertius 723
IACCEA, *ſiue flos Trin.* 834
Iaccea altera 825
Iſopyrum 821
Iuncus 699
Iuncus floridus 700
LAGOPVS 650
Lathyris 884
Laurus Alexandrina 851
Laurus Alexã. altera 882
Lens paluſtris 764
Lens paluſtris altera 765
Leontopodium verum 833
Lichen 701
Limonium 647
Limonium alterum 648
Lotus vrbana 808
Lotus ſylueſtris 809
Lupulus 849
Lyſimachia 617
Lyſimachia altera 618
MANDRAGORAS 732
Mandragoras mas 733
Medium 654
Melongena 734
Mercurialis 913
Mercurialis fœmina 914
Millefolium aquaticum 788
Millefolium ſtratiotes 789
Millefolium maius 790
Muſcus marinus 783
Muſcus marin. alter Pli. 784
Myriophyllum 811
Myriophyllum alterum 812
Myrrhis 813
NAPELLVS 749
Narciſſus j. 866
Narciſſus ij. 867
Narciſſus iij. 868
Narciſſus iiij. 869
Narciſſus V. 870
Narciſſus VI. 871
Narciſſus VII. 872
Narciſſus VIII. 873
Narciſſus IX. 874
Neriũ, ſiue Rhododędrõ 755
Numularia 779
OPHRIS 859
Oſyris 845
PAPAVER *erraticum* 717
Papauer ſatiuum 718
Papauer corniculatum 719
Paronychia 704

Paronychia

Paronychia altera 705
Perfoliata 803
Perſonata maior 801
Perſonata altera 802
Peplus 885
Peplis 886
Periclymenum 639
Phœnix 688
Phyteuma 832
Piloſella 635
Pimpinella ſaxifragia 695
Pimpinella ſanguiſorba 696
Pithyuſa 883
Polygala 844
Polygonum mas 619
Polygonum fœmina 620
Polygonum minus 621
Polygonatum 622
Potamogeton 785
Potentilla 682
Primula veris 797
Primula veris altera 798
Pſeudoapios 897
Pſeudohelleborum 858
Pſeudomyagrum 816
Pſeudohermodactylus 760
Pſyllium 724
Pſyllium alterum 725
Pulmonaria 702
Pulmonaria altera 703
Pyrola 649
QVINQVEFOLIVM 683
Quinquefolium album 684
RICINVS 875
Rhodia radix 689
Rubus 675
Rubus Idæus 676
SAGITTA 786
Sagitta maior 787
Sambucus 891
Sambucus montana 892
Sambucus aquatica 893
Sanguiſorba, ſeu Pimpinella maior 697
Saxifraga 642
Saxifraga ij. 643
Saxifraga iij. 644
Saxifraga iiij. 645
Saxifragia magna 646
Scabioſa 636
Scabioſa minor 637
Scammonia 887
Scorpioides 920
Scrophularia 779
Semperuiuum maius 766
Semperuiuum minus 767
Semperuiuum minimum 768
Semperuiuũ arboreſcens 769
Sẽperuiuum arboreſcens alterum 770
Senecio 781
Senecio maius, ſiue flos S. Iacobi 782
Serratula 614
Seſamoides paruum 860
Sideritis 669
Sideritis ij. 670
Sideritis iij. 671
Sideritis iiij. 672
Smilax aſpera 846
Smilax lęuis 848
Solanum hortenſe 726
Solanum halicacabum 727
Solanum ſomniferum 729
Solanum ſomnif. alterũ 730
Solanum maius 731
Sparthium 864
Sparganium 665
Staphis agria 862
Stellaria 820
Stœchas citrina 709
Symphytum petręum 627
Symphytum maius 628
TAXVS 752
Thapſia
Tithymali 876
Tithymalus myrſinites 877
Tithymalus paralios 878
Tithymalus helioſcopius 879
Tithymalus cipariſſias 880
Tithymalus dendroides 881
Tithymalus leptophyllos 882
Tormentilla 616
Tragum 698
Tribulus 640
Tribulus aquaticus 641
Trichomanes 844
Thymęlea 889
VERBASCVM 791
Verbaſcum ij. 792
Verbaſcum iij. 793
Verbaſcum ſylueſtre 794
Verbaſcum lychnite 795
Verbaſcum aliud 796
Verbenaca 713
Veſicaria, ſiue halicacabum repens 728
Virga aurea 673
Vitis ſylueſtris 902
Vitis alba 903
Vitis nigra 904
Vitis vinifera 921
Vmbilicus Veneris 771
Vmbilicus Ven. alter 772
Vrtica 774
Vrtica ij. 775
Vrtica iij. 776
XANTHIVM 841
Xiris 657
ZARZA *parilla.* 847

Indicis Plantarum, Finis.

IRIS, Græcè Ἶρις.] Arabicè, *Asmeni iuni, & Aiersa.*] Italicè, *Giglio celeste, & Giglio pauonazzo.*] Germanicè, *Blauugilgen, Veiluurtz, & Himel Schuuertel.*] Hiſpanicè, *Lirio Cardeno.*] Gallicè, *Glayeul, & Flambe.*] Boemicè, & Polonicè, *Koſatec.*

IRIS.

GENERA.

Alterum domeſticum, alterum ſylueſtre. Illius tres numerantur ſpecies, verſicolor, lutea, candida. Huius tantum duæ, Maior, & Minor. *Matt.*

FORMA.

Folia gladios referunt, flores verſicolores Iridis cœleſtis modo habentur, caules læues, cubitales, radices albicantes, ſolidæ, geniculatæ, numeroſis inferna ſede agnatis. *Idem.*

LOCVS.

Naſcitur in hortis, & Viridarijs.

QVALITATES.

Excalfacit, & ſiccat ordine ſecundo. Incidit, abſtergit, trahit, aperit, concoquit, deiicit, emollit. Sarcotica eſt, acris, amara, & odorata. *Auicenn.*

VIRES.

Radix ex aceto pota, Serpentiũ morſibus aduerſatur. Recens ex melle ſubdita partus extrahit: cocta, & illita ſtrumas, veteresq; duritias emollit: cum roſaceo autem, & aceto capitis dolores mulcet. Ex melle illita cum albo veratro, maculas in facie delet. Huius ſuccus potus aquas extrahit, quin etiam bilem craſſam, & pituitam, ex hydromelite ſeptem drach. pondere potus. Eiuſdem decoctum tineas ventris pellit, menſes, & vrinas ciet, dentium dolores mulcet, & pectus expurgat. Aridæ farina, cum cinnamomi, & Anethi pondere dimidio, & croci momento teſtium tumores, doloresq; tollit, vbi coccineo panno, albo meraco infuſo excipiatur, & calidum apponatur. Hæmorrhoidas fotu eijcit. Radicis ſuccus naribus infuſus cerebrum à pituita mirificè purgat. Potum radicis decoctum obſtructiones aperit, præſertim vbi craſſa, fuerit impacta materia. renum calculos eijcit. Datur potandum commodiſſime Ictericis & aqua intercutem laborantibus. Eædem in paſſo decoctæ & cum hordeacea farina illitæ, parotidas bellè diſcutiunt. DIOSC. *Gal.* *Auicenn.* *Matt.*

IRIS, Syluestris maior, Græcis, Ἶρις ἀγρία μεγας.] Italis, *Giglio azzurro saluatico.*] Germanis, *Vuild blauu gilgen.*] Gallis, *Flambe Sauuage.*

IRIS SILVESTRIS MAIOR.

FORMA.

Matt. Folia, caules, flores, radix, perinde ac in domestica habentur, verùm minora, & rudiora.

LOCVS.

Idem. Nascitur in saxosis collibus, & asperis locis.

QVALITATES.

Idem. Excalfacit, & siccat valentius tamen quàm domestica.

VIRES.

Idem. Easdem cum domestica vires habet, sed acriores, ac etiam valentiores.

IRIS, Siluestris minor, Græcis Ἶρις ἀγρία μικρα.] Italis, *Giglio azzurro piccolo*.] At quidam falso Iridem Illiricam vocant.

IRIS SILVESTRIS MINOR.

FORMA.

Folia habet Gladioli paulo longiora, radicem tenuem, subrufescentem, inodoram, & graminis fere modo repẽtem, caulem breuiem, florem cæteris minorem, odore Armenici mali, purpureum, & aureis quibusdam lineis varium. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in montibus, collibus, & pratis. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit, & extenuat ordine primo, aut secundo inchoante. *Matt.*

VIRES.

Præstat eadem, quæ cętera Iridis genera, mĩnori tamen efficacia. Fit è floribus oleum, quo quidam vtiliter vtuntur, ad tumentes ex partu mammas, & ad testium inflammationes. *Idem.*

ACORVM, Græcis ἄκορον.] Mauritanis, *Vage, aut Vgi.*] Italis, *Acoro, vulgò perperam calamo Aromatico.*] Germanis, *Kalmus.*] Boemis, *Pruſt Vuorec.*] Polonis, *Tatarskie, ziele.*

ACORVM.

FORMA.

DIOSC. Folia habet Iridis, anguſtiora tamen: radices non diſſimiles complicatas, non in rectum, ſed obliquum actas, & ſummo ceſpite ſparſas, geniculis interceptas. guſtu acres; amaręque odore haud ingrato.

Matt. ¶Numeroſis infima ſede capillamentis.

LOCVS.

DIOSC. Naſcitur in Ponto, Colchide, & Galatia.

QVALITATES.

Auicen. Radix excalfacit, & ſiccat ordine tertio, incidit, aperit, prouocat, & acris eſt, amara, atque etiam odorata.

VIRES.

DIOSC. Pota radix vrinam, menſes, & ſecũdas trahit: lateris dolores tollit: Iocinoroſos, & lienoſos iuuat: Pectori quoq; ℞ deſt: vrinę ſtillicidijs, & à ſerpente demorſis mi-

Matt. rificè auxiliatur, hocq; præſertim noĩe in Antidotis addit. ¶Halitũ mirificè cõmẽdat: decoctę radicis vapor hiãti ore exceptus tuſſim ſanat.

CENSVRA.

Matt. Proculdubio aberrant, qui Acorum calamum odoratum eſſe exiſtimant, quemadmodum & qui Galangam Acorum faciunt.

ACORVM falſum, Græcis ψευδοάκορον.] Italis, *Giglio giallo, & Acoro baſtardo.*] Germanis, *Geel lilien.*] Gallis, *Flambe de Riuieres.*] Boemis, *Koſatec zluti faleſſni.*] Polonis, *Mieczi Konne Korzenie.*

ACORVM FALSVM.

FORMA.

Foliis eſt Iridis longioribus, quemadmodum & caulibus, & floribus, qui tamen haud verſicolores, ſed lutei ſpectantur, differunt tamen facie, quippe quod minores ſint, & anguſtiorib⁹ foliis. Radice nititur Iridis maiore durioreq́; , ſubrubẽte, & inodora. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in paluſtribus, & aquoſis. *Matt.*

QVALITATES.

Radix, cuius tantum eſt uſus, exiccat, ſed non niſi parum excalfacit. Nulla enim eſt acredine prædita: attenuat, roborat, reſoluit.

VIRES.

Conſtat multorum experimento, valere pſeudoacorum, propria ſua ipſius vi, ad omnes neruorum, & cerebri affectus.

MEVM, Græcis Μῶυ.] Arabicis, *Mu.*] Italis, *Imperatrice*.

Ger. Bruno

MEVM.



FORMA.

DIOSC. Folia fert Anethi, caulem geniculatum, umbellas ſtaueſcentes, radices copioſas, odore cum quadam graueolentia ſuaui, ſapore ſubdulci, atque etiam acri.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in montibus, & collibus apricis. Optimum affertur ex Garga no Apuliæ monte. In Hiſpania & Macedonia copioſum.

QVALITATES.

Gal. lib. 7. ſimp. med. Excalfacit ordine tertio, & ſiccat ſecundo, incidit, digerit, aperit.

VIRES.

DIOSC. Radix ventriculi flatus diſcutit, ictis à ſerpẽtibus mirificè ſubuenit. Feruefacta radix ex aqua, vel trita citra coctionẽ prẽcluſos renes, & farctam quoque pituitoſis excremẽtis, veſicam, atque vrinę difficultatem expedit: quin etiam ventriculi flatus diſcutit: Torminibus, vterinis affectibus, articulorumq; cruciatibus medetur. Auxiliatur quoq; pectoris fluxionibus ex melle delincta: Menſes pellit in deſeſſionibus addita. Infantium pubi illita vrinam mouet: caput attamen dolore afficit, vbi copioſius ſumatur.

CYPERVS, Græcis κύπειρος.] Afris, *Saherade.*] Italis, *Cipero.*] Germanis, *Vuilder galgan.*] Hiſpanis, *Iuncia auellanada.*] Gallis, *Sonchet.*] Boemis, *Galgan plancy.*

CYPERVS.

GENERA.

Duo habentur genera, radice tantum differentia.

FORMA.

Foliis & caule anetho ſimilis eſt, binum fermè cubitorum altitudine attollitur, ſparſis in obliquum, rectūq; radicibus, lōgis, tenuibus, odoratis. linguam excalfacientibus. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in paluſtribus, & humectis locis. DIOSC.

QVALITATES.

Radix abſque morſu excalfacit, & exiccat, quin ēt roborat, & adſtringit: ac ſimul incidit & aperit. Eupolitica ē, & odorata. *Gal. 7. ſimp. med.*

VIRES.

Radices ex aqua feruefactæ vel tritæ citra coctionem pręcluſorum renum, veſicęq; farctæ vitia potu leniunt: vrinæ difficultati medentur. ſtomachi inflationes diſcutiunt. torminibus, affectæ vuluæ, DIOSC.

articulorum doloribus, atque fluxionibus pectoris, tritæ cum melle in eclegmate auxiliātur. Mēſes pellūt; deſeſſionibus feruefactę. Infantibus autem imo ventri illitæ, vrinas mouent: Quòd ſi pluſquā par ſit ex eis bibatur, caput dolore afficiunt. ¶Ictis à ſerpēte mirificè ꝓſunt.

CARDAMOMVM, Græcis Καρδάμωμον.] Mauritanis, *Cordumeni.*] Italis, *Cardamomo.*] Germanis, *Cardamomelin.*] Hiſpanis, *Grana de paraiſo.*] Officinis, *Melegetæ, & grana paradiſi.* Ger. paradiß Körner.

CARDAMOMVM.

GENERA.

Matt. Tria ad nos afferuntur genera: Maius, Medium, & Minus.

FORMA MAIORIS.

Idem. Maioris capitulum fici, ſeu pyri faciem refert: ſemine intus ſubrufeſcente, anguloſoq́; : Medium folliculo contegitur oblongo, triquetro, ſtriatoq́;, in quo ſemen eſt oblongum, colore minus rufeſcente. Minus minore conſtat capitulo, ipſoq́; triangulari: ſemine ſubrotundo, aſperiuſculoque: ſemen omnibus acre & odoratũ: maioris tamen acrius, & odoratius. Minus, vt medium acredinis vehementia ſuperat, ita, & odoris fragrantia.

LOCVS.

Idem. Affertur in Europam ex Alexandria Ægypti, ac etiam à Luſitanis ex India Orientali.

QVALITATES.

Gal. 7. ſimp. me. Semen facultatis eſt admodum calidæ, non tamen vſque adeo, vt naſturtium, ſed quanto ſuauius, magisq́; fragrans eſt, tanto imbecillior ei calida facultas eſt: quin etiam quiddam amaritudinis reſipit. ¶ Cæterùm hæc Galenus de ſuo ſcribit Cardamomo.

Matt.

VIRES.

DIOSC. Datur ex aqua comitialibus, Iſchiadicis, vulſis, reſolutis, torminoſisque, & contra latas vẽtris tineas: ex vino verò renũ affectibus, vrinæ difficultatibus, ſcorpionũ ictibus, ac cæterorum venenoſorum animalium, auxiliatur: Idem cũ radicis lauri drachma potum, calculos comminuit.

CENSVRA.

Cum in vulgari Cardamomo, quo paſſim vtimur, nihil ſit amaroris, nec eius odor caput feriat, nec ſemen fractu contumax ſit, affirmare quidem non auſim, hoc noſtrum, eſſe illud, cuius antiquiores meminerunt.

NARDVS Indica ſiue ſpica Nardi, Græcè Νάρδος, & Νάρδου στάχυς.] Mauritanis, *Stumbel, ſiue Senbel.*] Germanis, *Spikenarde.*] Italis, *Spico, & Spigonardo.*] Hiſpanis, *Azumbar, aut Eſpige ſil.*] Gallis, *Aſpic de vltre mer.*] Boemis, *Nardus Indiansky.* Ger. Indianiſch Spicanard.

NARDVS INDICA.

FORMA.

Spica non eſt, quæ in culmorũ ſummitate oritur: Sed radix quę ſpicæ figuram habet. Complures enim ab vna baſi oriuntur ſpicę, perinde ac in lilij aut allij radice, verùm capillaceæ, & comoſæ, colore ferrugineo, pluribus ima parte capillamentis, odore haud iniucundo. DIOSC. *Gal.* *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in India in montibus, & circa Gangem fluuium. DIOSC.

QVALITATES.

Excalfacit ordine primo, & ſiccat ſecundo completo: Adſtringit, extergit, & aperit. *Gale. 8. ſim.*

VIRES.

Pota vrinas elicit, & aluum ſiſtit, cohibet ſubpoſita vteri quaſcunque fluxiones. Præſtat ad ventriculi eroſiones, & flatus. Medetur ſpleneticis, & iocinoroſis, atq; etiam ictericos iuuat. Auxiliatur eius decoctum in deſeſſionibus, vteri inflammationibus: pręſtat & ad glabras oculorum genas, ſiquidem denſiore pilo eas cohoneſtat. Additur in antidotis: & vritur in fictili nouo ad ocularia medicamenta. DIOSC.

CELTICA NARDVS, siue Spica Celtica, Græcis, Νάρδος κελτικὴ.] Italis, *Spica Celtica.*] Germanis, *Celtiſcher nardus.*] Gallicè, *Nar dus Gaulois.*] Boemis, *Celtika Nardus.*

NARDVS CELTICA.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Exigua planta eſt, foliis oblongis, colore flauo, ſed languido, floribus luteis. ¶Caule tenui, & imbecilli, radice ſquamoſa, Spicæ faciem referente, è qua tenues, & numeroſę prodeunt fibræ.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in Liguriæ montibus, in Iſtria, & in Carinthiæ, & Styriæ alpibus.

QVALITATES.

Gal. li. 8. ſimp. me. Excalfacit magis quàm Indica, minus vero ſiccat.

VIRES.

DIOSC. *Gal.* Eadem omnia pręſtat quę Indica, & Syriaca: ſed vehementius vrinam cit, & ſtomacho vtilior eſt, auxiliatur Iocinoris inflammationibus, & felle ſuffuſis. Bibitur ex abſinthij decocto ad ventriculi inflammationes, & ex meraco aduerſus lienis, renum, & veſicæ vitia, & venenatos ictus.

CENSVRA.

Cæcutiunt, qui Celticam Nardum Saliuncam faciunt.

NARDVS montana, Græcis Νάρδος ὀρεινὴ.] Italis, *Nardo Montano*. Ger. Waldspica.

NARDVS MONTANA.

FORMA.

Folia habet maioris Phu, ſed minora : caulem ſpithamę longitudine, vmbellam puniceo colore. Radices duas Antoræ, aut teſticuli modo, ſubnigricantes, ac fibratas, odore Phu, aut Aſari. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in Dalmatię mõ tibus, & Cilicia. DIOSC. *Matt.*

QVALITATES.

Excalfacit, & ſiccat, ſed cæteris longè minus. *Gal. li. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Iiſdem cum cæteris viribus pollet. ¶ Sed illis quoq; ad cætera eſt imbecillior. DIOSC. *Gal.*

PSEVDONARDVS, ſeu Nardus Italica.] Italis, *Spigo.*] Gallis, *Aſpic.*] Boemis, *Spikanard domaci.* Ger. Spicanard.

PSEVDONARDVS SIVE NARDVS ITALICA.

GENERA.

Matt. Alterum mas, alterum fœmina, quę propria Lauẽdula vocatur.

FORMA.

Matt. Mas folio conſtat latiore, longiore, robuſtiore, albidioreq; quã fœmina. Tota planta fruticoſa eſt, ac lignoſa roſmarini modo, foliis numeroſis, longiuſculis, cauliculis tenuibus, anguloſis, dodrante longioribus, ſpicatos flores gerentibus, purpureos, & odore fragrantes, verùm adeo acuto, vt nares feriat.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in collibus, & locis ſaxoſis, à Sole illuſtratis, & ſeritur in hortis.

QVALITATES.

Matt. Excalfacit, & ſiccat ordine ſecundo completo: Aperit, attenuat, reſoluit, concoquit.

VIRES.

Matt. Confert omnibus frigidis cerebri affectibus. vẽtriculum roborat, & Iecur ab infarctu liberat. Lienoſos iuuat, vterum calefacit, & menſes ciet. Flores ex vino decocti, & illiti vrinam pellũt, & flatus diſſoluunt. Eorundem decoctum ictericis auxiliatur, à iocinoris infarctu affectis, additis Marrubio, & Fœniculi radicibus. Stillatitia florum aqua pota, amiſſam reddit loquelã: Præſtat eadem ad animi deliquia cùm pota, tum naribus, & arteriis admota. Oleum quod è floribus diſtillat, illinitur vbi excalfacere ſit opus.

CENSVRA.

Qui hanc plantam, aut lauendulam, Cneoron album eſſe contendunt, omnino hallucinantur,

PSEVDONARDVS Fœmina ſiue Lauendula.] Italis, *Lauanda.*] Germanis, *Lauendel.*] Gallis, *Lauande.*] Boemis, *Lauendula.*

PSEVDONARDVS FOEMINA SIVE LAVENDVLA.

FORMA.

Planta eſt fruticoſa, pſeudonardo ſimilis, ſed foliis anguſtioribus, breuioribus, tenuioribusq́; . Floribus pariter purpureis, atque ſpicatis, ſed patentioribus, & mitiore ſatis odore, ac magis grato. *Matt.*

LOCVS.

Oritur ſponte in collibus ſaxoſis, & apricis, ſed plerumque in hortis, & viridariis colitur. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit, & extenuat, mitius tamen quàm pſeudonardus. *Idem.*

VIRES.

Ea omnia poteſt, quæ mas Pſeudonardus. Atqui peculiariter veſtibus inter poſita, eas à tinearum roſione vendicat, & odoratas reddit. *Idem.*

CENSVRA.

Ridendo tenentur errore, qui Lauendulam Cneoron album eſſe fatentur.

NOMINA.

ASARVM, Græcis, Ασαρον, ac etiam Ναρδος ἀγρία.] Arabibus, *Aſaron.*] Italis, *Aſaro, & Baccara.*] Germanis, *Haſeluurtz.*] Hiſpanis, *Aſara baccara.*] Gallis, *Cubaret.*] Bohemis, ac pariter Polonis, *Kopytnik.*]

Ger. [illegible]

ASARVM.

FORMA.

Matt. Foliis eſt hederaceis, rotũdioribus tamẽ, ac minoribus, prælõgis nitentibus pediculis, floribus purpureis, cytini effigie, ſemine vinaceorum nucleis ſimilis, cauliculis anguloſis, radicibus numeroſis, geniculatis, tenuibus, & odoratis.

LOCVS.

DIOSC. *Matt.* Prouenit in vmbroſis montibus. ¶In ſyluis, aliisq; opacis locis.

QVALITATES.

Meſ. Excalfacit ordine ſecũdo, & ſiccat tertio, aperit, attenuat, reſoluit, incidit. acris eſt, ſubamara, & odorata.

VIRES.

DIOSC. *Meſ.* Vrinam cit, hydropicos, & iſchiadicos iuuat. ¶Pota aluũ, & vomitiones ciet: pituitã, & bilẽ deiicit. Facit quoq; ad iocinoris, & lienis infarctus & ad ſcyrrhoſos tumores. Cõfert quoq; diuturnis febribus ab oſtructionibus proueniẽtibus. Radices ſenis drachmis ex mulſo potę menſes trahunt. Oleũ in quo Aſarũ diu fuerit inſolatũ, vna cũ Ladano ſpinæ dorſi illitũ ſudores ꝓuocat.

CENSVRA.

Decipiuntur, qui Aſarũ, & Baccharẽ nihil inter ſe differre contendunt.

ASARINA, Græcis Ἀσάρινη.] Italis, *Asarina*. Ger. ein gütschelin Kraut

ASARINA.

FORMA.

Foliis prouenit Asari, rotundioribus tamẽ; scabris, leuiter circumserratis, humi accubantibus; cauliculis hirsutis: Floribus melinis anthemidis modo. sed minoribus. Radices mittit tenues, longasque summa tellure vagantes, acuto gustu, quadam cum leuiuscula amaritudine. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in montibus. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit, & siccat, quin etiam attenuat, incidit, aperit, & modicè abstergit. *Idem.*

VIRES.

Herba ipsa, cum radicibus pota drachmæ põdere, ex mulsa, siue oxymelite, aluum exoluit, ducitq; crassam pituitam, & acres humores: quare præfertur rei herbariæ peritis ad Gallicæ luis dolores, & articularios morbos: Datur quoque commode hydropicis, & ictericis: Sunt etiam qui ad comitiales eam commendent, & ad neruorum resolutiones. Cit vrinam, & menses, & intestinorum animalia necat. *Idem.*

PHV, Græcis φοῦ *aut* Αγρία Νάρδος.] Mauritanis *Fu.*] Italis, *Valeriana.*] Hiſpanis, *Yerua benedetta.*] Germanis, *Baldrian.*] Boemis, *Koßlyk.*] Gallis, *Valerienne.*] Polonis, *Koſlek.*

PHV.

GENERA.

Matt. Genera habentur tria, Maius, Minus, Minimum.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Maius folia fert olus atri ſeu Elaphoboſci: caulem cubitalem, aut procerio-rem, lęuem, cauum, & purpuraſcentem genicu latumq;, vmbellã ex pur pura albicantem, radicẽ minimi digiti craſſitudi ne, adnatis ĩferiori parte fibris, ſubflauo colore, odore graui, ſimul & iu cũdo, nardũ æmulãtib⁹.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in montibus, ac etiã cãpis, vliginoſo ſolo.

QVALITATES.

Gal. lib. 8. ſimp. med. Auicen. Excalfacit exceſſu primo, & ſiccat ſecundo completo. ¶ Aperit, attenuat, cõcoquit, & prouocat.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Phu maioris radix vrinam, & menſes cit, hauſta flatus pellit, auxiliatur lateris compunctionibus.

¶ Pręſtat quoq; aduerſus ſtranguriam, veterem tuſſim, & aſthma cũ dulci radice, vuis paſſis, & Aniſo decocta. Miſcetur Antidotis, quòd venenatis beſtijs, & peſti reſiſtat: oculorum claritatem adiuuat, vbi vinum, in quo decocta fuerit, guttatim inſtilletur. Additur quoque in potionibus internorum vulnerum.

PHV minus, Græcè φοῦ μίκρον.] Italis, *Valeriana minore.*] Germanis, *Gemein Baldrian.*] Hiſpanis, *Yerua benedetta.*] Gallis, *Valerienne des prez.*] Boemis, *Kopitnik.*

PHV MINVS.

FORMA.

Foliis prouenit Fraxino, aut Sorbo ſimilibus, nigricantibus, humi ſtratis: caulibus maiori ſimilibus, ſed longioribus. Vmbella etiam ſimili, aut paulo minore: radicibus numeroſis albicantibus, odore cum quadam grauitate iucundo. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur humecto ſolo. *Matt.*

QVALITATES.

Excalfacit, & ſiccat valentius, quàm maius. *Idem.*

VIRES.

Radix viribus omnibus prædita eſt, quibus & maior, guſtu tamen acrior eſt: quo fit, vt maiori aperiendi, attenuãdique ſit facultate. Nam & venenis magis reſiſtit. Peculiariter autem valent eius radices ad teſtium tumores à frigiditate, aut flatu genitos: ſi in vino decoquantur: & vapore fumi ſuffiantur teſtes. *Idem.*

PHV minimum, ſiue Valeriana montana.] Italis, *Valeriana minima.*] Germanis, *Klein Baldrian*.

PHV MINIMVM.

FORMA.

Matt. Folio eſt maioris effigie, ſed admodũ minore, cauliculis angulosis, dodrantalibus, foliis vtrinque per interualla emergentibus. Vmbella in cacumine exigua, colore ſubpurpureo. Radice tenui, prælonga tamen, & numeroſis capillamentis, fibrata, iucundi odoris.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in montibus vliginoſo ſolo.

QVALITATES.

Idem. Excalfacit, & ſiccat, ſed cæteris minus.

VIRES.

Idem. Vires ſunt illi, quæ cæteris eædem, ſed longè imbecilliores.

CASSIA solutiua, siue Ægyptia Siliqua.] Officinis, *simpliciter Cassia.*] Italis, *Cassia.*] Gallis, *Casse laxatiue.*] Boemis, *Cassia.* Ger. Cassiabaum.

CASSIA SOLVTIVA.

FORMA.

Arbor qui Cassiam profert, procera est, folio siliquæ acutiore, solida, accompacta materie, pullo intus colore, cortice cinericio, radicib⁹ magnis. Siliquas profert, sesquicubitales, teretes, ligneo putamine, sed tenui, ac fragili; colore in rubrũ nigricãte, nigra, pingui, dulciq́ue intus medulla, semine siliquæ omnino simili. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in Ægypto, sed primas tenet, quæ circa Cayrum habetur. *Matt.*

QVALITATES.

Pulpa excalfacit, & humectat ordine primo, resoluit, & sedat dolores. *Mes.*

VIRES.

Sanguinem mundat, bilisq́; feruorẽ extinguit, aluũ item commodissimè citat, vrinæ difficultatibus mirificè auxiliatur. Bilem & pituitã excernit, pectus, & fauces mulcet. Renes expedit, addita prę̃sertim dulci radice. Frequẽter deuorata, calculos in renibus renasci prohibet. Auxiliatur bilioſa febre affectis, fœlicius tamen operatur addito Hieræ puluere. Exterius illita Erysipelas extinguit, & cæteras, quæ cute tenus habentur inflammationes. Sumenda parum ante cibum. Nam si secus sumatur, facilè in nutrimentum transit.

COSTVS vulgaris, Officinis, *Coſtus*, ſed perperam.] Italis, *Coſto baſtardo, & Coſto di Puglia.*

PSEVDOCOSTVS.

FORMA.

Matt. Foliis exit paſtinacæ domeſticæ maioribus, déſioribusq́;, criſpis, & aſperiuſculis, humi procũbentibus, caule cubitali, rotundo, geniculato, ramoſoq́;. Vmbellas in sũmitate gerit, floribꝰ melinis. Semine nudo, ac ſubrotundo. Radice nititur vegeta, cortice craſſo, ac carnoſo, colore ſubalbicante, non ſine ſplendore.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in Apulia, monte Gargano.

QVALITATES.

Idem. Excalfacit, & ſiccat ordine ſecundo completo. Aperit, abſtergit, incidit, attenuat. Amara eſt, & acris.

VIRES.

Idem. Præſtant (vt referunt, qui ad nos cõportant) Pſeudocoſti radices ad omnes cerebri, & neruorũ frigidos affectus, ad pectoris vitia, & ad ventriculi cruciatus, & viſcerum omnium obſtructiones, & ad renum, veſicę, & vteri morbos. Ideoq́; auxiliantur diutino capitis dolore affectis, vertiginoſis, comitialibus, ſtupidis, veternoſis, cõuulſis, reſolutis, aſthmaticis, tuſſientibus, icctericis, & hydropicis. Eædẽ flatus pellunt, vermes necant, vrinam ducunt, calculos pellunt, menſes, & partus cient. Infunduntur earumdem decocta, ad coli cruciatus, & coxendicum affectus.

IVNCVS odoratus, Græcis, Σχοῖνος ἀρωματικὸς.] Arabibus, *Adcher.*] Italis, *Squinanto.*] Germanis, *Camdisch heuu.*] Hiſpanis, *Paya de mequa.*] Gallis, *Squinanthum, & paiſture de Camely.*] Boemis, *Sitij Vuonne.*

IVNCVS ODORATVS.



FORMA.

Folia profert caricis vel zeæ robuſtiora, tamen ſurſum ſpectantia, & ſeſe ſtipantia. Culmos edit zeæ modo, geniculatos, & flores in ſummitate odoratos. Radicẽ habet ima parte villoſam, odoratamq;. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur cùm in Arabia, & Styria, tum in campeſtribus, & paſcuis, tum etiam vbi ſtagnantes aquæ ſiccantur. *Theoph.*

QVALITATES.

Modicè excalfacit, modiceque adſtringit, nec plane à tenuitatis natura alienus eſt. *Gal. 8. ſimp. med.*

¶Aperit, digerit, pellit, incidit, excoquit, modicè adſtringit. *Matt.*

VIRES.

Cit vrinam, & menſes, flatus reſoluit, & venarum ſpiracula laxat. Epoti flores medentur cruenta expuentibus, quin etiam ventriculi, pulmonis, iecinoris, renum, & vteri doloribus. Radix adſtringentior eſt. Datur eadem vtiliter aliquot diebus potanda cum pipere, hydropicis, atque cõuulſis. Decoquitur ex gallina cco iure tota planta, ſitque hinc potus admodum vtilis fœminis, quæ vteri doloribus in puerperijs laborant. Miſcetur antidotis. DIOSC. *Matt.*

CENSVRA.

Manifeſto tenentur errore, qui contendunt Schænianthum, quo utimur, eſſe ſuppoſititium.

CALAMVS odoratus, Græcis κάλαμος ἀρωματικὸς.] Italis, *Calamo aromatico*.

CALAMVS ODORATVS.

FORMA.

Plin. Theoph. Non differt forma.

LOCVS.

Theoph. DIOSC. Nascitur in India, quin etiam in Iudæa, trans Libanum montem.

QVALITATES.

Gal. lib. 8. sim. Modicè excalfacit, modicéq; adstringit, nec planè à tenuitatis natura alienus est. Aperit, incidit, ac pellit.

VIRES.

DIOSC. Vrinam potu ciet, quare decoquitur ad potiones cum apij semine ad hydropes: renum vitia, & vrinę stillicidium. Mensęs tum potus: tum indesessionibus additus pellit: suffitur vtiliter tussientibus, cum per se, tum cum resina Terebinthina, hausto per arundinem, aut infundibulum fumo. Expetitur ab vnguentarijs ad eorum odoramenta, nã & suffitionibus odoratis, & vnguentis adijcitur.

CENSVRA.

Matt. Acori radices sunt, quæ in Myropolijs calami odorati vicem præstant. Siquidem odoratus calamus iam diu perijt: verùm eædem Acori radices rectè admodum eius loco supponi possunt.

Mvscvs, Græcis, Βρύον παχλάχνον.] Aphris, *Axnech, aut Vſnee.*] Italis, *Moſco.*] Germanis, *Mooſſ.*] Boemis, & Polonis, *Mech.*

MVSCVS ARBOREVS.

FORMA.

Capillacea eſt materia, ex annoſis plerumq; arboribus dependens colore ſubalbicante, ac incano. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in quercubus, populo, cedro, picea, pinu, abiete, larice, & alijs quandoq; arboribus. *Matt.*

QVALITATES.

Refrigerat, ſed parum, & propinquũ eſt ferè mediis. Adſtringit, digeritque. *Gal. 6. ſimp. m.*

VIRES.

Huius dilutum ex vino pluribus diebus paratũ, & hauſtum ſomnum inducit, ventriculum rõborat, vomitiones, & alvum cohibet. Recens decerptus, & oleo roſaceo imbutus capitis dolores à calore exortos mirificè mulcet. Sanguinem è vulneribus manantem compeſcit impoſitus arcteq; adalligatus. Expetitur quernus, lariceus, ac etiam abiegnus vnguentarijs ad pulueres odoratos parandos, quos Cyprios vocant. *Gal. Serap. Matt.*

Mvscvs terreſtris.] Italis, *Moſco terreſtre*.] Germanis, *Beber Lab.* waldmoos

MVSCVS TERRESTRIS.

FORMA.

Matt. Longas viticulas, funiculi inſtar gignit, oblongis numeroſiſſimisq; foliolis vndiq; ſtipatas, quę ſæpe ad ſeptē, octoq; vlnarum longitudinē protenduntur, compluribus vtrinq; adnatis ramulis. Serpit humi, nititurq; radicibus capillaribus plurimis, exipſis viticulis prodeuntibus, hederæ modo. Gignit quoque Iunio menſe in ramuſculorū cacumine Iulos, Corylaceis ferè ſimiles, ſubflauo colore.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in ſyluis, ſabuloſis, & inuijs locis, inter ſaxa.

FACVLTATES, ET VIRES.

Matt. Pręſtat eius decoctum ex albo meraco paratū, ad frangendos, educendosq; renū calculos. Decoctus in aqua, & deinde cōtuſus, mulcet admotus, & inflammationes, & earum dolores: proinde non deſunt qui hoc auxilium vſurpent ad calidam podagram. Superioris ætatis Pharmacopæi diu hac planta vſi ſunt, manifeſto errore Celtica Nardi vice.

CROCVM, siue Crocus, Græcis, Κροκὸς.] Arabis, *Zahafaran, siue Zafaran.*] Italis, *Zaffarano.*] Germanis, *Saffran.*] Hispanis, *Azaffran.*] Gallis, *Zaffran.*] Boemis, *ßfran.*] Polonis, *Szafran.*

CROCVM.

FORMA.

Comosis prouenit foliis, longis, angustis, capillaceis, planis, non rotundis, Tragopogoni modo: Floribus purpureis, colchico similibus, rubentibus intus staminibus, inter aureas quasdam ligulas exortis: Radice nititur bulbosa. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in campis, & hortis, bulbis tantum transpositis. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit excessu secundo, & exiccat primo, quin etiam frigidi, terreiq; nonnihil obtinet. ¶Aperit, pellit, digerit, roborat, & emollit. *Gal. 7. simp. me.* DIOSC.

VIRES.

Elegantem colorem præstat: ex passo potum crapulam arcet. Ex humano lacte illitum oculorum fluxiones cohibet. Additur in potionibus, quæ interaneorum caussa temperantur. ad vuluæ etiam, sedisq; cataplasmata vtiliter inditur. Venerem Stimulat, vtile & auriū collectionibus. ¶Lætitiam affert, ob id additur vtiliter medicamētis ad cor facientibus. Sunt qui scribant exitiosum esse crocū tribus drachmis in aqua potū. Vrinā mouet radix ex passo pota. DIOSC. *Matt.*

HELENIVM, Græcis, ἑλένιον.] Arabibus, *Jaſm, ſiue Raſen.*] Vulgò officinis, *Enula campana.*] Italis, *Iella Enoa, ſiue Enola.*] Germanis, *Alant.*] Hiſpanis, *Raiz de Alla.*] Gallis, *Aulned.*] Boemis, *Vuoman.*] Polonis, *Oman.*

HELENIVM.

FORMA.

Matt. Folia habet Verbaſco maiora, latiora, lõgioraq;, hirſuta, & in acutũ deſinentia: caulem profert magnũ, hirſutũ: flores aureos Chryſanthemimõ, ſed maiores: ſemen verbaſci ſimile, tactu pruritum faciens. Radice nititur magna, vegeta, craſſaq; intus alba, & exterius nigricante, ſubacri, & amaro ſapore.

LOCVS.

Idem. Loca amat Vliginoſa.

QVALITATES.

Gal. li. 6 ſimp. me. *Matt.* Excalfacit, non tamen primo guſtatu: verum calida, & ſicca eſt, cum recrementitia humiditate. ¶ Aperit, prouocat, concoquit, incidit.

VIRES.

DIOSC. Potum radicis decoctum menſes, & vrinas ciet. Auxiliatur omnibus pectoris affectib⁹ in ecclegmate ſumpta, ob idq; datur aſthmaticis, & ſuſpirioſis: Eadem flatus pellit, & demorſos à ſerpente iuuat. Stomacho quoq; vtilis eſt in paſſo condita. ¶ Præcordiis medetur, & ventris tineas necat, illinunt tum radix, tum folia, ad coxẽdicos affectus. Aqua à radicibus deſtillata, maculas in facie delet, & cutis nitorem conciliat.

GELSIMINVM, Arabibus, *Zambach, siue Sambach aut Iesemin.*] Italis, *Gelsimino.* Ger. Wirt 3 gel garten, Wirt.

GELSIMINVM.

FORMA.

Viticulosa, sarmentosaque est planta, & topiario operi, vmbraculisque contexēdis peridonea. A radice viticulæ oriuntur longæ, flexiles, lentę, viridesque, è quibus oblonga prodeunt folia, septena ex vno pediculo, mollia, & in acutum desinentia, flores mittit modo candidos, modo cæruleos, modo flauos, lilij parui effigie, odoris perquam iucundi acutique. *Matt.*

LOCVS.

Amat amænos, & calidos tractus, habeturque in viridariis, & hortis. *Idem.*

QVALITATES.

Flores excalfaciunt, & siccant ordine secundo. *Idem.*

VIRES.

Præstat oleum, quod insolatis in eo floribus parat, ad omnes frigidos dolores, excalfacit.n.& laxat. Illinitur quoque vtiliter mulieribus, ad frigidos vteri cruciatus, frigidosque quoscunque neruorum, & articulorum affectus. *Serap. Mes. Matt.*

CENSVRA.

Aberrant, qui putant Iasminum vnguentum antiquis parari solitum, ex nostrate Gelsimino.

STYRAX, Græcis, Στύραξ.] Arabibus, *Mehn ſiue Aſtarach.*] Officinis, *Storax calamita.*] Italis, *Storace.*] Hiſpanis, *Eſtoraque.*

STYRAX.

FORMA.

Matt. Styracis planta cotoneæ malo ſimilis eſt, foliis tamen minoribus ſolidis, robuſtis, ſubrotundis, lentis ramorũ ſurculis. Flores habet albicantes, Aurantiæ mali, haud longè diſſimiles. Baccas longis pediculis nitentes, albicante lanugine obductas, prominente anteriore parte cacumine.

LOCVS.

DIOSC. *Matt.* Naſcit in Syria, Iudęaq;, circa Gabala, & Marathunta, quin etiam Piſidiã, Ciliciã, & Caſſiũ Seleucię montẽ. ¶Naſcitur quoq; in Romano agro circa Tybur.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. DIOSC. Excalfacit Styracis lachryma ordine ſecundo, & deſiccat primo. Emollit, concoquit, reſoluit.

VIRES.

DIOSC. Styracis lachryma medetur tuſſi, deſtillationibus, raucedini, grauedini, & vteri præcluſionibus, duritiebusq;. Menſes cit, cùm illita, tum pota, aluum quoque emollit, ſi exiguum cum Reſina, Terebinthina, catapotij modo deuoretur. ¶Cum autem ſit odorata, ſuffitur odoriș gratia, & vnguentariis expetitur ad odoramenta. Oleum ex ea paratum, hæc omnia valentius præſtat.

Matt.

PINVS, Græcè *Pitus.*] Arabicè, *Sonabar.*] Italicè, *Pino.*] Germanicè, *Hartzbaum, & Kinholtz.*] Hiſpanicè, *Pino.*] Gallis, *Pin.*] Boemis, *Barouuiee.*] Polonis, *Soſzna.*

PINVS.

GENERA.

Domeſticum, Montanum, Maritimum. *Matt.*

FORMA.

Domeſtica pinus, numeroſos fundit ramos, ſuperiori caudicis parte, circumuagantes, comoſis, acrobuſtis foliis, longis, anguſtis, numeroſis, & in cacumine aculeatis. Nuces edit magnas, ponderoſas, compactas, ſolidasq;, oblongis intus nucleis, duro craſſoq; putamine obductis, guſtu dulci, ac iucundo. *Idem.*

LOCVS.

Copioſa habetur, in agro Rauennate, non longè ab Hadriatici maris litore. Habetur etiam & in aliis Italiæ locis, & præſertim in Cœnobiorum hortis, & viridariis. *Idem.*

QVALITATES.

Cortex exiccat: folia refrigerant, reſina autem excalfacit, diſcutit, & purgat. emollit. DIOSC.

VIRES.

Tuſa, & illita folia inflammationes prohibent. Suffitus cortex partus, & ſecundas eiicit, potus verò aluum ſiſtit, & vrinam ciet: Foliorum ex aceto decoctum, vtiliter colluitur in dentium dolore; præſtat idem, & nucis cortex, quin etiam ligni ipſius tædæ. Virides aciculæ contritæ, & ex meraco potæ, cordis dolorem ſedant. Nuclei boni, craſſiq; ſucci ſunt, & multum nutriunt, ſed non facilè concoquuntur. Impinguant, Venerem ſollicitant, tabidos, reſolutos, & ſtupidos iuuant, & renum, & veſicæ vlcera ſanant. DIOSC. *Gal. 2. de facul. aliment.*

PINVS ſylueſtris, Græcè, πίτυς ἄγρια.] Italicè, *Pino ſaluatico*.] Germanis, *Vuildfichtenbaum*.] Gallicè, *Pin ſauuage*.

PINVS SYLVESTRIS MONTANA.

GENERA.

Matt. Alterum montanum, alterum maritimũ: Huius duę habentur ſpecies: illius autem tres.

FORMA PRIMAE.

Idem Primę in montano genere eadẽ ferè, quę domeſticę facies eſt, coma tñ breuiori, foliis rudioribus, & acutioribus. Nuces edit Cupreſſinis paulò craſſiores, lõgiores, & in acutum deſinentes, reſinoſas, autumno dehiſcentes.

LOCVS.

Idem Naſcitur in montibus, & cliuoſis locis.

QVALITATES.

Idem Cortex, ſicciore præſtat facultate, vt reſina, calidiore quã domeſticæ.

VIRES.

Idem Folia, cortex, reſina, nuces eadem prẽſtare poſſunt, quę in domeſtica diximus, ac etiam valẽtius. Nucum recentiũ ſuccus, vuluam anguſtiorem reddit infuſus, & mammas, nimis in virginibus extuberantes, cohibet. Idem præſtat ſtillatitia earum aqua, ſed non adeò valenter.

CENSVRA.

Non deſunt qui pinum montanam hanc, Dioſcoridis piceam eſſe contendunt, ſed proculdubio hallucinantur.

Hanc Ananienſes in Tridentino agro appellant mugo. Latinis, Pinus Sylueſtris repens dicitur. at Græcis, quod ſtipite careat, rectè πίτυς ἀστέλεχος vocari poterit. Grr. in andre viel ſtiefkindsbaum.

PINVS SILVESTRIS ALTERA, MVGO DICTA.

FORMA.

Caudicem nullum edit, ſed humo tenus ramos a radice fundit, qui longo tractu repunt. Fructum profert prædictæ ſimilem, vegetiorem tamen paulò, reſinoſum, nec inodorum, nullo intus nucleo, qui mandi poſſit. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur plurimũ in ſummis mõtium cacuminibus. nos eam primùm vidimus in Rauena, Ananienſium monte. *Idem*

QVALITATES.

Huic eædem ſunt qualitates, quæ cæteris pini generibus. *Idem*

VIRES.

Iiſdem quoq; viribus pollet, quibus & cætera pinorum genera. Incolæ ramis vtuntur ad vaſa vinaria cingenda, circulis inde paratis. *Idem*

PLINIVS PINVM Tarentinam appellat, Ananienſium & Rheticorum ſyluani homines Cembro, & Cermolo.

Germ. Teutſche oder Tyroliſch Kirſchumbaum.

PINVS SYLVESTRIS
CEMBRO.

FORMA.

Matt. Specioſa adoleſcit proceritate, facie alijs haud abſimili, ſpiſſiori tamen, ac tenuiori coma: Strobilis piceis craſſitudine ſimilib⁹, breuioribus tamen: ſubpurpuraſcẽtibus, fragilibuſq; : Nuces concludit triquetras, domeſticis longè minores, fractu faciles, vt potè quæ dentibus facilè rũpuntur. Ineſt his nucleus puſillus, dulcis, albicans, ſubrufa cõtectus mẽbrana, nõ ingratus eſui. Reſinam caudex fundit albã, & odoratam.

LOCVS.

Idem Naſcitur copioſa in Tyrolenſi Comitatu, ac aliis circumſtantibus montibus in Vulturenæ alpibus.

QVALITATES.

Idem Qualitate à cæteris Pini generibus non variat.

VIRES.

Idem Eędem profecto quæ cæteris: Tabulis ex ea paratis ad hypocauſta extruenda maximè vtuntur Germani, odoris gratia: ac etiam ad alia ædium ornamenta.

PINVS Maritima, Græcis θάλασσις πίτυς.] Italis, *Pino marino*.

Germ. Wirlendische fichtenbaumb.

PINVS MARITIMAE
PRIMVM GENVS.

FORMA.

Folia habet anguſta, præ- *Matt.*
longa, raraq́; in capillamenti modum protenſa, ſquamoſis vbiq́ue ramis, Iulis ſurſum ſpectantibus. Conos edit cæteris ſylueſtribus lõgiores, craſſioresq́ue, præduros, nucamentis in acutum extuberantibus, in quibus inanes concluduntur nuces.

LOCVS.

Prouenit in Maritimis Ita *Matt.*
lię, Agro cùm Piſano, tùm Senenſi, & (vt audio) apud Calabros.

QVALITATES.

Cortex eius mitius exiccat *Idem.*
minusq́; reſina excalfacit quàm cæterorum ſylueſtrium.

VIRES.

Eædem quę cæteris illi ſunt facultates. Vtuntur incolæ pinguiſſima *Idem.*
eius materie ad nocturnas faces.

Eadem quæ alteri.

PINVS MARITIMAE SECVNDVM GENVS.

FORMA.

Matt. Comosior huic opacior que quàm alterius, sed breuioribus capillamẽtis. Strobilos profert maiores, longiores, duriores, ac pulchriores, prominentibus vndiquaque nucamentis, vacuis intus nucibus, ac superuacuis.

LOCVS.

Idem. Nascitur haud longè à mari, ijsdem ferè vt altera locis.

FACVLTATES.

Idem. A cæteris qualitate haud differre videtur.

VIRES.

Idem. Viribus ab aliis minime discrepat.

LARIX, Græcis Λάριξ.] Italis, *Larice.*] Germanis, *Larchenbaum.*] Gallis, *Melze, siue Meleze.*

LARIX.

FORMA.

Arbor est eximiæ proceritatis. materie æterna, cortice perquàm crasso, in rimas dehiscente, & intus rubente: Ramos emittit circa caudicem ferè totam: extremitatibus salicis modo lentis, subluteo colore: odore nõ iniucundo: foliis gregatim circum ramulos prodeuntibus, densis, oblongis, mollibus, comosis: Conos edit Cupressinis æmulos, molliores tamen, flores purpureos, & odoratos. Resinam fundit liquidã, ac copiosam, quin etiã Agaricũ gignit. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in mõtibus, & cliuosis locis. Larice abundant Tridẽtinæ alpes: & circũstãtia loca. *Idem*

QVALITATES.

Cortex siccat pini modo: Resina excalfacit, atqui minus quàm pinea, & Abiegna. *Matt.*

VIRES.

Resina aluum ducit, abstergit, prouocat, aperit, glutinat, attrahit, Suppuratos, & tabidos iuuat; delincta purulenta extrahit. Renes, & vesicam expurgat, calculos expellit: deuorata articulorum dolores lenit. Gonorrhæam sistit addito succino, & corallio, aut caphuræ momento, oleum ex ea distillatum cùm ad plura vtile, tum maxime vulneribus glutinandis, & neruorum affectibus. *Idem*

CENSVRA.

Qui Laricem nostratem non esse legitimam dicunt hallucinantur: & qui Vitruuio, & Cæsaris commentarijs addicti, Laricem igne haud quaque comburi posse negant. cùm tamen eius materies resinosior cæteris resiniferis plantis habeatur. antiquorum omnium testimonio qui de ea scripserunt, *Matt.*

PICEA, Græcis πεύκη.] Italis, *Pezzo*.] Germanis, *Rot tannenbaum*.] Hiſpanis, *pino negro*.] Gallis, *Peſſe*, *Pignet*, *ſiue Garipoolt*.

PICEA.

FORMA.

Matt. Facie eſt Abieti adeo æmula, vt Syluanos quā doq; fallat. Eſt tamen nigrioribus folijs, latioribus, læuioribus, mollioribusq;, ac minus aculeatis. Hæc ramos circumquaq; veſtit atque operit. Conos edit Spithamę longitudine: fragili nucamẽtorum congerie, in quibus ſemen concluditur. omnino inutile.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in montibus, & ſyluis.

QVALITATES.

DIOSC. Siccat cortex, adſtringit, Pini modo, ita reſina pari facultate excalfacit.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Ea omnia præſtat, quæ pinus, & ſi Reſina ignobilior eſt, & minus efficax. Materies cum ad ædium, nauiumque fabricas, tum ad vaſa vinaria, & alia domeſtica vtenſilia aptiſſima habetur. Cortex coriariis expetitur ad denſanda coria.

ABIES Græcis, ἐλάτη.] Italis, *Abete, & Abeto.*] Germanis, *Dannenbaum.*] Gallis, *Sapin.*

ABIES.

FORMA.

Piceam tota facie æmulatur, anguſtioribus tamẽ folijs, & aduerſa parte candicantibus. Reſinam fundit liquidam, larigne ſimilem, quam, lachrimam abiegnam vocant: ſplendidiorem tamen, & guſtatu amariorem, ac odoratiorem multò. Gignitur lachryma intra corticem excitato tumore, quo reſecto, collachrymat. Annoſę arbores incanæ ſpectantur, ob dependentes vndique muſci comas. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in altis mõtibus, inter larices, & Piceas. *Matt.*

QVALITATES.

Cortex exiccat Piceę, & Pinus modo. Lachryma verò magis quàm Larigna excalfacit, & eadem pręſtat valentius. glutinat mirificè recentia vulnera, & præſertim caluariæ, vbi tñ cerebri mẽbrana haud detecta appareat. Iuuat ſumpta ſemunciæ pondere Iſchiadicos, podagricos, ac calculoſos: quin & Aſthmaticos, ſuſpirioſos, ac purulentos. *Matt.*

LENTISCVS, Græcis Σκῖνος.] Mauritanis, *Daru.*] Italis, *Lentiſco.*] Hiſpanis, *Mata, aut Arueira.* Gallis, *Lentiſq,.*] Germanis, *Maſtixbaum.*

LENTISCVS.

FORMA.

Matt. Foliis eſt Myrto proximis, octonis ex vno proceſſu prodeuntibus, ſaturatè virentibus, ac perpetuis. cortice ſubrufo. Fructum profert racemoſum, rubentemq; in vuæ modum, è quo oleum elicitur. corniculos quoque gignit, in quibus liquor eſt limpidus, puſillis refertus culicibus. Reſinam quoq; fundit, quam Maſtichen vocant, grumoſam, duramque, ſed omnium præſtantiſſimam.

LOCVS.

Idem. Naſcitur plurima in Chio, Creta, Cypro, & aliis Ægei maris inſulis. quin etiam in Italia, & præſertim in Hetruria, & Campania.

QVALITATES.

Gal. li. 7 ſimp. m. DIOSC. Planta exiccat ſecundo ordine completo, aut tertio incipiẽte: in caliditatis autem, & frigiditatis differentia, mediũ tenet, adſtringit, roborat, reſoluit. Reſina hęc omnia poteſt, at pręter hæc emollit, & excalfacit.

VIRES.

DIOSC. Lentiſcus auxiliatur ſanguinẽ reiicientibus, dyſentericis, menſium profluuiis ſedisq; & vteri procidentiis. Idem caua vlcera explet, oſſa ferruminat, vrinam pellit, dentes commotos firmat. Oleum è baccis preſſum adſtringit, & præſcripta omnia poteſt. Reſina autem præter hæc peculiariter tuſſi veteri medetur, ſtomachichos iuuat, & durities emollit. ¶ Eadem commanſa pituitam elicit, & halitum commendat. Articulorum frigidos dolores tollit atque mulcet, ſi cum cumino, ſaluia, & Lauri baccis illinatur.

Matt.

TEREBINTVS, Græcis τέρμινθος.] Arabibus, *Baton, Botin, aut Albotin.*] Italis, *Terebinto.*] Gallis, *Terbentin.* Germ. Cypriſche Terpentinbaum.

TEREBINTHVS.

FORMA.

Foliis eſt Fraxini, craſſioribus, pinguioribus, & rotundioribus, Cotino proximis: materie Lentiſco haud abſimili, perinde ac cortice. Floret oleæ modo, & fructus rubentes, racemoſosque gerit: cornicula quoque edit rubentia, capriuis haud minora, liquore quodam, & culicibus referto: vt in Lentiſco. Reſinam fundit liquidam, & odoratam, Larignæ, aut Abiegnæ ſimilem, cæterisq; præſtantiorem, Lentiſcina excepta. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in Syria, Cypro, Iapidia, & multis Italiæ locis. habetur & Romæ, in antiquorum domorum ruinis. Naſcitur, & in Tridentinis montibus: ſaxoſa enim & calida amat loca. DIOSC. *Matt.*

QVALITATES.

Folia, cortex, & fructus excalfaciunt, & ſiccant ordine ſecundo, adſtringunt, roborant, repellunt, contrahunt. Reſina verò excalfacit, extrahit, emollit, abſtergit, deijcit. *Gal. 8. ſimp. med.* *Matt.*

VIRES.

Aridæ baccæ potę vrinam cient, & lienoſos iuuant. Reſina hauſta vnciæ pondere renes expedit, & veſicam, & articulorum morbis auxiliatur. Medetur eadem delincta tuſſientibus, tabidis, ſuppuratisque, craſſa, purulentaq; expectorat: ſcabiem, & lepram ſanat. aluum emollit, vrinam cit, vulnera, & vlcera purgat, & carne replet. Additur in antidotis. *Gal.* DIOSC.

CVPRESSVS, Græcis κυπάρισσος.] Arabibus, *Saro, ſiue Sero.*] Italis, *Cipreſſo.*] Gallis, *Cypres.*] Germanis, *Cipreßen.*] Hiſpanis, *Cipres.*] Bocmis, *Cypriis*.

CVPRESSVS.

GENERA.

Duum eſt generum. Mas alterum, alterum Fœmina. Hæc faſtigiato eſt culmine. Illa ramos in latum ſpargit.

FORMA.

Matt. Vtraq; procera rectaq;, caudice glabro, & ramos in ſummitate tantum habens. Foliis viret perpetuis, Sabinæ bacciferæ proximis. Conos gerit Lariceis æmulos, ſolidiores tamen compactioresque, in quibus minutum concluditur ſemen. Reſinam fundit liquidam ſed modicam, odore haud ingrato. Ligni materies ſolida, ſpectabilis, & ſuauiter odorata.

LOCVS.

Idem Plurima in Creta ſponte naſcitur, aquoſos odit tractus, & colles, & montes amat.

QVALITATES.

Gal. 7. ſimp. me. Coni folia, & germina exiccant, abſque inſigni acrimonia, & per quã moderate excalfaciunt. Adſtringit Cupreſſus omnibus ſuis partibus, roborat, glutinat, & reſoluit.

VIRES.

DIOSC. Folia ex paſſo, & mirrhæ exiguo pota, veſicæ rheumatiſmis, & vrinæ difficultati auxiliantur: pilulæ autem ex vino tuſæ dantur commodiſſimè potandæ diſentericis, tuſſientibus & orthopnea affectis, ſanguinemq; reijcientibus. Enterocellas tam potu, quam illitu reprimunt. Pilulæ, cum arboris coma ſuffitæ, culices abigunt: folia trita & impoſita vulnera congluti nant. Sanguinem ſupprimunt: trita ex aceto capillum tingunt Illinuntur per ſe, aut cum hordeacea farina ignibus ſacris, vlceribus, quæ ſerpunt, carbunculis, & oculorum inflammationibus. admota cum cerato ſtomachum corroborant. ¶ Pilularum decoctum ex aceto paratum dentium rheumatiſmos cohibent. Eorundem & mulorum vnguium cinis oleo myrtino exceptus opitulatur illitus capillorum defluuiis.

Matt.

IVNIPERIS, Græcis, ἀρκευθὶς.] Arabibus, *Arconas, siue Archenchas.*] Italis, *Ginepro.*] Germanis, *Vueckholtz, siue Krametbaum.*] Hiſpanis, *Enebro.*] Gallis, *Geneure.*] Boemis, *Iolauuec.*] Polonis, *Zolauuec.*

Wo Holder oder Kranatwitspaum.

IVNIPERVS.



GENERA.

Duo eius genera: Alterum ma ius: alterum minus. DIOSC.

FORMA.

Folio vtraque eſt aculeato, longiuſculo, & anguſto. ligni materies dura, compactaq; ac odorata: Baccas edit cæruleas, copioſas, erui magnitudine, odore haud ingrato: Reſinam quoque fundit maſtiche haud abſimilem, quam Arabes Sandaracem vocant. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in collibus, ac etiam montibus, arido præſertim tractu. *Plin. lib.* 16. *cap.* 18.

QVALITATES.

Excalfacit, & ſiccat ordine tertio: Baccæ tamen ſiccant ordine tantum primo. ¶ Attenuat, aperit, digerit, reſoluit, adſtringit, roborat. *Gal. 6. ſimp. me.* *Matt.*

VIRES.

Bibuntur folia, aut eorum ſuccus vtiliter contra Viperarũ morſus. Earundem decoctũ menſes elicit, & vrinas: Baccæ ſtomacho vtiles: Præſtãt eædem cõtra pectoris vitia, tuſſim, inflationesq;. Reſina ſuffita, aut aſperſa deſtillationes ſiſtit: hauſta verò menſium abundantiã cohibet. tineas ventris necat, reſolutis neruis medetur. & ſanguinis excreationes ſupprimit, quin ẽt fluentes hæmorrhoidas; In ſolutionibus dentium addita dolorẽ mulcet, qđ & baccarũ decoctũ ex vino efficit. Carbones è Iuniperi ligno paratos, & ſuo ipſius cinere ſepultos, integro anno ignẽ fouere Chymiſtæ promittũt. *Matt.*

SABINA, Græcis, Βράβυς.] Arabibus, *Abel Abehel, siue Alhorar.*] Italis, *Sabina, & Sauina.*] Germanis, *Sebenbaum.*] Hispanis, *Sabina.*] Gallis, *Sauinier.*] Boemis, *Klaßterka chuuogka.*] Polonis, *Szauuina.*

SABINA



GENERA.

DIOSC. *Matt.* Genera duo: Alterũ frugiferum, alterum Sterile:

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Fructifera foliis exit Myricæ crassioribus, minimè aculeatis. Differentia in baccis. In altera.n.cæruleę, in altera rubentes spectantur.

LOCVS.

Matt. Seritur in apricis, & collibus, in hortis, & viridariis, ac etiam sponte per se prouenit.

QVALITATES.

Gal.li.6. simp.me. Matt. Tenuium maximè est partium: Excalfacit, & siccat ordine tertio: gustu acri, & amaro, & adstringente. ¶ Digerit, resoluit, aperit, prouocat, abstergit, penetrat, sitim accendit.

VIRES.

DIOSC. *Gal.ibid. Matt.* Vrinã sanguinolentã ducit: Mẽses elicit: fœtũ interficit, ac ér expellit, cũ pota, tũ suffita. Vtriusq; folia nomas cohibent, vlcera in capitibus puerorum manãtia sanãt, foliorꝝ puluere, & butyro bubulo illito: Suffita gallinarum pituitã, & grauedinẽ excutit. Ex butyro, & melle delincta asthmaticis medet. Nigra, & sordida vlcera cũ melle purgat: Additur quoq; multis in antidotis.

CENSVRA.

Qui Sabinam bacciferam non concedunt, aperte delirant.

SABINA Sterilis, Græcis, Βράθυς σερκτικὸς.] Italis, *Sauina sterile*. Germ. Eselin Brunenbaum

SABINA STERILIS.



FORMA.

Vulgaris est notitiæ, foliis cupressi ferè similibus, sed acuto pungentiq; cacumine, grauiter olẽtibus, amariusculis, feruentibusque. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in apricis. & seritur quoq; in hortis & viridariis. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Non adeò multum differt à baccifera, verùm tum acrior est, tum quoque graueolentior: Excalfacit, & siccat tamen valentius. Digerit, resoluit, aperit, abstergit, prouocat, & parumper adstringit. *Matt.*

CEDRVS Græcis, Κέδρος.] Arabibus, *Serbin.*] Italis, *Cedro.*] Resina autem eius Latinis, Cedria, Græcis, Κεδρία.] Arabibus, *Kitran, Sut, Alkitran.*] Italis, Cedria. Germ. Cedernbaümb.

GENERA.

Matt. Duum generum est: Maius videlicet, & Minus: Maioris genera duo: quemadmodum & minoris.

CEDRVS.

FORMA.

Idem. Procera arbor est, Abieti perquàm similis. Quæ in maioris genere floret, fructū nō fert. Altera verò cōtra, nunquā floret, sed conos tñ profert cupressi longè maiores. Resinā fundit laudatissimā. Ligni materies ęterna.

LOCVS.

Matt. Maior in Syria, Iudæaque prouenit, & præsertim in Libano monte.

QVALITATES.

Gal. 7. simp. me. Vtraq; est calidæ, siccęque temperaturę, tertio quodammodo ordine secundum vtranque: At Cedria quartum ferè gradum attingere videtur, abundè calida simul, & tenuium partium. ¶ Eadē attenuat, digerit, resoluit, expellit, putrefacit.

Matt.

VIRES.

DIOSC. Cedria infusa defuncta corpora conseruat, & viua putrefacit: additur ocularibus medicamentis, magno iuuamento. Vermes aurium necat: cauis dentium indita eos frangit, & dolores leuat. Conceptum impedit inuncto ex ea genitali ante coitum: pediculos illitu enecat: pulmonum vlcera purgat, & obesos extenuat.

CEDRVS PHOENICIA, Græcis, ὀξυκέδρος.] Italis, *Cedro minore*.

Germ. im andern geschlecht Cedrenbaum.

CEDRVS PHOENICIA.



FORMA.

Arbor est Iunipero per omnia similis. ¶ Sed maioribus foliis aculeatisque: baccis quadruplo maioribus, colore aureo rufescente, sapore dulci, esui haud ingrato. *Gal. lib. 7. sim.*

LOCVS.

Nascitur in Iapidię montibus non longè à Pesino oppido. *Matt.*

QVALITATES.

Excalfacit, & siccat ordine ferè tertio. ¶ Aperit, prouocat, resoluit, digerit. *Gal. l. 7. simp. m.*

VIRES.

Baccæ Stomacho aduersantur: auxiliantur tamen tussientibus: cõuulsis, & vrinæ stillicidio laborantibus. Eædem cum pipere potæ menses ducunt. Sumuntur quoque contra leporem marinum, ex vino. Inunctæ toti corpori ex cerũina medulla, aut adipe: à serpentibus hominem tutum reddunt. Ideoque bellè adduntur in Antidota. DIOSC.

Wirckt den Geschlangen gifft.

LYCIA Cedrus, Græcis, Κέδρος λυκία.] Italis, Cedro Lycio.

Cyr: in gesslers D Cedernbäume.

LICYA CEDRVS.

FORMA.



Matt. Foliis conſtat Phœniciæ longè minoribus, frequentioribusque longè minus aculeatis, ita vt Iuniperum paruã quadantenus referat. Eadem, ſi digitis atterantur non inſuauẽ ſpirãt odorem. talis enim habetur, qualis ferè in pineorum ſtrobilis percipitur. Cortice caudex obducitur ſubrufo. ramos emittit lentos, vitilium inſtar: baccas gerit alterius. minores, rubentesque amaro ſapore: odore non ingrato.

LOCVS.

Idem Naſcitur in quibuſdam Morauię montibus.

QVALITATES.

Idem Excalfacit, & ſiccat: minus tamen quã Oxycedrus.

VIRES.

Idem Eadem ferè omnia pręſtat quę oxycedrus, ſed non adeo valenter.

LAVRVS, Græcis, Δάφνη.] Arabibus, *Gaur, siue Gar.*] Italis, *Lauro.*] Germanis, *Lorberbaum.*] Hispanis, *Lauret, siue Laurerio.*] Gallis, *Laurier.*] Boemis, *Bobeck.*

LAVRVS.

GENERA.

Laurus quædam tenui folio constat, altera latiore. DIOSC.

FORMA.

Vtraque folia habet oblonga, lata, in acutum desinentia, solida, & odorata: flores vtrique tenues, muscosiq;: Baccas, oliuis haud dissimiles: è quibus Laurinum fit oleum. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in apricis non longè a mari, & circa amænos lacus, quòd frigoris & algoris sit impatiens. In Italia copiosa in hortis, viridariis, & collibus seritur. ac etiam per se nascitur. *Matt.*

QVALITATES.

Folia, & baccæ excalfaciunt, & siccant vehementer, atque hæ quoque magis quam illa. Radicis autem cortex nonnihil adstringit, & minus acris est, & minus calida. ¶ Laurus attenuat, aperit, ꝓuocat, incidit, emollit, dìgerit, flatus pellit. *Gal. l. 6. simp. m.* *Matt.*

VIRES.

Opitulantur fotu omnes lauri partes vuluæ, & vesicæ vitiis. Baccæ tritæ, & melle, aut passo exceptę, delinctæq; auxiliãtur omnibus thoracis rheumatismis. Dantur cõtra Scorpionum ictus: Illitæ vitiligines emaculant. Earũdem succus vtilissimè aurium dolori, & grauitati instillatur, cum vino vetere, & rosaceo. Radicis cortex pota, calculos rumpit, & partus necat. ¶ Septem lauri baccæ à prægnantibus propediem parituris, cùm se dormitum recipiunt deuoratæ, facilem, fœlicemque partum præstant. DIOSC. *Matt.*

Zur glückseligen, und leichten geburt.

PLATANVS, Græcis, πλατανος.] Arabibus, *Dulb.*] Italis, *Platano.*] Gallis, *Plan, ſiue Plane*.

FORMA.

Matt. Procera, ramoſaq́; arbor Platanus eſt, folio vitigineo, craſſiore, infera parte albicãte: Cortice veſtit craſſo, ſubcã dicãte. Floſculos edit tenues, pallidosq́; bacis rotũdis, ſcabris: lõgo à pediculo dependentibus.

PLATANVS.

LOCVS.

Plin. Amat flumina & fontes, etſi vini irrigatione plurimum gaudeat.

QVALITATES.

Gal.li.8 ſimp.me. Platanus humidioris, frigidioriſq́; eſſentiæ eſt, non ita multò quam ſymmetra: Atqui cortex, & pilulæ magis exiccant.

VIRES.

Tenera folia prohibent, reſoluunt, reprimunt, & phlegmonas naſcentes adiuuant: in vino autem decocta, & illita oculorũ fluxiones ſiſtunt: corticis decocto ex aceto parato vtiliter colluuntur in dolore dentes: Virides pilulę in vino potę ſerpentium morſibus auxiliantur. Exceptæ autem adipe igni ambuſta ſanant.

FRAXINVS, Græcis, μελία] Italis, *Fraſſino.*] Germanis, *Eſchenbaum.*] Hiſpanis, *Fraſno.*] Gallis, *Freſne.*] Boemis, *Gelin.*] Polonis, *Zeſion.*

FRAXINVS.

CENSVRA.

Genera eius duo: Excelſum alterum, ac procerum. Alterum humilius, & minus auctile. *Theoph. lib. 3. c. 11. de hiſt. plant.*

FORMA.

Excelſum lignũ habet candidũ craſſiuenium, neruatum, mollius, enodius, ac criſpius: Humile verò ſcabrius, durius, & flauius. Vtraq; foliis eſt laurinis haud abſimilis, anguſtioribus tñ, & ſenſim per ambitũ ſerratis, ſorbi modo prodeũtibus. ¶ Fructum fert in ſiliquis linguis auicularum ſimilem, ſubrubrum, & guſtu amariuſculo, ac medicato. *Idem.* *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in montibus, & cliuoſis ſyluis. *Matt.*

QVALITATES.

Excalfacit & ſiccat, adſtringit, reſoluit, abſtergit, attenuat. *Idem.*

VIRES.

Folia, aut earum ſuccus ex vino pota, viperarum morſibus medentur. ¶ Spuma è viridi ligno manans dum incenditur, addito cyclamimi, & rutæ ſucco: omnibus ſimul parumper calefactis ſurditati auxiliantur, ſi in aurem ſanam infundantur, dum ſe cubitum recipit æger. Corticis recentis decoctum potum lienem abſumit. Fructus datur vtiliter potandus in lateris dolore, & ad vrinam ciendam. Idem venerem excitat, & in furno ſiccatus, potuſq; calculo ſis auxiliatur. DIOSC. *Matt.*

POPVLVS alba, Græcis, Λεύκη.] Arabibus, *Haur.*] Italis, *Populo bianco.*] Germanis, *Bellen, poppelbaum.*] Hiſp. *Alamo blanco.*] Gallis, *Peuplier.*

GENERA.

Matt. Tria populi ſunt genera: Alba de qua nunc ſermo eſt, Nigra, & Lybica, ſiue Alpina.

POPVLVS ALBA.

FORMA.

Idem Alba arbor eſt procera: craſſo cortice, ſed læui. Folia ſunt illi vitiginea, inferna parte maximè albicantia, ac lanuginoſa. Infrugifera arbor eſt.

LOCVS.

Idem Naſcitur circa flumina, & vliginoſo tractu.

QVALITATES.

Gal. li. 7 ſimp. m. Miſtæ quodammodo temperaturæ eſt, ex aqua tepida, & terrena extenuante eſſentia, quin etiam abſtergentis facultatis eſt particeps.

VIRES.

DIOSC. Cortex vncię põdere potus ſubuenit Iſchiadicis, & vrinæ ſtillicidio: cũ mulino rene hauſtus, ſterilitatem inducit. Idem præſtant etiã folia à purgatione ex vino pota: Inſtillatur vtiliter foliorum ſuccus in aurium doloribus. Gemmæ quæ primo foliorum partu extuberant, ex melle illitæ hebetes oculos iuuãt. Tã albæ, q̃ nigræ cortex particulatim inciſus, & ſulcis ſtercoratis obrutus, quocunq; anni tempore edules fungos profert. Idẽ prẹſtat

Matt. alba populus humotenus ſecta, & aqua calida, quę fermentũ excepe rit, pſuſa: infra quatriduum. n. fungos dabit, eſui quàm gratiſſimos.

POPVLVS Nigra, Græcis ἄιγειρος.] Arabibus, *Haurromi.*] Italis, *Poplo negro.*] Germanis, *Aſpen, ſiue popel Vueiden.*] Hiſpanis, *Alamo*, *Nigriglio*] Gallis, *Tremble*.

POPVLVS NIGRA.

FORMA.

Nigra albam proceritate ſuperat: folio eſt hederaceo: non tamen vt in alba diſſecto: ſenſim per ambitum ſerrato, apice in acutū deſinente. Fructum fert racemoſum, baccis Erui magnitudine, in quibus copioſa, albaque lanugo concluditur. Cortex eſt illi cinereus, craſſusq;: Materie alba ac contumaci ad ædium, & vtēſilium fabricas idonea. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in fluuiorū ripis, & ſcrobium aggeribus. *Matt.*

QVALITATES.

Flores excalfaciunt ordine primo, in deſiccando vero, & humectando, parum tēperatis, & medijs ad ſiccius deflexerunt. Verùm ſubtilium potius quàm craſſarum ſunt partium. Folia autem quodammodo floribus ſimilia ſunt, verū imbecilliora: Flores, & folia digerunt, reſoluunt, & attenuant: quæ omnia efficacius præſtat reſina. *Gal. 6. ſimp. med.*

VIRES.

Folia recentia ex aceto illita podagricos iuuant. Baccæ ex aceto potæ comitialibus auxiliantur. ¶Prima erūpentia germina odorata ſunt, & glutinoſa: conciliant eadem capillorum nitorem, ijs contuſis cum recenti butyro, inſolatis, & illitis. DIOSC. *Matt.*

POPVLVS Lybica, ſiue Alpina, Græcis, λεπρὶς.] Italis, *popolo montana.*

Germ. Bürgpoppelbaum.

POPVLVS LYBICA.

FORMA.

Matt. Folio eſt cæteris tenuiore, rotundiore, angulofoque, punctim albis notis conſperſo, tenuiq; pediculo appenſo, continuò ferè ſe mouente, etiam ſi nullus in aere ſpiritus ſentiatur. Caudice eſt cæteris breuiore, nigrioreque cortice veſtito, & materie imbecilliore, alba tamen, & tenaci: Fructum nullum fert nec flores.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in montium ſyluis, & ſylueſtribus locis.

QVALITATES.

Idem. Qualitates illi ſunt quales & ceteris generibus.

VIRES.

Idem. Folia eadem præſtat, quæ Nigræ, non tamen adeò ſunt efficacia.

ALNVS, Græcis, πλάτθρα] Italis, *Alno, Onio Onizo: & Auno.*] Germanis, *Erlenbaum.*] Gallis, *Auno.*] Boemis, *Vuolſa.*] Polonis, *Olſa.*

ALNVS.

FORMA.

Folio eſt coryli, craſſiore cortice ſcabro, materie molli, rubẽte. Fructum fert viridem, oblongum, moris forma ſimilem, ſquamoſumque, matureſcit autumno, minuto intus ſemine, fuluo colore. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur ſecus flumina, & vliginoſo tractu. *Theoph.*

QVALITATES.

Exiccat manifeſtè, ſed in frigiditate, & calidita te, parum à medijs abeſt. *Matt.*

VIRES.

Folia reſoluunt, reſtringunt, delaſſatosq; recreant. Cortex verò præter hęc corroborat. Folia recentia illita tumores abſumũt. Eadem pedum plantis ſubpoſita fatigatos viatores iuuant. Pulices necant, rore matutino aſperſa, & in cubiculis ſparſa. Cortex, q̃ magis aſtringat, vſurpatur gallę vice ad coria inficienda. Sunt etiam qui eo vnà cum fructu vtantur pro galla ad ſcriptorium atramentum parandum. Expetuntur pali ex alno parati ad ędificiorum fundamenta, quæ in fluminibus, & aquoſis locis ſtruuntur, quòd in aqua nunquam putreſcant. *Matt.*

BETVLA Græcis, Σημύδα.] Italis, *Bettola: Betula, & Bidollo.*] Germanis, *Bircken.*] Boemis, *Brika.*

FORMA.

Matt. Foliis exit, nigræ populi haud absimilibus, per ambitum serratis. Iulos edit, vt Corylus: sed fructum nullum. cortex illi albus, membranosus;, bitumino sus,& pinguis. Materies candida, flexilis, ac tenax, caudice terebro perforato, aqua clarissima, copiosaque distillat. & potu non ingrato.

BETVLA.

LOCVS.

Idem Nascitur in Syluis Septẽtrionalibus, præsertim locis frigidis, ac niuosis.

QVALITATES.

Idem Folia excalfaciunt,& siccant, resoluunt, attenuãt, abstergunt, aperiunt, & amara sunt. Cortex uerò quod bituminosus sit excalfacit,& emollit.

VIRES.

Idem Aqua quę è pforato caudice distillat, cùm renum,tũ vesicę calculos eijcit. Illita faciei nitorem conciliat,& maculas delet. Eadẽ oris vlcera sanat. Foliorum succus coagulo admistus caseũ à teredine,& vermibus præseruat. Ligni materies ad cingenda vinaria vasa peridonea est. Alpini è corticibus conuolutis nocturnas faces parant: Bituminosi enim cum sint, non minus quàm tęda flagrant,& incenduntur. optimi quoque è Betula parantur carbones ad fundenda metalla peridonei.

VLMVS Græcis, πτελέα.] Arabibus, *Didar, siue Luzach.*] Italis, *Olmo.*] Germanis, *Vlmen, Risten holtz, & Iffenholtz.*] Hiſpanis, *Vlme.*] Gallis, *Orme.*

VLMVS.

GENERA.

Campeſtris, & Montana, quã Græci, ὀρεσπτελέαν uocant. *Theoph.*

FORMA.

Montana rectior, auctior, ac procerior. Campeſtris fruticoſior. Vtraque folium habet criſpum, aſperum, leuiter circumſerratum oblongumque. ¶Folliculos profert magnos, numeroſos, criſpos, humani ſcroti ferè effigie, lento, claroq; liquore refertos, culicibus quoque numeroſis cõcluſis. Ligni materies neruoſa, tenax, robuſta, non tamen ſpatioſa. Montana ſiliquas & ſemen profert. Cortex exterior illis eſt aſper craſſusque, interior verò qui lignum ambit, lori modo lentus. *Theoph.* *Matt.*

LOCVS.

Montana in montibus; campeſtris, in campeſtribus locis habetur. *Theoph.* *Plin.*

QVALITATES.

Folia, & cortex adſtringunt, inſpiſſant, abſtergunt, reſoluunt, emolliunt, glutinant. *Gal.* *Matt.*

VIRES.

Craſſior cortex ex vino vnciatim potus pituitas, & aquas trahit. Fouentur vtiliter fracta oſſa, foliorum, & radicũ corticis decocto. Humor è medulla caſtratæ arboris, defluentem capillum reddit, & continet ne fluat illitus. Liquor in folliculis contentus vitreo vaſe exceptus ſepelitur in fimo equino calido, ſale vaſi ſubſtrato, vigintiquinque diebus, quo poſtea vulnera celeriter ſanantur? ſi cum ſplenijs illinantur. Quin etiam puerorum, adoleſcentiumq; enterocellas ſanat. DIOSC. *Matt.*

CARPINVS, Græcis, ζυγιὰ] Italis, *Carpino*.

CARPINVS.

FORMA.

Matt. Arbor eſt folijs vlmo proximis, tenuioribus tamen; caudice procero, cortice ſubalbicante, ſcabro: ramis copioſis, robuſtis, folioſis patuliſq;. Ex his per Æſtatem petioli quidam pendent, è quibus trique tra quædam folia ſub pallida circumquaq; racematim exeũt, quorum medius apex, cæteros longitudine ſuperat, & inter hos parua quædam capitula ſpectantur, ciceris magnitudine, aut paulo maiora, in quibus ſemen. Radicibus nititur firmis, craſſiſque. Ligni materies alba, ſolida, tenaxque, è quibus iuga bouum villici parant.

LOCVS.

Idem. Creſcit paſſim in omnibus fere ſyluis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Qualitates, atque vires, nemo eſt (quod ſciuerim viderimque) qui deſcribat.

ARVNDO, Græcis, Κάλαμος.] Arabibus, *Caſab.*] Italis, *Canna.*] Germanis, *Roehr.*] Hiſpanis, *Canas.*] Gallis, *Cannes ſiue Roſeaux.*

ARVNDO.

GENERA.

Domeſtica, quæ ſeritur, & Aquatica ſpontè proueniens, quanquam Plinio Arundinum xxix. deſcribantur genera. *Matt.*

FORMA.

Satiua, quę è radicũ geniculis ſeritur, ad vitiũ palos, ad decẽ cubitorũ altitudinẽ adoleſcit, robuſta, ac firma, intus tñ inanis, compactis per interualla geniculis: cortice ſquamoſo, aſpero, ſubalbicante. Folia habet longa milij Indici ſimilia, aſpera vbiq; ſuperficie: & acuta circumferentia. Radix illi eſt albicans, dura, tuberoſa, ꝑtorta, informis, geniculataq́; . Secantur quotãnis humotenus: ſe ćtæq́; illico regerminãt. *Idem.*

LOCVS.

Domeſtica in imis vinearum locis ſeritur. Vliginoſo præſertim ſolo: Aquatica autem ſpõte prouenit cùm ſtagnantibus aquis, tum quoque in fluminibus, & mari. *Idem.*

QVALITATES.

Cortex aduſtus excalfacit ordine tertio, ac ẽt plus ſiccat. Viridia folia refrigerãt. Folia, & cortex adſtringunt, abſtergunt, & corroborant: radix verò attrahit. *Gal. 7. ſimp. me.*

VIRES.

Folia tuſa, & impoſita, ignibus ſacris medent. Corticis cinere ſanant alopecię. ¶Radix pota mẽſes, & vrinas ciet. Eadẽ recẽs tuſa, & illita ſcorpionũ ictib⁹ auxiliat, quin ẽt aculeos, et alia corporib. infixa extrahit. DIOSC. *Matt.*

Matt. ARVNDO paluſtris, Græcis, Κάλαμος ἔλειος.] Italis, *Canneila, & cannuccia aquatica.*

ARVNDO PALVSTRIS.

FORMA.

Idem. Calamo eſt tenui, geniculato, læuibus internodiis, inani, ac fragili, foliis longis, aſperis, & per ambitum acutis: paniculis in ſummitate comoſis tactu mollibus, læuibusque.

LOCVS.

Idem. Prouenit ſponte in paludibus, lacubus, & cæteris ſtagnãtibus aquis.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem. Vires ſunt illi eædem, quæ & cæteris generibus.

MYRICA siue Tamarix Græcis, Μυρίκα.] Arabibus, *Tarfa, seu Carfa.*] Italis, *Tamarigio.*] Germanis, *Tamarisken.*] Hispanis, *Tamargueira, siue Tamaris.*] Gallis, *Tamarisc.*

MYRICA.

GENERA.

Duum est generum. Vrbanum, & syluestre. DIOSC.

FORMA.

Vrbana, foliis est cupressi viridioribus: Fructumq; gerit gallæ similem. & in altum arboreſcit. Syluestris folia habet Sabinæ bacciferæ similia, tenuiora tamen, ac magis virentia, fructum quasi florem ferens compage muscosum. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Vrbana, in Ægypto, & Syria puenit: Syluestris in fluuiorum alueis fruticat. DIOSC.

QVALITATES.

Abstergentis est, ac incidentis facultatis, absq; pspicua deſiccatione: & adstrictionē nōnullā habet. *Gal. li. 6 simp. me.*

VIRES.

Domesticæ fructus dat vtiliter cruenta expuentibus, cæliacis, & contra fæminarum profluuia, regium morbū, & phalāgiorum morsus. Illitus tumores inhibet: Vtriusq; cortex in eosdē vsus adhibetur. Foliorum decoctum potum ex vino lienem absumit, dentiumq; dolorem collutione sedat, & in deſessionibus muliebria cohibet. Sarmentorū cinis aspersus ambusta sanat. Rami concisi, & ex aceto illiti lienē attenuant. Cortex potus alui fluxiones sistit: Radicum decoctum diutius cum passis vuis potum, lienosam elephantiasim curat. DIOSC. *Serap. Alcanzius.*

ERICA, Græcis, ἐρείκα.] Italis, *Erica*.] Germanis, *Heiden*.] Hiſpanis, *Queiro*.] Galliis, *Bruyere*.

ERICA.

FORMA.

Plin.lib. 24.c.9. Frutex eſt non multum à Myrica differens, colore roriſmarini, & penè folio. floret bis in anno, Vere ſcilicet, & Autumno, floribus paruis, copioſis, ſubrubentibus.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in aridis, in campeſtribus, collibus, & ſyluis.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp.me. Digerendi per halitum facultatem habet.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Folia, & flores ſerpentium ictibus illitu medentur. ¶ Foliorum, & florum decoctum quinq; vnciarum pondere diebus triginta potum, veſicæ calculos frangit, idq; fœlicius ſuccedit, ſi à trigeſimo die in balneo eiuſdē decocti ſederint affecti aliquot diebus continuis, & ſuper ipſa Erica decocta ſederint: Florū decoctū potū lumbricorū: & ventris doloribus medet: foliorū ſuccus impoſitus oculorū imbecillitati ſuccurrit.

ERICA altera, Italis, *Erica seconda*. Gram. mit andre geschlächt D. Lindey.

ERICA ALTERA.

FORMA.

Ramos edit tenues, foliis alterius longioribus, acutioribusq;, anguſtis, ac numeroſioribus, quibus circumquaq; ramuli ſtipantur. Flores edit paruos rubentesq;. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur arido ſolo, & in collibus apricis, & mõtibus non valde excel- *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Si hæc planta Erica eſt: Ericæ facultatibus proculdubio inſignitur. *Idem.*

CENSVRA.

An hæc planta Erica legitima ſit, aliorum iudicio relinquo. *Idem.*

ERICA baccifera, Matthiolo. ver. Heide mit Beern.

ERICA.



FORMA.

Matt. Procumbit hęc planta humi, & latas occupat areas, foliis penè vulgaris Ericę: Baccas edit in purpura nigricantes, iuniperinis non abſimiles, ſed molliore pulpa, lenta, vt in prunis: Ramis eſt lignoſis obſequioſisq;, quæ menſe Auguſto matureſcunt.

LOCVS.

Idem. Prouenit in montibus, qui Boemiam à Sileſia diſterminant, & à quorum fontibus Albis fluuius originem ducit.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem. De qualitatibus, & viribus, quid certi dicam, non habeo.

RHAMNVS, Græcis, Ραμνος.] Arabibus, *Nausig, siue Nausegi.*] Italis, *Ramno, siue Marruca.*] Hispanis, *Scambrones.*] Gallis, *Burguespin, siue Neprun.* Wunderpaum.

RHAMNVS.

GENERA.

Trium est generum: Candidum: Candidius, nigrum. DIOSC.

FORMA PRIMI.

Candidum ramos fert rectos in acutæ spinæ modum, foliis paruis, oblongis, subpinguibus, tenuibus. ¶Baccis rubentibus, pisi magnitudine, cortice albo, & tenui. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Fruticat in sepibus, & frutetis. DIOSC.

QVALITATES.

Desiccat, & digerit excessu secundo, & refrigerat primo completo, aut secundo incipiente. *Gal. 8. simp. med.*

VIRES.

Folio ignibus sacris, & serpentibus vlceribus efficaciter illinuntur. DIOSC.

NOMINA.

RHAMNVS ſecundus, Italis, *Marruca bianca*.

RHAMNVS SECVNDVS.

FORMA.

Matt. Primo candidior eſt: foliis ſalicis, auerſa parte candidis, virgis aculeatis albicantibus: rubentibus inter folia baccis.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in fruticetis, & ſepibus.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Viribus, & qualitatibus nihil prorſus à priori genere abeſſe videtur.

RHAMNVS Tertius. Italis, *Marruca nera*.

RHAMNVS TERTIVS.

FORMA.

Nigrioribus eſt foliis quadantenus ad ruborem vergentibus : Ramos mittit quinum fere cubitorum, cæteris ſpinoſiores, læui cortice obductos, fuluo colore. Fructum edit latum cãdidum folliculari ſpecie, verticillo ſimilem, in cuius medium oſſiculum cõcluditur, in quo paruus ineſt nucleus. Aculei aliqui illi longi, rectiq́ue, nonnulli verò, vt rubi incurui. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in maritimis, in campeſtribus, & locis incultis. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Folia ignibus ſacris, ac ſerpentibus vlceribus vtiliter illinuntur. Fama eſt ramo huius, valuis fenestrisve impoſita veneficia depelli. Eadem omnia poteſt, quæ Rhamnus primus. DIOSC.

CENSVRA.

Falluntur qui putant Rhamnum tertium, eſſe Dioſcoridis Paliurum, ſed adhuc magis cæcutiunt, qui idem eſſe Dioſcoridi adulterinum contendunt.

NOMINA.

SPINA infectoria. Italis *Spino merlo, Spino Ceruino, siue Spino guercio.* Germanis, *Vuegdorn.*

SPINA INFECTORIA.

FORMA.

Matt. Arbuscula est nõ magna, foliis pyri breuioribus, & angustioribus: Ramos fundit numerosos, quorum fastigium in aculeum desinit. Baccas edit copiosas ligustrinis æquales, quæ primum virides, & per maturitatem nigrę spectantur. Ligni materies exterius albicat, medullitus verò rufescit.

LOCVS.

Matt. Prouenit in sepibus, & senticosis.

QVALITATES.

Idem. Exoluit aluum baccarum succus, aperit, & expellit, & caloris, & siccitatis haud est expers.

VIRES.

Idem. Fit è baccarum succo medicamentum aluum exoluẽs, hoc modo. Sumuntur succi earundem libręduę, & saccari sesquilibra, & coquuntur ad Iulapij spissitudinem: demum linteolo percolantur additis Zingiberis, cinnamomi, & Caryophyllorum nonnihil, omnibus in puluerem contusis. Huius liquoris uncia epota crassam, lentamque pituitam ducit: Ideoq; podagricis, Ischiadicis, paralyticisque belle confert. Baccarum succo vtuntur pictores: viridem colorem inde parantes.

HALIMVS, Græcis ἅλιμος.] Arabibus, *Molochia.*] Italis, *Halimo: Venetis Bidone.* Germ. Salßkraut. Oder Mirbkraut.

HALIMVS.

FORMA.

Ramos plures à radice fundit, lentos, & obsequiosos, foliis Oliuę pinguioribus, albicantibusque, salso sapore. ¶Semen profert racemosum in caulium summitatibus. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur maritimis locis, & circa salinas. DIOSC.

QVALITATES.

Excalfacit temperatè, & exiccat, & vt cætera salsa corroborat, adstringit, & abstergit. *Gal. 6. simp. med. Matt.*

VIRES.

Cocta ex iure, aut aqua addito oleo, aut butyro aluum subducit: Radix cocta, deuorataque lactis vbertatem facit, & conuulsa, rupta, torminaq; mulcet. Idonea planta est Halimus ad sepiendos hortorum toros, quippe obsequiosa cum sit, facilè quocunque distrahitur. *Matt.* DIOSC.

CENSVRA.

An hæc planta legitima sit Dioscoridis Halimus non desunt rationes, quæ rem dubiam reddunt.

NOMINA.

AQVIFOLIVM. Italis, *Aquifolium*.] Germanis, *vualdtdiſtln ſiue Sechpalmen*.

AQVIFOLIVM.

FORMA.

Matt. Planta eſt arboreſcens, ad acutę ſpinę magnitudinem, foliis Laurinis, perpetuis, & in toto ambitu per interualla ſinuatis, aculeatisque, carnoſis, ac læuibus. Virgas edit lentas, & obſequioſas, viridi libro veſtitas: baccas rotundas, rubentesq; ruſci modo.

LOCVS.

Idem Arboreſcit in ſyluis, & ſylueſtribus locis.

QVALITATES.

Idem Radices emolliunt, diſcutiunt, & reſoluunt.

VIRES.

Idem Fouentur radicum decocto vtiliter articuli, qui prius luxati duritiem contraxerunt. Idem oſſa fracta ferruminat. Id quod valentius præſtat radicum ipſarum cortex excoctus, & illitus. Folia ſuſpenduntur circa funes è quibus falſæ carnes ſub tecto pendent, ad arcendos mures. Sunt qui è tuſo radicum cortice arte quadam uiſcum parant ad aucupia.

CENSVRA.

Hallucinantur qui hanc arborem Theophraſto Agriam, ſiue Ariam faciunt: atque in eodem errore verſantur, qui eandem exiſtimant eiuſdem eſſe cratæogonon.

ACVTA Spina, Græcis, ὀξυάκανθα.] Arabibus, *Amiberberis, siue Berberis.*] Italis, *Hetruscis, Bagaia: Ananiensibus Amperlo.*] Germanis, *Hagdorn.*

ACVTA SPINA.

FORMA.

Arbor est Syluestri pyro similis, minor tamen, & valde spinosa. Baccas profert myrti, plenas, rubentes, fragiles, & intus nucleos radicem multifidam altè descendentem. ¶ Folia Apij hortensis modo diuisa, sed longiora: floribus racemosis, ac candidis, cortice scabro, & materie pyracea. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in Syluis, sepibus, & fruticetis. *Matt.*

QVALITATES.

Fructus est tenuium partium, & paulum quiddam incisiuum obtinet. Adstringit, roborat, & prohibet. *Gal. 8. simp. me.*

VIRES.

Baccæ deuoratæ alui, & fœminarum profluuia sistunt. Radix illita aculeos, & spicula extrahit: Nuclei in puluerē triti, ac poti calculos tum frangunt, tum eiiciunt. DIOSC.

CENSVRA.

Deluduntur qui Berberum communis usus oxyacantham faciunt.

BERBERVS Vulgaris, siue Crespinus. Italis *Crespino.*] Germanis, *Versich.*] Gallis, *Espine, siue Vinette.*

BERBERVS VVLGARIS SIVE CRESPINVS.

FORMA.

Matt. Compluribus ab radice fruticat ramis, siue aculeatis stolonibus. Cortice vestitur cãdicanti, læui, tenuique. Ligni materies flaua sed fragilis. Tota planta acutissimis aculeis, ternis simul prodeuntibus, albis, planis, fragilibus. Folia habet punicæ tenuissimis circundata spinis, flores aureos, odoratos, racematim dependentes. Fructus rubentes, baccis oblongis, racemosis, vinosisq; adstringenti, & acido gustu. Radicibus haud altis, fuluo colore.

LOCVS.

Idem Nascitur in sepibus, frutetis, ac senticosis locis.

QVALITATES.

Idem Baccæ refrigerant, & siccant, cohibent, roborant, & adstringunt.

VIRES.

Idem Vinum quod è baccis exprimitur, datur vtiliter potandum cum sirupo violaceo, & oxalidis aqua, in ardentibus, ac pernicioſis febribus: cum myrtino autem, & aqua plantaginis, cęliacis, & dysentericis, & in fœminarum profluuiis. Idem sitim sedat ex ptissana haustum. Columellam procidentem gargarizatu reprimit. Auxiliatur quoq; sanguinẽ reiicientibus. Vlcera serpentia cohibet, & humida exiccat, fauciũm, & gutturis inflationes reprimit. Intestinorum animalia necat, ac pellit.

CENSVRA.

Decipiuntur, qui vulgarem Berberim oxyacantham legitimam esse contenduint.

VVA SPINA, ſiue Criſpa. Italis, *Vua ſpina, ſiue vua marina.*] Germanis, *Vuegdorn, ſiue Crutzbeer.*] Gallis, *Groiſelier.*

VVA SPINA.



GENERA.

Altera Satiua, altera agreſtis, ac ſponte proueniens. *Matt.*

FORMA.

Vtraque arbuſcula eſt par ua, fruticoſa, folio Apij, ſiue Oxiacanthæ: ramulis, ac virgis albicãtibus, vbiq; aculeatis. Baccas profert rotundas, ſuccoſas, & hirſutas: & præſertim ſyluеſtris, acido, ac auſtero ſapore. At vbi maturitatem ſenſere, Hauеſcunt, & ſubdulces euadunt. *Matt.*

LOCVS.

Satiua in hortis, pomariis, & vineis ſeritur, Sylueſtris in ſepibus, & ſenticoſis locis ſponte prouenit. *Idem.*

QVALITATES.

Baccę frigefaciunt: exiccant, roborant, & adſtringunt. *Idem.*

VIRES.

Baccæ veniunt in ciborum vſum vuę acerbæ modo: nã iuſculis incoctę appetitum excitant. Sitim ſedant, & grauidarũ malaciæ ſuccurrunt. Dantur deuorandæ cæliacis, dyſentericis, & cruenta expuentibus. *Idem.*

RIBES vulgaris, Italis, *Ribes.*] Germanis, *S. Iohans, Treublein.*] Gallis, *Ribettes ſeu Raiſins de oultre mer.*

GENERA.

Matt. Duum eſt genus Domeſticum, & Syluestre.

FORMA.

Matt. Paruula vtraq; eſt arbor, folio paruo, vitigineo: Ramulos habet lentos, è quibus fructus rubeſcentes, & vuæ modo racemoſi dependent, baccis copioſis, rotundis, vinoſis, piperis magnitudine, guſtu acido, & adſtringenti, cum aliqua dulcedinis ſpecie.

LOCVS.

Idem Domeſtica ſeritur ad ſepiẽ dos hortorum puluinos. Syluestris, naſcitur ſponte in Boemia, in ſiluoſis collibus, & in aliis Germaniæ locis.

QVALITATES.

Idem Vuæ refrigerant, exiccant, adſtringunt, & roborãt.

VIRES.

Idem Datur vtiliter in acutis febribus: Ventriculum ęſtuantem refrigerat, ſitim reſtinguit, nauſeã, & vomitiones ſiſtit, cibi appetentiam incitat, cæliacos & dyſentericos iuuat, & bilioſis fluxionibus obnoxios, ſanguinis feruorem demulcet, bilis acrimoniam retundit, & impetum domat.

RIBES VVLGARIS.

CENSVRA.

Cæcutiunt, qui hanc plantam Mauritanorum Ribem faciunt, ac pariter qui Vrſi vuam eſſe contendunt apud Galenum.

LIGVSTRVM, Græcis, Κύπρος.] Arabibus, *Kenne, & Henne*,] Officinis, *Alcanna.*] Italis, *Guistrico, Oliuella: Oliuetta, & Cambroſſene.*] Germanis, *Beinholtz, ſiue Mundholtz, ſiue Reinueiden.*] Hiſpanis, *Alſcna, ſiue Hallena.*] Gallis, *Troeſne, ſiue Trezillon.*

LIGVSTRVM.

FORMA.

Arbor eſt oleę foliis, latioribus tamen, mollioribus ac viridioribus: flore candido racemoſo, ſed qui decerptus ſtatim flacceſcat: Baccas profert in cacumine racematim cohęrentes, hæderę minores, læuiores, ac nigriores, ſapore amaro, ac iniucundo, purpureo intus ſucco: materie robuſta, ac dura. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in ſepibus ac nemoribus. *Matt.*

QVALITATES.

Folia miſtæ ſunt temperaturæ, quin etiam & ſumma germina: Digerunt enim leuiter accedente aquea ſubſtantia modicè calida, quin etiam aliquid aſtrictoriæ poſſident facultatis: ex terrena frigida, & ſiccitatis non ſunt expertes. *Gal. li. 7 ſimp. me.*

VIRES.

Folia commanducata oris vlceribus medentur: & illita feruidis inflammationibus, & carbunculis. Decocto eorundem igni ambuſta fouẽtur. Eadem trita, & illita capillũ rufant: flores ex aceto frõti illiti, capitis dolores mulcent. ¶ Oleũ in quo liguſtri flores inſolati fuerint, prę- DIOSC.

ſtat illitum ad vulnerum inflammationes. Item ad capitis dolorem à bile prouenientem. Aqua à floribus diſtillata præſcripta omnia poteſt.

CENSVRA.

Non minus hallucinantur, qui Cyprum, & liguſtrum duas faciunt plantas, quàm qui liguſtrum noſtrum phillyream eſſe contendunt.

NOMINA.

PHILLYREA. Græcis, φιλλυρέα.] Italis, *Phillirea*.] Arabibus, *Mahaleb*.

PHILLYREA.

FORMA.

DIOSC. Arbor eſt Liguſtri magnitudine foliis oleæ nigrioribus, & latioribus. fructu lentiſci, nigro, ſubdulci, racematim cohærente.

LOCVS.

DIOSC. Naſcitur in aſperis.

QVALITATES.

DIOSC. Folia adſtringunt.

VIRES.

DIOSC. Ad ea omnia præſtant Phillyreę folia, ad quę Olea ſter, cùm adſtrictione eſt opus, maximè ad oris vlcera commanducata, aut ſi eorum decocto os colluatur. Vrinam quoque, ac menſes cient, Epoto decocto.

CENSVRA.

Aberrant qui φιλλῦρέαν Tiliam faciunt.

MAHALEB. Mauritanis ſic dicta vnguentariis. Italis, *Machalep.*

MAHALEB.

FORMA.

Arbor eſt non admodum ꝓcera, foliis Tilię haud longe abſimilibus: Flores edit albos, è quibus baccę ſubnaſcuntur nigræ, officulo intus cera ſorũ paulo minore, in quo nucleus reconditur, quo ad odoramenta, & ſmegmata vtuntur vnguentarii. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in Montibus. *Idem*

QVALITATES.

Excalfacit, emollit, abſtergit, attenuat, reſoluit, & dolores ſedat. *Serap. Auicenn.*

VIRES.

Nuclei contuſi iliorum, & dorſi doloribus vtiliter illinuntur. Id quod magis præſtat oleum ex iis expreſſum. Ex mellicrato hauſti, animi deliquiis ſubueniunt: dantur quoque ad coli cruciatus, & renum calculos. ventris quoque tineas necant, & vrinam cient. *Matt.*

NOMINA.

TILIA MAS, Græcis, φιλύρα ἔνορχις.] Italis, *Tilia maſchio, & Carpino nero.*] Germanis, *Stein Linden.*

TILIA MAS.

FORMA.

Matt. Arbor eſt magna, patentibus ramis, materie robuſta ſpiſſaque, ac etiã ſterilis: folia fert lata. oblonga tamen, in quibus fere omnibus numeroſæ extuberant bullæ, in quibus muſcæ gignuntur, quę tandem areſcentibus receptaculis, inde gregatim euolant.

LOCVS.

Idem Prouenit in ſyluis, & mõtibus, ſaxoſis locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Quid de huiuſce arboris facultatibus ſcribam, hactenus non habeo.

TILIA, Græcis, φιλύρα. Italis, *Tilia siue Teio.*] Germanis, *Linden.*] Gallis, *Til, siue Tilet.*

TILIA FOEMINA.

GENERA.

Quędam mas est, quędam fœmina. *Theoph. li. 3. c. de hist. plãt.*

FORMA.

Fœmina folia fert hederacea, nisi quòd in angulũ acutiorẽ rotũdantur. & quanquã iuxta pediculũ curuatiora, de medio tñ in acutius ꝯacta prætẽ duntur: Flos calycula in tectus præter folij pediculũ, amẽtumq́; futurũ, pediculo alteri adnexus, viridis dum in calycula est, detectus aũt leuiter flauus. Baccas fert orbiculatas, oblongas, magnitudine fabæ, quinis eminentibus angulis: Cortex fœminæ flexilis, & materies alba, tenaxq́;: cui exigua est medulla. *Idem ibidem.*

LOCVS.

Non solùm in montibus: sed in planitie quoque prouenit, ac in cæmeteriis, & ędium areis. *Matt.*

QVALITATES.

Adstringit: glutinat, discutit: inspissat, abstergit.

VIRES.

Cortex cõmansus, ac deinde illitus, vulnera recentia glutinat. Folia trita, & aqua consperſa pedũ tnmores discutiunt. Humor è medulla castratæ arboris defluens, capite illitus non solum capillos replicat, sed fluentes continet. Aqua è floribus distillata sua peculiari dote datur vtiliter Epilepticis. Ligni carbones in puluerem tusi, auxiliantur his qui ab alto deuoluuntur fractis, ac contusis.

CISTVS, Græcis, Κίσος ἢ κίθαρον, ϗ κίσταρον.] Arabibus, *Romiet, Altheis, ſiue Ihaie, Althis.*] Italis, *Ciſto.*] Hiſpanis, *Cerguacos.*

Germ. Ciſtus oder windlein

CISTVS.

GENERA.

DIOSC. Mas vnum. Alterum verò fœmina.

FORMA.

DIOSC. Mas ramoſus frutex eſt, ſed improcerus, & foliis rotundis, acerbis, hirſutis. Flos illi mali punicę haud abſimilis.

LOCVS.

Matt. DIOSC. Naſcitur in Apennino Italię ſaxoſis locis, & aſperis.

QVALITATES.

Gal.li.7 ſimp.me. Folia, & parua germina adſtringunt, & exiccāt non inſtrenuè: Frutex adeò frigidus eſt vt tepidi calidi ſit particeps: Flores præter prędicta non inſtrenuè deſiccant.

VIRES.

DIOSC. Flores in vino auſtero bis in die poti, Dyſentericis, ventris imbecillitatibus, defluxionibuſque, & humiditatibus opem ferunt, & nomas per ſe illiti cohibent. Medentur quoque vetuſtis vlceribus, & igni ambuſtis cum cerato. Folia, & flores in deſeſſionibus cohibent fœminarum fluxiones. *Matt.* In ſumma non parum præſtant, vbi adſtringere, & roborare ſit opus.

CISTVS fœmina : Græcis, Κίστος θήλυς. Italis, *Ciſta fœmina.*] Patauinis, *Saluia Saluega.* Germ. Ciſtus dz vrouwlin.

CISTVS FOEMINA.

FORMA.

Folia gerit oblonga Saluię æmula, albicantia, ac hirſuta. Floribus albis ciſti maris longè minoribus. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in collibus aridis, & ſaxoſis. copioſa in agro Patauino. DIOSC. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Eædem illi ſunt quæ mari qualitates & vires. Adſtringit enim: & deſiccat.

HYPOCISTIS, Græcis, Τ ὑποκίστις.] Italis, Hipociſto.

Germ. Cypressblüt.

HYPOCISTIS.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Forma eſt mali punicę cytino ſimilis, aut orobanches faſtigiis colore vario. Nam quędam rufa: quædam herbacea: & quædam candida viſitur. Liquat Acacię modo. Cæterùm tunditur recens, & elicitur ſuccus, qui inſolatus aſſeruatur ad vſum.

LOCVS.

DIOSC. Naſcitur iuxta ciſti vtriuſque radices.

QVALITATES.

Gal. lib. 7. ſ. m. DIOSC. Magis adſtringit quam ciſti folia. Vires habet Acaciæ pares: verum aliquanto magis ſiccat.

VIRES.

DIOSC. *Gal.* Efficax eſt auxilium ad omnium fluxionum affectus, nempe ſanguinis reiectiones, profluuia muliebria, Cæliacos, dyſentericoſq; affectus. ¶ Quin ſi quam partem roborare conſilium ſit, quę videlicet pluſculo humore exoluta fuerit, robur, & firmitatem illi non imbecilliter addit. Sic ſanè Stomachicis, epithematis, hepaticisque commiſcetur, & ex viperis confecto antidoto inditur.

LEDVM, Græcis, Λῆδον.] Arabibus, *caſus: Pingue autem quod ex eo colligitur*, Latinis, *Ladanum*.] Græcis, Λάδανον.] Arabibus, *Jaden, ſiue Laden.*] Italis, *Laudano, ſiue Odano.*] Hiſpanis, *Xara*.

LEDVM.

GENERA.

Inter Ciſti genera, & Ladanũ eſt. ¶Duũ eſt generum. Alterũ foliis grãdioribus, alterum verò minoribus. DIOSC. *Matt.*

FORMA.

Frutex eſt Ciſti modo'na ſcẽs, lõgioribus tamẽ foliis, & nigrioribus, quę Verno tpe quiddã contrahunt pingue. DIOSC.

LOCVS.

Prouenit in ſaxoſis, & apricis collibus in calidioribus regionibus. *Matt.*

QVALITATES.

Ladanũ excalfacit exceſſu primo cõpletè, vel in principio ſecundi. habet ẽt adſtrictionis paululũ. Emollit, digerit, ꝑcoquit, venarũ ora patefacit, & ſpiſſat. *Gale. 7. ſimp. me. Matt.*

VIRES.

Capillum fluentẽ continet addito vino, myrrha, & myrteo oleo. Cicatricibus decorem reddit ex vino illitũ. DIOSC.

Medetur aurium doloribus cum hydromelite, aut roſaceo infuſum: ſuffitu ſecundas eiicit. Peſſis immiſtũ vulųe duritiem ſanat. Inſeritur in medicamenta, quę aurium dolorem, tuſſimque finiunt: ex vino vetere potum aluum ſiſtit, & vrinam ciet. Fiunt ex eo orbiculati globi: odorandi peſtilentię tempore additis cinnamomo, Caryophyllis, Santalis, Agallocho, Moſco, & Ambaro.

ROSA, Græcis, Ροδον.] Arabibus, *Nard, Vard, seu Naron.*] Italis, *Rosa.*] Germanis, *Rosen.*] Hispanis, *Rosas.*] Gallis, *Roses.*

ROSA.

GENERA.

Matt. Domestica & Syluestris. Domesticæ & si plura Plinio sint genera, nostro tñ æuo tria tã tũ in vsum venerunt, videlicet puniceum, album, & quod carnis colorem refert. In albo genere ea est admodũ odorata, quã Moschetã, & Damascenã Itali vocant.

FORMA.

Matt. Rosarum, & rosaceę plãtę forma cùm omnibus notissima, exploratáque sit, superfluũ est hic eam describere.

LOCVS.

Vrbana in hortis, Viridariis, pomariis, & vineis floret. Syluestris in sepibus, senticosis, nemoribus, & campestribus prouenit.

QVALITATES.

Mesue Cõstant Roscę, diuersis sanè partibus, nẽpe terrestribus, & aqueis, quibus substantiã, & adstrictoriam facultatem acceptã referunt. Aereis à quibus cũ subdulcem, tũ odoratũ saporẽ accipiũt. Igneis a quibus amarorẽ sibi vendicant. In vniuersum autẽ refrigerant, & adstringunt.

VIRES.

DIOSC. Folia, cor, ventriculum, iecur, & retentricem insuper facultatem, corroborant, dolores calidos, & inflãmationes auferunt. Aridis in vino decoctis expressus liquor facit ad dolores capitis, oculorum, gingiuarum, sedis, recti intestini, ac vuluæ pẽna illitus, & infusus. Eadem sine expressione tusa, pręcordiorum inflammationibus, humidis stomachi vitiis, igni sacro illini prodest. Flosculi medij cum suis capillis gingiuarum defluxiones cohibent, & fœminarum profluuia. capitula pota etiam aluum, & cruentas reiectiones sistunt. ¶ Succus & corroborat, & aluum exoluit. *Matth.* Verum id longè magis pręstat dilutum pluribus repetitis macerationibus.

LYCIVM, Græcis, Λύκιον, ἢ πυξακάνθα.] Arabibus, *Hadhadh, Hadad, Kilulem, siue Felzakarag.*] Italis, *Licio.*

LYCIVM.

FORMA.

Arbor est spinosa, ramis trium cubitorū, aut longioribus, foliis buxi, densis, fructu piperis modo nigro, lęui, amaro, dēsoq;, cortice pallido, radicib⁹ latis, obliqs, lignosis. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in Lycia, vnde illi nomē, & in Cappadocia atque aliis plerisque regionibus. Aspera amat loca. DIOSC.

QVALITATES.

Digerit, & resiccat, secundo recessu, in calore autem mediis, & symmetriis ꝓximū est. Adstringit quoq;, sed nō adeò vehementer, nec abstergendi facultate vacat. *Gal. 7. simp.me.*

VIRES.

Lycium, quod è baccarum succo, aut ramorū, foliorumq; diluto paratur, oculorum caliginem discutit, genarū scabiem, pruritus, & veteres fluxiones sanat: facit quoq; ad purulentas aures, tonsillas, exulceratas gingiuas, labiorū fissuras, sedis rimas, attritusque, illitum, ad cæliacos, & dysentericos potū inditumque: datur ex aqua tussientibus, & sanguinē excreantibus: deuoratur in catapotiis aduersus rabidi canis morsus, aut bibitur: flauos reddit capillos: serpentibus, putridisque medetur vlceribus, & suppositum fœminarum profluuia sistit. Illinitur ad suggillata, & oris sedisque phlegmonas. DIOSC.

CENSVRA.

Officinarum Lycium omne adulterinum est. Lycij vires Dioscoridi explet amurca in æreo vase decocta, aut Rhois spissamentum. *Gale. 7. simp.me.*

NOMINA

LYCIVM Italicum. Italis, *Licio noſtrano.* Germ. Teutſch Lyciũm.

LYCIVM ITALICVM.

FORMA.

Matt. Planta eſt aculeata pruni ſylueſtris faciem referens, minoribus tamen foliis. Flores mittit cãdidos, è quibus baccæ gignũtur, liguſtri ferè ſimiles, ſapore acerbo, atque adſtringẽti, è quibus ſuccus exprimitur.

LOCVS.

Matt. Naſcitur copioſum in agro Tridentino circa Arcem de Greſta, ſaxoſis locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Matt. Adſtringit, cohibet, roborat, ſiccat, & reprimit & vbi legitimum lycium non ſit ad manus, nihil prohibet, quin hoc eius vice ſuccedere valeat. Succus è baccis à me extractus, hæc omnia belle præſtat.

BVXVS, Græcis, πύξος.] Italis, *Bosso*. Germ. Buchbaumb.

BVXVS.

FORMA.

Buxus prouenit folio myrti minore, denſiore, carnoſiore, viridiore q́;. Fronde eſt perpetua, ob id q́; topiario operi peridonea, flore herbaceo, fructu rutę ſimili: Materie ſpiſſiſſima, flaua, dēſiſſima, atq; ponderoſiſſima, adeò, vt nec cariem ſentiat, nec in aquis fluitet. *Matt.*

LOCVS.

Locis gaudet cùm frigidis, tum apricis. In Corſica frequens, craſſiſſima, prouenit. *Idem*

QVALITATES.

Exiccat manifeſtè, ſed in calore nō longè à mediis abeſt, adſtringit quoque & roborat.

VIRES.

Capillum rufant tum folia tum rami in lixiuio decocti. Non deſunt quoque qui aſſerant ſanari alui defluuia ligni ſcobe deuorata, aut pota: Sunt & qui aſſerant buxi decoctum idem præſtare, quod Guaiaci ad Venereum morbum.

CENSVRA.

Delirant, qui Buxum & Guaiacum Indicum vnam, & eandem faciunt arborem.

EVONIMVS, Græcis ἐυωνιμος. *Hetruſcis, Silio.*] Italis *cæteris, Fuſano, ſiue Fuſaro, quod ex eo fuſi à tornitoribus fiant.* Germ.

EVONIMVS.

FORMA.

Theoph. li. 3. c. vltimo de plãt. hiſt. Arbor eſt mali punicæ magnitudine, atque etiam folio eiuſdẽ, maiori quàm chamędaphne, molli, vt punica. Germinare incipit menſe ſeptembri, & floret deinde vere. Flos illi albæ violæ ſimili odore infeſtus, veluti cruorem inferens. Fructus cum putamine ſiliquę Seſamæ proximus, præter quàm quòd in uerſus diuiditur quaternos.

Matt. ¶Materiæ eſt buxi modo pallida, ac ſolida, verũ non adeò grauis.

LOCVS.

Matt. Naſcitur frequens in Italia in ſepibus, dumetis, & ſyluis.

QVALITATES, ET VIRES.

Theoph. ibidem. Fructus deuoratus pecus enecat, quin etiã

Matt. folium idem facit, & potiſſimum capras, niſi purgentur Anocho. Lixiuium in quo baccæ decoctæ fuerint (vt noſtræ affirmant mulieres) capillos ſplendidos facit, furfures exterGit, & pediculos necat. Ligni materies expetitur à tornitoribus ad fuſos parandos.

ACACIA, Græcę ἀκακία.] Arabibus, *Achachie*.] Italis, *Açacia*.

Germ. Dorpfloren. Schafsbaumb.

ACACIA.



GENERA.

Duum eſt generum : maius. & minus.

FORMA.

Naſcitur Spinę inſtar frutico ſa, non ſe in rectum attollens. Florem habet candidum, & ſemen Lupino ſimilem in folliculis, è quo exprimitur ſuccus & ſicca tur in vmbra. DIOSC.

LOCVS.

Primũ in Ægypto naſcitur. DIOSC.

QVALITATES.

Succus maioris condenſatus medicamẽtũ eſt frigidũ, & terroſum, immiſta ẽt quadam eſſentia aquea ; & ſanè coniectura eſt non eſſe ſimilare , uerùm quaſdam habere in ſe diſperſas partes tenues, & calidas, quæ in ipſa ablutione ſegregan tur. Eſtq; etiam hoc tertij ordinis exiccantium, & ſe cundi refrigerantium, vbi quidem elotum fuerit, illo tum verò primi. *Gal. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Succus vtilis oculorum medi camentis, valet ad ignem ſacrum, & vlcera, quæ ſerpun t. Perniones, pterygia, & oris vlcera: menſium abu ndantiam ſiſtit : procidu am vuluam cohibet, citam aluum ſupprimit, aut potus, aut ſuppoſitus, capillos denigrat. Spinæ decoctum ſolutos artus fotu committit. Gummi cutis ſpiracula obſtruit, ambuſtis ex ouo illitum puſtulas erumpere non patitur. DIOSC.

APPENDIX.

Vbi Acacia defuerit, licet eius uice, tum Rhois arbuſculę folia, tum lentiſci foliorũ ſuccum, tum etiam hypociſtidem medicamentis immiſcere. DIOSC.

ACACIA, altera Græcis, Ἀκακία ἑτέρα.] Italis, *Acacia seconda.*

Germ. ein andere krumbdorn oder schlehenbaum?

ACACIA ALTERA.

FORMA.

DIOSC. Prouenit ad Ægyptiæ spinæ similitudinẽ. longè tamen minor, tenerior, humiliorque: munitur etiã aculeorum vallo, folium habens rutæ. Fert Autumno semen, lenticula minus in siliquis connexis ternum, quaternumve, gustu etiam adstringente. ¶Color siliquis inest aureus, & fulgore quodã respersus, adeò vt in sole auri modo splẽdeat. *Matt.*

LOCVS.

DIOSC. *Matt.* Prouenit in Cappadocia, & Ponto, quinetiam & in Italia.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Adstringit, cohibet, roborat, & replet, atqui viribus alteri inferior est, & ocularibus medicamentis inutilis.

VITEX, siue Salix Amerina, Græcis, ἄγνος καὶ λύγος.] Arabibus, *Famanchest, Samanchest, siue Bengechest.*] Italis, *Vitice, siue Agno casto.*] Germanis, *Schaffsmulle, siue Genschlamp.*] Hispanis, *Gattiglio casto.*] Gallis, *Casto.*] Officinis, *Agnus castus.*

VITEX.

GENERA.

Duo habentur genera: maius, & minus. *Plin. lib. 24. ca. 9.*

FORMA.

Maior in arborem salicis modo assurgit. Florē mittit album cum purpureo: quæ & candida vocatur. Minor quam nigram appellant, ramosa assurgit, foliis candidioribus, & laginosis, flore est tantum purpureo: Non multum à salice vitilium vsu distat, & foliorum quoque aspectu, nisi odore gratior esset. Ramos gerit longos, fractu peruicaces, & semē racemosum vt piper. *Plin. ibidem.* DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in fluminum ripis, maritimisq; locis, asperis, & torrentium ripis. DIOSC.

QVALITATES.

Excalfacit, & siccat ordine tertio, tenuisq; substantiæ habetur, tum gustu acris simul & adstringens, aperit, resoluit, saporē inducit, atq; emollit. *Gal l. 6. simp. m.* DIOSC.

VIRES.

Semen potū venenatis ictibus, hydropicis, lienosisq; auxiliatur, lac euocat, menses ciet, drachmæ pōdere in vino potum. Genituram exoluit, caput tentat, & saporem affert. Foliorum decoctum, & seminis, mulieribus vuluæ malo oportunis opitulatur. Semen cum Pulegio potum purgationes mouet, Instillatur capiti cum aceto, & oleo in lethargo, & phrenitide. Folia suffita, aut substrata venenata fugant: Illita quoq; serpentium morsibus auxiliantur, testium duritias cū butyro, & foliis vitium emolliunt: Semen cum aqua illitum facit ad sedis rimas, & cum foliis, medetur luxatis, vulneribusque.

ELAEAGNOS, Græcis, ἐλαίαγνος. Germ. Böhmischer Oelbaum.

ELAEAGNOS.

FORMA.

Theoph. lib. 4. ca. 11. de pla. hist. Elæagnos natura fruticosa, cæteris amerinis non absimilis, figura quidem cęteris proxima. sed molli, lanuginosoque folio. flore populi albę, sed minore, fructu nullo.

LOCVS.

Matt. Nascitur in insulis fluitantibus.

FACVLTATES, ET VIRES.

Matt. Cùm sit hæc planta viti ci admodum similis, crediderim ego similes quoq; habere facultates.

APPENDIX.

Nascitur in Boemia plãta, cuius hic imago spectatur, quæ quidem notis omnibus Elæagno astipulari videtur. verùm cùm baccas oliuæ similes, nõ ausim ego affirmare stirpem hanc legitimam esse Theophrasti Elæagnum, cùm illi sterilis habeatur. nisi fortasse idem deceptus sit, vel eius codex deprauatus, vt multis aliis in locis obseruauimus.

SALIX, Græcis, ἡ ἰτέα.] Arabibus, *Bulef, Bhulles, Saffaf, ſiue Calif.*] Italis, *Salice, ſiue Salcio.*] Germanis, *Vueiden, ſiue Felbinger.*] Hiſpanis, *Salce, ſiue Salgueiro.*] Gallis, *Saulx.*

SALIX.

GENERA.

Plura traduntur genera. *Theoph. lib. 3. c. 13.*

FORMA.

Quædam in tantam procerita- *Plin. lib.* tatem aſſurgunt, vt ex eis fiãt *16. cap.* perticæ, & pali ad vitium pe- *27.* damenta, aliæ non tam proce *Matt.* rè creſcunt, colore rufeſcentes, ſequacis admodum lentitiæ, quæ ligandis cadorum vinariorum circulis commodè finduntur. Has ſalices Græcas vocant. Rurſus aliæ firmiores corbibus, & ruſticanæ ſuppellecti li expetitæ, aliæ namque ſunt minuſculæ ſpectabili tenuitate texendis caniſtris, ciſtellis, ac calathis aptiſſimæ. Omniũ folia oleagina, oblongaque ſunt. Supernè virentia, & infernè candicantia.

LOCVS.

Naſcuntur humecto ſolo, in fluuiorum & in foſſarum aggeribus. *Idem*

QVALITATES.

Flores exiccant abſque morſu: *Gal. l. 6.* Folia vim ſpiſſandi habent. *ſimp. me.* Item Salix quandam habet adſtrictionem.

VIRES.

Trita folia cum exiguo pipere, DIOSC. & vino pota ileoſis ſubueniũt ſumpta per ſe, & cum aqua cõceptum impediunt. Semẽ vtiliter cruenta expuentibus datur. Cortex eoſdem præſtat effectus. Eiuſdẽ cinis aceto ſubactus, & illitus callos, & clauos tollit. Succus foliorum, & corticis in malicorio cum roſacco calefactus aurium doloribus auxiliatur. Eorum decocto fouentur vtiliter podagrici. ¶ Recentia folia adduntur in ſoporiferis lotionibus. Sparguntur ea- *Matt.* dem vtiliter circa febricitantium lectulos.

OLEASTER, aut Syluestris Olea, Græcis, ἀγριελαία.] Italis, *Olino Saluatico.*] Germanis, *Vuilder oelbaum.*] Hispanis, *Zebuche.*] Gallis, *Chiuer Sauuage.*

OLEA SYLVESTRIS.

FORMA.

Matt. Domestica, lõge minor prouenit: Foliis breuioribus, & aculeatis ramis. Baccæ & si numerosa fœcunditate vincant, magnitudine tamen satius cedunt, quin & gustatu adstringentiore sentiuntur.

LOCVS.

Matt. Nascuntur in Hetruria copiosæ. Quin etiam in Dalmatia, & fere in omnibus Adriatici, & Ægei maris Insulis.

QVALITATES.

Matt. Adstringunt magis, magisq; refrigerant rami, ac folia quàm domestica. Oleum vehementer adstringit.
DIOSC.

VIRES.

DIOSC. Folia trita, & imposita ignem sacrum, vlceraq; serpentia, Epynictidas, carbunculos, & nomas cohibent: quin etiam sordida vlcera repurgant, cutem à capite vulsam conglutinant, oris vlceribus commanducata medentur. Succus ob decoctum eorundem, eundem præstat effectum: Succus peculiariter facit ad sanguinis eruptiones, muliebreq; profluuiũ, prodest vuæ, & pustulis oculorum: Vlcera, & veteres defluxiones sistit, quapropter in collyria additur, & ad palpebrarum erosiones per quam vtilis est. auribus subueni, cùm exulceratis, tum purulentis. folia illinuntur cœliacis vtiliter cũ hordeacea farina. Sudor emanans ex conflagrantibus lignis, scabiẽ, lichenas & furfures, sanat. Baccæ tritæ &, illitæ medentur furfuribus, & depascentibus vlceribus. Ossium verò nuclei, ex adipe, & farina scabros vngues eximunt. Oleum syluestris oliuæ inungitur, colluiturq; vtiliter gingiuis putrilagine laborantibus, dentes mobiles firmat, & gingiuarum fluxiones sistit. Idem in doloribus capitis, vtiliter pro rosaceo substituitur, defluentes capillos retinet, tardius canitiem sentiunt, qui eo quotidie perunguntur.

OLEA ſatiua, Græcis, Ελεία ἥμερος.] Arabibus, *Zaiton, ſiue Caiton.*] Italis, *Oliuo domeſtico.*] Germanis, *Oelbaum.*] Hiſpanis, *Oliuo, ſiue Azeytimo.*] Gallis, *Oliuier.*

OLEA DOMESTICA.

GENERA.

Antiqui genera decem fecere, noſtro autem æuo tria tantum habentur. *Matt.*

FORMA.

Folia habent oblonga in acutũ deſinentia, craſſa, pinguiaque, ſupernè virentia, & infernè albicantia, ſapore amaro, & acriuſculo; flores mittunt albos, racematim dependẽtes, è quibus bacæ prodeunt primùm virides, deinde palleſcentes, & poſtremò purpureæ prius factę, ſaturatè nigreſcunt. *Idem.*

LOCVS.

Seritur in collibus, & in campis. *Idem.*

QVALITATES.

Oliuæ rami quantum habent adſtrictionis, tantum & frigiditatis participes ſunt: fructus verò, vbi rectè maturuerit, moderate calidus eſt: immaturus autem magis tum reſtringit, tum refrigerat. *Gal. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Colymbades tritæ, & ambuſtis illitæ puſtulas gigni prohibent, & ſordida vlcera purgant. Oliua flaua, & recẽs ſtomacho vtilior eſt, & ventri difficilis: nigra autem & matura ſtomacho auerſatur, & oculis, & dolorẽ capitis mouet. DIOSC.

Arefacta autem illitur depaſcentia vlcera ſiſtit, & carbunculos emarginat. Amurca in cupreo vaſe, ad mellis craſſitudinem decocta adſtringit, & cæteros præbet Lycij affectus. Illinitur dentium doloribus, & vulneribus cum aceto, vino, aut mulſo. Additur in medicamenta ocularia: infunditur vtiliter, ſedis, vuluæ, & genitalium exulcerationibus. Iumentorum ſcabiem ſanat, cum lupinorum, & Chamæleontis herbæ decocto. Cruda, recenſq; podagricis, & articulorum doloribus auxiliatur, peruncta in villoſa pelle, & impoſita hydropicorum tumores reprimit.

QVERCVS, Græcis, Δρῦς.] Arabibus, *Chullot, Hullet, ſiue Belut.*] Italis, *Quercia.*] Germanis, *Eychbaum.*] Hiſpanis, *Robre.*] Gallis, *Cheſne.*

QVERCVS.

FORMA.

Matt. Foliis eſt oblongis, firmis, robuſtis, per ambitum vtrinq; ſinuatis, caudice craſſo, cortice rudi, ſcabroque: in ramis vero læuiori. Materie robuſta, dura, graui, compacta, firmaque. Glandifera eſt arbor, & præter glãdes gallas quoq; producit cùm maiores, tum etiam minores, quas omphacitides vocant. Alios quoque fert fructus, de quibus Theophraſto lib. iij. cap. viij. & ix. de plantarum hiſtoria abundè ſcriptum eſt.

LOCVS.

Idem. Naſcitur vbiq; ferè in ſyluis.

QVALITATES.

Gale 6. ſimp. me. Quæcunque ſunt in hac arbore partes adſtringentis qualitatis ſunt participes. Sed cæteris adſtringentior eſt, quæ in trunci cortice membrana ſubeſt, tum quæ ſub glandis ipſius calyce, ea videlicet, quæ fructus carnem conneſtit: folia etiam non inſtrenuè deſiccant.

VIRES.

DIOSC. Corticis decoctũ, qui libro craſſiori ſubeſt; quin etiã illius, qui glandium putamini ſuccedit, datur vtiliter potandũ dyſentericis, cæliacis, & ſanguinẽ reiicientibus. Eadem in peſſo ſuppoſita vteri fluxiones cohibet. ¶ Aqua à tenerrimis foliis diſtillata, ſiſtit pota lecorarias fluxiones, renũ calculos comminuit: & alba mulierũ profluuia cohibet. Datur quoque dyſentericis, & ſanguinẽ reiicientibus. Datur & in peſtilentialibus febribus, q̃ aduerſas venena non parũ valeat. Recentia folia ventriculi ardorem tollunt, ſi ſuper lingua teneãtur. Aqua,

Matt. quæ in marceſcentium quercuum cauitatibus reperitur ſcabiem omnem vlceroſam ſanat: Glandes vrinam cient, & reſiſtunt deuoratæ venenatorum morſibus. Intritæ crudæ inflammationes leniunt.

FAGVS, Græcis, Φηγὸς.] Arabibus, *Chinars, ſiue Chiacas.*] Italis, *Faggio.*] Germanis, *Buchbaum.*] Hiſpanis, *Haia.*] Gallis, *Fau.*

FAGVS.

FORMA.

Foliis eſt Carpini vulgaris non abſimilibus, grandioribus tamẽ, læuioribus, minusq́; rugoſis: Fructus calyculo includitur rotundo, quadãtenus echinato, hiſpido, ac ſcabro, nucleo intus triãgulari, tunica caſtaneę ſimili circũtecto: Nucleus albicat, Sapore caſtanearũ ſubdulci, & adſtringente: Materies dura, ſed nõ admodum firma: Arbor in magnã aſſurgit proceritatem, ramis grandioribus ac patulis. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in ſyluis, tam in planitie quàm in montibus, & collibus. *Matt.*

QVALITATES.

Valẽtius adſtringit, quàm quercus, folia autem tenella, non inſtrenuè deſiccant. *Gale. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Folia trita, & illita tumoribus proſunt, & imbecillas membrorum partes corroborant. Folia eſitata labiorum, gingiuarũq́; vitiis mirificè auxiliãtur. Glandis fagineæ cinis renum calculis vtiliter illinitur. Harum pabulo maximè delectantur glires, & aues quę roſtro ſunt validiore. DIOSC. *Matt.*

NOMINA.

ILEX, Græcis, Πρίνος.] Arabibus, *Carmas, siue Barbes.*] Hispanis, *Azinzina, siue Azinbeira.*] Italis, *Elice, siue Leccio.*] Germanis, *Sthenpalmen.*] Gallis, *Yeuse*.

GENERA.

Columel. Duum est generũ, Alterum folio spinoso: Alterum sine spinis.

FORMA.

Matt. Arbor est spectatæ proceritatis, cortice in rufum nigricãte, materię admodum dẽsa, graui, ac robusta, subrufescẽtiq;. Foliis est laurinis, perpetuò virescentibus, sensimque in toto ambitu, serratis, aut spinosis, & auersa parte albicãtibus, robustis, ac duris. Glãdes fert quernis longè minores.

LOCVS.

Matt. Spinosa in Hispania frequẽtissima: Quæ verò spinis caret, in quam plurimis Hetruriæ syluis habetur.

QVALITATES.

Gal. 6. simp. me. Nõ differt qualitatibus, à quercu, nisi quòd valentius adstringit.

VIRES.

DIOSC. Glandes, quernas viribus antecellunt. Radicis cortex cum aqua coctus donec mollitus intabescat, & tota nocte illitus capillos denigrat, prius Cimolia terra purgatos. Cętera, cum quercu, & fago cõmunia sunt. Rubentes pilulæ, quas præter glandes fert, tritæ, cum aceto

Matt. vulneribus recentibus, & cruentis oculis vtiliter imponuntur.

CENSVRA.

Non rectè sentiunt, Columellæ testimonio, qui Plinij, & Theophrasti autoritate freti putant, haud legitimam esse Ilicem, quæ foliis spinosis non prouenit.

ILEX.

SVBER, Græcis φελλὸς.] Italis, *Sugaro.*] Germanis, *Pantoffelholtz.*

SVBER.

GENERA.

Alterum foliis est prolixioribus, acuminatioribusque, alterum vero latioribus, breuioribus, & per ambitum serratis. *Matt.*

FORMA.

Arbor est perpetuæ viriditatis, fructu, & folio Ilicis, sed crassissimo cortice vestitur, atq; Ilici magnitudine cedit. Glandes quoque profert iligneis pares, paulo tamẽ minores, deteriores q;. *Idem*

LOCVS.

Latifolium in Romano agro frequentissima nascitur. Quod verò prolixiorib⁹ folijs est, in agro Pisano ꝓuenit in Italia. *Idem*

QVALITATES.

Idẽ prestat quod Ilex, & eodẽ ferè modo adstringit. *Idem*

VIRES.

Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus sanguinem ex vtralibet parte fluentem sistit. Eiusdem cinis ex vino calido haustus sanguinem excreantibus mirificè medetur. Eius glandes quemadmodum cæterarum glandiferarum arbores, in puluerem tritæ, potęq; drachmę vnius pondere ex succo plantaginis auxiliantur omnibus alui, & vteri fluxionibus. Decoctũ earundem haustum datur aduersus venena. Illinuntur eędem cum axungia maleficis vlceribus. Calyx quo glandes in arbore sustinentur, easdem possident facultates, sed magis adstringunt. *Idem*

NOMINA.

Svber, Anguſtifolium, Græcis, φελλὸς στενοφύλλον.

Svber Alivd.

FORMA.

Matt. Foliis eſt anguſtioribus, longioribus, acutioribusque. Cætera verò cum priori communia ſunt.

LOCVS.

Idem. Naſcitur plurimum in Romano agro.

QVALITATES.

Idem. Qualitatibus, ac temperamento nihil ab altero diſtat.

VIRES.

Idem. Iiſdem quoque viribus pollet, quibus & alterum genus.

PHELLODRYS, Græcis pariter φέλλοδρυς.] Italis, *præsertimq́*, *Hetruscis*, *Cerrosugaro*.

PHELLODRYS.

FORMA.

Caudicem habet suberi non absimilem, & folia & glandes quercui siue cerro similia. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in agro Senensi in montanis syluis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Non differt suis in facultatibus ab aliis glandiferis. *Idem.*

CASTANEAE, Græcis Κάσανα ἢ σαρδιάνα βάλανοι ἢ Διὸς βάλανοι ἢ λοπίμα.] Arabibus, *Sadianalach Caſtal, & Stebulot.*] Italis, *Caſtagne.*] Germanis, *Keſten.*] Hiſp. *Marones.*] Gallis, *Caiſtaignes.*] Boemis, *Kaſtany.*

CASTANEAE.

GENERA.

Matt. Domeſticæ, & Sylueſtres. In domeſticarũ genere habentur maiores, quę marones vocãtur, & minores, quæ peculiariter Caſtaneæ vocantur.

FORMA.

Matt. Arbor eſt procera, amplaque, foliis oblongis, iuglandis ſimilibus, uenoſioribus tñ, & per ambitũ fimbriatis, fructu echinato: nuce intus ſolida, altera parte plana, altera gibboſa triplici tegminis ambitu ſepta, membrana primũ tenui, criſpaque, & amara mox lento ac conaceo cortice, demum echinato calyce, alba intus pulpa, ac dulci. LIGNI materies ſolida, ac diuturna. LOCVS.

Idem. Mõtibus, & opacis gaudet magis, q̃ apricis, & cãpeſtribus.

QVALITATES.

DIOSC. Adſtringunt, cum ipſæ nuces, tum quoque membrana ſub rufeſcens quę carnẽ ambit.

VIRES.

DIOSC. *Auicen.* Dantur contra venena, & præſertim contra Ephemerum. Itẽ ad tuſſim antiquã: prunis inaſſatæ, & cum ſaccharo deuoratę. Flatus gignunt, & cõcoctu difficiles ſunt, ſed vbi rectè concoquuntur, memorabile alimentũ prębent, crudæ tamen magis nocent. Siſtunt tum alui, tum ventriculi fluxiones. ¶ Dantur cruenta expuentibus. Tritæ cum ſale, melleq; ſubactæ, imponunt vtiliter rabidorum canum morſibus, & cum polenta, & aceto illitæ mammarum duritias excutiunt. Venerem excitant, & caput grauant. Tenuis earum membrana ex vino auſtero pota duarum drach. pondere, ſiſtit valenter immodicos alui fluores. & ſanguinis reiectiones, quin etiam cum pari ramentorum eboris pondere, alba vtexi profluuia, ex Nymphęæ aqua potæ.

Gal. lib. de cib. 60. Et mali ſucci.

Matt.

CASTANEAE EQVINAE.

Orm. Castanbaum von Constantinopel

FORMA.

Arbor est spectatæ proce ritatis, folio pẽtaphylli, senis tamen diuisuris: & ricini folio longè grandiore, longo, tenuiq; pediculo nitente. Echinos fert in cacumine magnitudine nostratibus æquales, subrufo colore, verùm duriore ac crassiore, aculeis raris sed robustis, ac firmis. Singuli singulam includunt castaneam, nostratibus haud dissimilem, crassiorem tamen, rotundioremque: Corti ce subnigricante, præ terquàm anteriori par te, ea enim albicat, ma cula cordis figuram prẹseferente. totus idem robustus est, nul là alia intus tunica, quæ carnem ambiat: Sapor pulpę nostratibus ferè similis habetur, sed dulcior paulò, nec adeo mandentibus gratus. *Matt.*

LOCVS.

Constantinopoli primum ad me allatæ sunt. *Idem.*

QVALITATES.

Adstringunt: & flatus deuoratæ pariunt. *Idem.*

VIRES.

Equinæ vocatæ sunt, quod anhelosis, & tussientibus equis deuoratæ sint salutares. Dantur quoque sang. reiicientibus. *Idem.*

GALLA, Græcis κηκὶς.] Arabibus, *Haſes ſiue Haſus.*] Italis, *Galla.*] Germanis, *Galloëpffel, ſiue Eychoëpffel.*] Hiſpanis, *Galla & Bughala.*] Gallis, *Noix de galle.*] Boemis, *Galles aneb bublinki.*

GALLA.

GENERA.

DIOSC. Altera omphacitis, altera plana.

FORMA.

DIOSC. Omphacitis, parua eſt, rugoſa, ſolida, nullo foramine peruia, vuæq; acino magnitudine æqualis. Plana nucis iuglandis magnitudinem explet, cortice læui fungoſa medulla, perforataque, & anteriore parte coronata.

LOCVS.

Plin. Naſcuntur gallæ, in omnibus glandiferis arboribus. Verùm in quercu copioſiores habentur, ac vtiliores.

QVALITATES.

Gal. 7. ſimp. med. Omphacitis exiccat ordine tertio, & refrigerat ſecundo, acerbum admodum eſt medicamẽtum, frigidum, terrenumque: repercutit fluxiones, & partes laxas contrahit, ac conſtringit. Altera, quæ maior eſt & flaua, deſiccat & ipſa quidem, ſed tantò minus, quantò minus acerbæ qualitatis eſt particeps.

VIRES.

DIOSC. Gallæ omphacitides tritę excreſcentias in carne, fluxionesq; gingiuarum atque oris vlcerationem cohibent. Nucleus dẽtium cauernis inditus dolorem ſedat. Crematæ vino, aut aceto extinctæ, ſanguinem ſupprimunt. Decoctum eorum ad vuluæ procidentia, fluxionesq; in deſeſſionibus vtile, capillos denigrant aceto, aut aqua maceratæ. Illinuntur vtiliter dyſentericis, cæliacisq; cum vino, aut aquâ, ac etiam potui dantur. Integrarum decoctum, potũ iiſdẽ auxiliatur affectibus. In ſumma, vbi adſtringere, ſiccare, ac ſiſtere ſit opus, præſtantiſſima ſunt auxilia, ſedis inflammationes ſanant, & procidentia cohibẽt.

RHVS, Græcis ῥοὺς.] Arabibus, *Sumach, Rosbar Sardisticos, seu Rosaidicos.* Italis *Rhu siue Somacho.*] Germanis, *Sumach.*] Hispanis, *Sumach, & Sumagre.*] Gallis, & Officinis, *Sumac.*

RHVS.

FORMA.

Arbuscula est binum ferè cubitorum altitudine, foliis oblongis, subrubētibus in ambitu serratis ilicis modo. Botros profert acino qua dantenus lato vuarū gracilium, densos, magnitudine terebinthi. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in montibus inter saxa. DIOSC.

QVALITATES.

Adstringit, & desiccat ordine tertio, & refrigerat secundo. *Gal. 8. simp. me.*

VIRES.

Foliorum decoctum capillos denigrat, atque etiam vtiliter dysentericis infunditur, & potandum propinatur. Instillatur auribus purulentis, folia ex aceto, aut melle illita gangræ nas, & pterygia cohibent. Semen eosdem præbet effectus: cæliacorum dysentericorumq; cibis inspergitur. Fracta, desquamataque, ac sugillata, illitū ex aqua ab inflammatione tuetur. Linguæ asperitates cū melle abstergit, candida fœminarum profluuia sistit, hęmorrhoidas sanat addito querno carbone. Gummi quod è trunco prosilit, cauis dentium inditum dolores finit. Recentium vuarum succus, & seminis cortex, eadem omnia possunt. DIOSC.

VIBVRNVM, Italis, *quibuſdam Viburno, quibuſdam verò Lantanna.*] Gallis, *Viorne & Maußane*. Germ. Schlingbaum.

VIBVRNVM.

FORMA.

Matt. Ramis exit digitali craſſitudine, bicubitalibus, foliis ferè vlmeis, craſſioribus & incanis sẽſim p ambitũ ſerratis. Flores edit albos, umbellatim cohęrentes, à qbus acini prodeũt, lentium modo preſſi, qui primò rubeſcentes, vltimò nigricantes fiunt: Virgę adeo lentæ, flexilesq; ſunt, ut ad faſces colligandos, pidoneę habeant.

LOCVS.

Idem Naſcitur in ſepibus, frutetis, & incultis collib⁹.

QVALITATES.

Idem Folia aſpera ſunt, & guſtu adſtringentia, fructus, vbi ad vltimam peruenit maturitatẽ, aluum exoluit.

VIRES.

Idem Foliorum decoctũ, ex vino auſtero paratũ, uacillantes dentes confirmat, & gingiuarum rheumatiſmos cohibet, atqui longè magis valebit, ſi cum oliuæ foliis decoquantur in poſca: Gargariſſatur idẽ ad Columellę prociden tiam, & ad fauciũ fluxiones. Acini immaturi in puluerem triti dantur ad alui fluxiones. Paratur è radicum corticibus ſub terra maceratis, & diu tuſis viſcum ad aucupia haud inutile.

CENSVRA.

Nõ deſunt, q̃ plantã hanc Viburnũ minimè eſſe cõtẽdãt, ſed decipiunt.

COTINVS, Italis, *Scotano, & Roſo*. Germ. Endenbaum.

COTINVS.



FORMA.

Planta eſt fruticoſa, folio ſaq; ramis tenuibus, numeroſisq;, cortice rufeſcente: foliis denſis, Terebinthi rotundioribus, ac latioribus, graueolētibusq;, materie adeò flaua, vt ad lanificia coloranda maximè infectoribus expetatur. Gerit in ramuſculorum cacumine pappoſam quandā congeriem, colore ex candido rufeſcente, in qua ſiliquę oblongę hyperici ferè modo proueniunt. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit copioſa in Tridentino agro, Veronēſi, & in aliis non paucis Italiæ locis. & præſertim in Apennino monte. *Matt.*

QVALITATES.

Vis illi adſtrictoria inſignis, exiccans, cohibensque. *Matt.*

VIRES.

Foliorū decoctū in collutionibus adhibitū auxiliat, oris, & linguę vlceribus, quinetiā columnellæ, & fauciū fluxionibus. Valet idē ad genitalium quoque vlcera, ſi eo ſæpe abluantur. Adduntur folia indeſeſſionibus, quę ad menſes cohibendos parantur. Siccorum foliorum ac ramuſculorum puluis, ventri prius aceto roſaceo illito ad motus, alui fluxiones quaſcunque compeſcit. Expetitur tota planta coriariis admodum ad ſuas ſpiſſandas pelles. *Matt.*

PALMA Græcis, φοίνιξ.] Arabibus, *Machla, siue Nachal.*] Italis, *Palma.*] Germanis, *Dattelbaum.*] Hispanis, *Palmera.*] Gallis, *Palmiers, siue Dattiers.*

PALMA.

GENERA.

Theoph. Mas est & Fœmina: Vtraq; fructifera: quin etiam, & humilis palma habetur.

FORMA.

Matt. Arbor Palma est procera, caudice squamoso ramos in cacumine tantum fundit in orbem actos cacuminibus ad terram pectãtibus: foliis longissimis, duplicatis gladij figura: Flores profert numerosos, tenuibus quibu dam villis appensos, in magni racemi modum, Crocinis facie similes, sed multòminoribus. Ij anteaquã emergant magno quodam concluduntur in uolucro, quod palmam elatẽ vocant, quo tandem dehiscente emergunt, & panduntur. Hinc subinde Dactyli prodeũt, qui per Autumnum vnà cum ficubus matureſcunt, rufo colore, nucleo intus durissimo, oblongo, canaliculatoque.

LOCVS.

Matt. Nascuntur præstantiores in Iudęa, & Ægypto: Cypro, Lybiaque, & in aliis quoq; Europæ regionibus. Sed ibi rarò fructus ad maturitatem perducũt.

QVALITATES.

Gal. 8. simp. me. Est adstrictoriæ facultatis omnibus suis partibus, at fructus eius, & maximè dulcis, nõ paucam obtinet caliditatem.

VIRES.

DIOSC. Contra alui fœminarumq; profluuia in vino austero bibitur. Hæmorrhoidas sistit, vulnera illitu glutinat. Dactyli dolorẽ capitis inferũt, copiosiores in cibo inebriant. Sicciores sarguinem excreantibus, stomachicis, & dysentericis vtiles in cibo: Medentur esu faucium asperitati. Nuclei in crudo fictili ad albedinem vsq; cremati, Spodij vicem supplent. Vim adstringendi habent: Valentq; contra oculorum vuam, & pustulas: corporis excrescentias cum vino

Matt. reprimunt, & vlcera ad cicatrices perducunt. ¶ Auxiliantur deuorati fœminis albo vteri profluuio laborantibus, & præsertim si exempto osse infarciantur Eboris Scobe, Margaritis, corallio rubeo, & deinde sumantur à ieiunis quotidie tres aut quatuor.

PALMA ELATE, Græcis, φοίνιξ ἐλατη.] Italis, *Inuoglio, ouer Corteccia di dattili.* Germ. Dattelbaum frucht.

PALMA ELATE.



FORMA.

Fructus palmarũ adhuc florẽtium inuolucrũ eſt magnum puluinaris faciem repræſentans, extremitatibus in acutum deſinentibus, colore ſubrufo, fragili materie, ac tenui. Dehiſcit hæc ſuo tempore, & numeroſos pãdit flores, in racemi magni modum, è quibus dactyli proueniunt, parum racemoſi. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur inter primos palmę ramos. *Matt.*

QVALITATES.

Vis ei adſtrictoria, & exiccans. *Gal. l. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Depaſcẽtia vlcera ſiſtit. DIOSC. Luxatos artus committit, prodeſt illita præcordiis, ſtomacho & iocinori, miſta conferẽtibus cataplaſmatis. Eius decoctum ſubinde deterſum, capillos denigrat. Idem datur potandum congruè, renum, veſicæ, cęterorumque viſcerum vitiis. Vuluæ, ac ventris fluxiones ſiſtit. Scabiem, cum Reſina, & cera ſanat, ſi x x. diebus recens apponatur.

PALMA Humilis, Græcis, χαμαιῤῥιφὲς.] Italis, *Palma minore.*] Siculis, & Neapolitanis, *Cefaglioni.* Germ.

FORMA.

Matt. Creſcit ſeſquicubitali lõgitudine, foliis cęteris abſimilibus, ſed breuioribus longè, & anguſtioribus. Flores edit ex obliquo capillacea quadã coma emergẽtes, è ꝙbus baccæ racematim ꝓdeũt. Pars radici ꝓpinqor in globũ extuberãs internũ, germẽquoddã qđ cerebrũ vocãt numeroſis inuolucris circũſeptũ habet, tenerrimũ, ſapidũ, & ori gratiſſimũ.

PALMA MINOR.

LOCVS.

Matt. Naſcit ĩ Sicilia, & Creta, & aliis quoq; region.

QVALITATES.

Id m— Adſtringenti pollent facultate. Itaque roborant, & cohibent.

VIRES.

Idem— Germen quod cerebrum vocant eſtur ſecundis menſis pro bellarij cũ pipere, & ſalis modico, perinde, ac carduus, & cinara: Eſt.n. ſapidũ, & ori gratiſſimum. Id (vt aliqui aiunt) ad vẽnerem excitãdam præſtare haud parũ creditur: folia præſtant, ad ſportulas, tegetes, & capitis vmbracula: Rami verò vna cum foliis ad ſcopas parãdas, ꝓ verrendis domibus, ſunt.n. nõ ſolũ ad hoc peridoneæ, ſed ẽt vtiles, ꝙ nõ cõterantur niſi tempore longo. Cætera cum maiori palma cõia habet. Bacca ſua adſtringẽti vi, dantur cõtra oẽs corporis fluxiones.

Arabibus, Italis, Siculis, Cipriis, Musa. Germ. Ein art d Datteln aus Egypten.

MVSA.



FORMA.

Planta est vnicaulis quinũ senumve cubitorum longitudine, folio arundineo, quod tamẽ per quã longo latoque ambitu se diffundit, adeo vt tricubitali longitudine: latitudine verò sesquicubitali ac ẽt quandoq; grandiore. caulis squamoso vestitur cortice arundinũ ferè modo. E vertice germen emergit molle cubitali lõgitudine a quo alia ab origine ad summũ ꝓdeunt germina, è quibus fructus quidam oriunt, cucumeris mediocris magnitudine, cortice fici: Substantia pulpæ consistit Melopeponum modo, nullo intus nucleo, aut semine, sapore cum quadã insipiditate dulci. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in Syria, Ægypto, Cypro, & Sicilia. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit in medio primi, & in fine eius humectat. *Serap.*

VIRES.

Fructus estur in cibis. sed parum alit. Priuatim prodest thoracis, pulmonis, & vesicæ ardoribus, aluum emollit, verùm liberior eius vsus stomacho aduersatur, quin etiam Iecur obstruit: Fœtum in vtero alit, affectis renibus opitulatur, vrinam ciet, & Venerem stimulat. *Serap.*

MVSA CVM FRVCTV.

Musæ imaginem cum fructu iam maturo, hic etiam excudi curauimus, vt rei plantariæ studiosis cumulatissimè satisfiat.

CVCIOPHERA, Græcis, Κουκιόφερον.] Italis, *Cuciofera*. Germ. preissbar und Indianisch Nutzbringende art

CVCIOPHERA.



FORMA.

Palmam tum caudice, tum foliis, hæc plãta refert: verùm a Palma differt, ꝙ hęc ſimplex indiuiduaq; aſſurgat, illa verò cùm aliquatenus adoleuit, ſcindatur, & biſida fiat: iterumque horum vtrinque pari modo diuidatur, & ſubinde virgas breues & multas proferat. ¶Nos tantũ fructum vidimus. quo fit vt plantæ imaginem hic oſtẽdere nequeamus. ¶Fructũ itaq; profert, magnitudine, figura, & ſucco ſingulare. Quippe magnitudine, ferè qua manum impleat, figura rotundum, colore flauicantem, ſucco dulcẽ, & ori gratiſſimum, non racematim congeſtum, vt in Palma, ſed per ſingula diſcretũ: nucleo magno vehemẽter duro, ex quo anulos detornant, quibus in verſicoloribus ſtragulariis vinculis vtũtur. Materies à Palma plurimum diſtat. *Theoph. lib. 4. ca. 4. de plã. hiſt.* *Matt.* *Theoph.*

Altera enim rara corpore, neruoſa, & viridis, altera ſpiſſa, grauis, carnoſaque, & cęſa criſpa admodum atque dura.

LOCVS.

Prouenit copioſa apud Perſas, & Indos. *Plin.*

QVALITATES, ET VIRES.

Fructus non differt admodum à dactylorum facultatibus. *Idem*

NOMINA.

MALVM Punicum, Græcè ῥοιὰ.] Arabicè, *Cuman, Ruman, siue Roman.*] Italicè, *Melagrano: siue Pomo granato*] Germanicè, *Granatoepffel.*] Hispanis, *Granadas, siue Romanas.*] Gallis, *Pomes de Grenades, aut Mygraines.*

GENERA.

Matt. Domesticum alterum, alterum Syluestre: Domesticorum tria genera, alia enim dulcia sunt, alia acida: vinosa verò nonnulla.

FORMA.

Idem. Arbor quę Punica poma profert minimè procera est, foliis ferè myrti, sed maioribus, rubro inhærente pediculo. Rami illi sunt flexiles, aculeatiq;. Flores punicei, calathi modo patuli, ore stellatim circumsepto, è quo folia prominent tenuia coccineo colore: agrestis papaueris æmula, granulis quibusdam capillamentis appensis, vt in Rosa: Poma cariaceo vestiũtur calyce, exterius rufo, interius flauo: innumeris granis referta, succosis vinosisq;, osiculo intus latente, quæ intercursantibus flauis, tenuibusq; membranis, miro quodam naturæ ordine distinguuntur. Ligni materies flaua, cinereo libro vestita.

LOCVS.

Idem. Seruntur in hortis, Vineis, & Viridariis. Syluestres sponte nascuntur in collibus, & maritimis locis & aridis.

QVALITATES.

DIOSC. *simp. me.* Malum Granatum omne adstringentem facultatem obtinet. Acida tamen plus adstringunt, quã vinosa. Et hæc magis quam dulcia. Acini longè magis adstringunt, ac exiccant, quam vinum. Et his valentius quoq; putamen, & cytini. Vinum autem præter adstrictionem refrigerat, & exiccat.

VIRES.

Gal li. 8. Dulcia stomacho vtiliora, sed febrientibus obsunt. Acida æstuantem stomachum iuuant, & vrinã cient. Vinosa mediam sortiuntur naturam: Acinorum nuclei acidi punici, insolati, & obsoniis in puluerem sparsi fluentem aluum & stomachum sistunt. Dantur vtiliter sanguinẽ expuentibus ex cælesti aqua. Acidorum succus coquitur cum melle, ad oris, & pudendorum vlcera, Cytini & Balausti sanguinolenta glutinant: & humida ginginarum vitia curant, & eorum decocto dentes commoti firmantur. Enterocellis quoq; vtiliter illinuntur. Malicorium hæc omnia præstare potest. Radicis decoctum potu latas ventris tineas pellit. Exprimitur è syluestribus cytinis succus, qui insolatus, hypocistidis vicem explet, Malicorium ex vino decoctum, ac illitum perniones sanat.

MALVM PVNICVM.

MYRTVS Græcis, μυρσίνη.] Arabibus, *Aes, Alas siue As.*] Italis, *Myrto Mortina & Mortella.*] Hiſpanis, *Murta, siue Raiam.*] Gallis, *Meurte.*

Germ. Wolſch Gindelbeer.

MYRTVS.

GENERA.

Duo Satiuum, & Syluestre: Satiui duplex est genus, candidum, & nigrum: Extant quoque alia duo genera nempe Exoticum, & Tarentinum. *Matt.*

FORMA.

Satiua facile in arborē adolescit, at syluestris magis fruticat. Foliis vtræq; sunt oblongis, crassiusculis, firmis, odoratis, īacutum desinentibus: ramis obsequiosis; floribus cādidis, numerosis, intus capillamentis, eximio odore. Satiuarum utrunq; genus baccas fert oblongas, agrestes oleas quadantenus referētes: & multò syluestribus maiores, paruis numerosisq; intus nucleis. *Idem.*

LOCVS.

Satiua in hortis, viridarijs, Vineis, & aucupijs feritur, sponte vero nascens Maritimis plurimum prouenit locis, & circa amænorum lacuum ripas: sed in Hetruria in syluosis quoq; collibus viresçit. *Idem.*

QVALITATES.

Constat ex contrariis substantiis, vincit tamen in ea frigidum terreum, habet verò & tenue quiddam calidum, vnde valenter desiccat. *Gal. 7. simp. me.*

VIRES.

Semen datur sanguinem expuentibus: & in vesicæ erosionibus. Baccarum vinum Stomacho vtile vrinam cit, & prodest potum ad phalangiorum, & scorpionū ictus ex mero. Idem præsumptū crapulam arcet. Præstat idem ēt semen, quo illito fluentes capilli continentur. Foliorum decoctum ad insessiones vbi adstrictione opus sit, plurimum præstat. Foliorum farina ex vino illita luxatos artus iuuat, inflammatos ictus, quin & testium inflammationes. ¶ Myrteum condimentum languidos ventriculos roborat, idcirco & cæliacis, & dysentericis vtile. Frondes, itemq; baccarum semen tritum contra fungorum strangulationem mirificè præstant. Baccæ quoquo modo haustæ, aut deuoratæ cor corroborant, & eius tremori mirificè conferunt. DIOSC. *Matt.*

MYRTVS Tarentina.] Italis, *Mortina Tarentina*.

Germ. Tarentiſch Myrtelbeer.

MYRTVS TARENTINA.

FORMA.

Matt. Folio eſt noſtrate longè minore robuſtioreq; : fructu copioſiore, ſed minuſculo: & in ſummitate pluribus apicibus coronato. colore ex nigro purpuraſcente, minutis, crebris, albicantibusque intus oſſiculis : floribus noſtratis ſimilibus.

LOCVS.

Idem. Prouenit copioſa in Apulia circa Tarentum. vnde illi nomen.

QVALITATES, ET VIRES.

Matt. Non differt viribus, qualitatibusq; à noſtrate.

MYRTVS EXOTICA.

FORMA.

Folio eſt noſtrati haud abſimili, dilutiore tamen, acuminatiore copioſioreque. & adeò denſo, vt eo rami vbique ſtipentur. Fructũ fert oblongum, è longoq; pediculo dependentem, ſeminibus refertum, flores albicant, vt in cæteris generibus. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in Italia in hortis, & viridariis, tanquam peregrina ad topiaria opera contexenda. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Non differunt viribus, & qualitatibus à cęteris generibus. Folijs ſiccis vtuntur Coriarij non ſolum huius ſed omnium Myrti generum ad ſpiſſanda, criſpandaque coria. *Matt.*

MYRTILLVS, Græcis χαμαμυρσίνη.] Italis, *Myrtillo.*] Ananienſibus, *calauezza.*] Germanis, *Eidelbeer.*

MYRTILLVS.

FORMA.

Matt. Frutex eſt cubitalis, caudice duro, ramis tenuebus, virẽeſctibusque, folijs myrti minoribus, robuſtis, ſenſimq; pambitũ ſerratis: flores edit tintinnabuli effigie, inter folia è petiolis dependẽtes, colore ſub puniceo, rufo intus ſtamine: è quib⁹ bacæ ſubnaſcũtur, Myrti non abſimiles, ſed paulò minores, nitroſæ & auſteriuſculæ: & ſumma parte umbilicatę, cæruleo colore ad nigrum inclinante.

LOCVS.

Matt. Prouenit in montibus, & ſyluis.

QVALITATES.

Idem. Fructus refrigerat, exſiccat, roborat, reprimit, & cohibet.

VIRES.

Idem. Dantur baccę cùm recentes, tum quoque ſiccæ deuorandæ dyſentericis, & cęliacis. Edunt ur quoque æſtate fragorum vice à paſtoribus. Nam auſteriuſculæ cum ſint, & vinoſę ſitim extingunt, & non ingratus ſunt cibus. vſurpantur ab infectoribus ad coloranda ſtamina, cæruleo colore; ac etiam à pictoribus: Germani autem Pharmacopæi ijs paſſim vtuntur Myrti baccarum uice, cùm ijs deſtituantur.

CERASA, siue Cerasia, Græcis, κεράσια.] Arabibus, *Sarasie.*] Italis, *Cirege.*] Germanis, *Kirsen,*] Hispanis, *Cerefas.*] Gallis, *Cerises.*

CERASIA.

GENERA.

Diuersa cerasorum sunt genera: nam alia dulcia, alia sub amara, alia austera, alia acida, alia insipida habentur: quin etiam alia domestica, alia sylvestria. *Matt.*

FORMA.

Arbor folia fert, mespilo latiora, per ambitū serrata: flores albos, racematim prodeuntes, è quibus rubentes oriuntur baccæ, è longis pediculis dependentes. & prona parte diuisæ, duro intus osficulo, pisi magnitudine, in quo nucleus includitur. Ligni materies fibrosa, compactaque, cortice læui, & inoluceris pluribus referto. *Idem.*

LOCVS.

Domestica Cerasus in hortis, uineis, & viridariis seritur. Sylvestris in syluis prouenit, ac etiam in vallibus. *Matt.*

QVALITATES.

Quæ dulcia sunt, magis quæ in intestinis sunt, subducunt, sed stomacho minus vtilia habentur. Contra verò austera: Quæcunque verò acida sunt pituitosis excrementosisq; stomachis conueniunt: siquidem austeris magis desiccant, & non nihil etiam incidunt. Sylvestria autem cæteris adstringẽtiora sunt. *Gal. li. 7. simp. me.*

VIRES.

Viridia aluum leniunt: sicca verò cohibent. Gummi quod è trunco emanat, communem cum omnibus viscosis, & mordicitate carentibus medicamentis facultatem obtinet, quæ ad arterias exasperatas accommoda est. Propriè autem calculis vexatos ex vino potum adiuuat. Idem cum vino potum veteri tussi medetur, colorem commendat, visum exacuit, & appetentiam incitat. DIOSC. *Gal. loco citato.* DIOSC.

CERASA racemosa. Hetruscis *Ciregie grappolose: cæteris verò* Italis, *Ciregie del Grasso.* Germ. Weliss trauben kirschen.

CERASA RACEMOSA.

FORMA.

Matt. Sunt in hoc genere quædam, quę vno tantum pediculo, ternę quaternæ ve baccę contineantur, quędam verò quę racematim in vuę modum proueniant, vt palam est ex appicta hic imagine.

LOCVS.

Habentur peculiariter in hortis, vineis, ac viridariis.

VALITATES ET VIRES.

Non differunt ab aliis ceraſorum generibus.

CERASA auſtera. Romanis, *Viſciole. Senenſibus, Ciregie amarine. in cæteris verò Italiæ locis, Maraſche.* Grim. weichſel, sauer kyrſchen.

CERASA AVSTERA.

GENERA.

Varia, diuerſaq; ſunt horum ceraſorum genera, quę cunctis notiora ſunt, quàm à me deſcribi poſſint. *Matt.*

LOCVS.

Habentur in hortis paſſim & viridariis atq; etiam vineis. *Idem.*

FACVLTATES.

Refrigerant, exiccantque: quin etiam adſtringunt, roborant, & cibi appetentiam excitant. *Idem.*

VIRES.

Nõ ita facilè deuorata, vt dulcia, corrumpuntur in uentriculo, ideoq; febricitantibus, ac ſitientibus, facilè conceduntur à Medicis Germanis: à pediculis repurgata vuis maturis admiſcentur, & deinde vinum ex his paratur, guſtatu gratiſſimum, quod in alui fluxionibus vtiliter vſurpatur. Aſſeruantur condita cum ſaccaro, ad arcendam ſitim, & appetentiam cibi excitandam. *Idem.*

NOMINA.

CHAMAECERASVS, Græcis, χαμαικεράσος.] Italis, *Ciregio nano*.

Germ. wild zwerg Kirschbaum.

CHAMAECERASVS.

FORMA.

Matt. Arbuſcula eſt Spitamæ paulò maior. Baccæ, quę cum auſteris magnitudine certant, breui petiolo innituntur, ſapore auſtero, ac adſtringenti.

LOCVS.

Matt. Prouenit ſpontè cum in valle Anania in agro Tridentino, tum in Boemia, & Auſtria ſecus itinera, & prope ſepes.

QVALITATES, ET VIRES.

Matt. Baccę cùm cæteris auſteriora habeãtur, etiam cęteris ſicciora iurè fuerint, magisque adſtringentia.

SILIQVAE, Græcis, Κεράτια.] Arabibus, *Charumb.*] Italis, *Carobe, & Carobole.*] Germanis, *S. Ihoannis Brodt.*] Hiſpanis, *Alſarbas Carrouges.*] Officinis, *Carobe.*] Gallis, *Caronge.*

SILIQVAE.

FORMA.

Arbor, quæ Siliquas profert, folio viret fraxino latiore, duriore, ac magis circinnato. Floret diſcedente hyeme, aut vere iã appetente, fructificat verò Æſtate, & Autumno, dependentibus ſiliquis, primum viridibus, & deinde cùm ſiccantur, ex rufo nigricãtibus, manſu lignoſis, ſed dulci pulpa, ſuccoq́; prędítis: Semine Ægyptiæ Siliquę haud diſſimili. *Matt.*

LOCVS.

Naſcũtur copioſæ in Apulia, Campania, Creta, Syria, Cypro, ac aliis calidioribus regionibus. *Idem.*

QVALITATES.

Adſtringunt, & exiccant. *Gal. li. 7. ſimp. me.*

VIRES.

Recentes ſtomacho aduerſantur, & aluum ſoluunt. Eędem ſiccatæ ſiſtunt, ſtomachoque vtiliores fiunt. Vrinam quoque cient. ¶ Eędem etſi omnium conſenſu adſtringunt: compertum eſt tamen earum decoctum potum mirificè iuuare tuſſientes, ob dulcem melleamque ſubſtantiam, quæ iis ineſt. DIOSC. *Matt.*

MALA, Græcis, Μῆλα.] Arabibus, *Tufa, ſeu Tufalta.*] Italis, *Mele, ſeu Pomi.*] Germanis, *Oepffel.*] Hiſpanis, *Manſanas.*] Gallis, *Pomes.*

MALA.

GENERA.

Matt. Gal. Numeroſum ſanè eſt malorum genus, ac magis quàm explicari poſſit ſapore, Forma: ac mole diuerſum. ¶Alia.n. auſterum, alia acidũ, alia dulcem ſimul, & auſterum, quædam dulcem, & manifeſtè acidum, & nonnulla cum acore acerbum ſaporem habent.

FORMA.

Matt. Malorum arbor vnico tantum exit caudice, ramos inde ſtatim in longum, latumq; mittens, craſſo ſatis libro, colore exterius cinereo, & intus flauo: foliis vireſcit oblongis & tenuiter per ambitum ſerratis. Flores mittit albos, foliatos, aut ex cãdido ſenſim purpuraſcentes è quibus poma oriuntur, forma, colore, magnitudine, & ſapore varia.

LOCVS.

Idem Domeſtica in hortis, vineis, & pomariis habẽtur. Sylueſtria verò locis campeſtribus tum etiam in ſyluis, & collibus ſpontè naſcuntur.

QVALITATES.

Gal l. 2. de alim. facul. Adſtringentia mala, ſuccum frigidum, terreumque habent. Acida autem frigidum quidẽ ſed tenuium partium. Medię autem temperaturæ ſunt dulcia, quæ ad calidius vergunt. quemadmodum omnis qualitatis expertia, inſipidave, ad frigidius inclinant. Sylueſtria cæteris adſtringentiora habentur.

VIRES.

DIOSC. *Gal.* Cruda in cibis omnia ferè refrigerant ventriculum: quamuis dulcia quæ Apia vocantur minus lædant, & quæ in hyemem, & ver aſſeruantur: vbi prius maturuerint.

Matt. ¶Præſtant dulcia ad Melancholicos affectus: quin etiã, ad pleuriticos. Ea.n. ſi cinerib us incocta, & Glycyrrhizæ ſucco, amylo, & Saccharo albiſſimo conſperſa propinentur, tam mane, quàm veſperi, illos quidem mirificè iuuant.

COTONEA Mala, Græcè, Κυδώνια μῆλα.] Arabicè, *Saffargell.*] Italicè, *Mele Cotogne.*] Germanicè, *Kitten, siue Quitten.*] Hiſpanicè, *Membrilhos.*] Gallicè, *Pomes de Coing.*

COTONEA.

GENERA.

Tria Cotoneorum numerantur genera. Palma illis quę ꝑpriè Mala Cotonea nominantur. Secundo loco Struthia vocata, & tertio quę media inter hæc habentur, Miluiana ſeu notha appellata. DIOSC. *Gal.*

FORMA.

Præſtantiora, & quæ primas tenent preſſa ſunt, & in toros ſcrè diuiſa Melopeponum modo. colore ad aurū inclinato. Lanuginoſa, & cęteris odore præſtantiora Struthia maiore admodum corporis mole ſpectantur, & forma magis pyra, quàm mala referunt. Miluiana autem inter hæc media, cū facie tum ſapore, odoreq; eſſe videntur. Arbor cōmuni malo ferè ſimilis eſt: atqui folia anguſtiora ſunt, læuiora, carnoſiora, robuſtioraq;, & à tergo albicantia, florem fert album Sylueſtris roſæ figura. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit ſata in hortis, vineis, & viridariis. *Matt.*

QVALITATES.

Valenter adſtringunt: cohibent, roborantq;: quin etiam refrigerant ordine primo, & ſiccant ſecundo. *Matt.*

VIRES.

Cocta, toſtave Stomachum iuuant, & vrinam cient. Præſumpta aluum cohibent, contra verò citant. Proſunt cœliacis, dyſentericis, & purulenta excreantibus, præſertim cruda. Succus crudorum datur vtiliter orthopnoicis. Decocto fouentur vtiliter ſedis, & vuluæ procidentia: Illinuntur cruda ad cohibendam aluum, & vomitiones. Vinum ex his expreſſum hæc omnia quoque præſtare poteſt, quin etiam oleum quod ex ipſis conficitur, inunctum. Seminum mucago illinitur vtiliter omnibus inflammationibus, & linguæ ſcabritiem læuigat. DIOSC. *Matt.*

PERSICA, Græcis, περσικὰ μῆλα, καὶ ῥοδάκινα.] Arabibus, *Sauchſeu, Chauch.*] Italis, *Peſche, & Perſiche.*] Germanis, *Pferſich.*] Hiſpanis, *Pexegos.*] Gallis, *Peſches.*] Polonis, *Broskuini.*

PERSICA.

GENERA.

Matt. Perſicorum perplura reperiuntur genera: Quædam enim rubent, alia aureo colore fulgent, alia vireſcunt, alia albicant, alia ſanguineo ſucco madent, alia duracina vocantur, quòd duriore ſint pulpa: & q̃ ab oſſe non diducantur. Et alia Cotonea, alia nuciperſica, q̃ nucum Iuglandium faciem repreſentent, appellantur. Sunt etiã quæ pro nucleo Amygdalam dulcem habeant Perſica amygdala appellata.

FORMA.

Idem. Perſica malus arbor eſt foliis Amygdalæ per omnia ſimilibus, quemadmodum & floribus, quamuis in perſica magis purpuraſcentes ſpectentur. Ligni materies fragilis, radicesq; imbecilles, nec altè deſcendentes. vnde fit, quod hæc arbor cito conſeneſcat, & cadat.

LOCVS.

Idem. Habetur vbiq; copioſa in Italia, ſed in Apulia copioſiſſima prouenit.

QVALITATES.

Gal. li. 7. ſimp. me. Germina, & folia vincẽtem habent amaram qualitatem. Alioqui ſanè etiam digerens medicamentum eſt. Fructus verò eius, nempe eſculentum hoc perſicum, humidior eſt, & frigidior temperie.

VIRES.

DIOSC. Acerba Perſica aluum cohibent, ſed ſicca vehementius. Decoctum è ſiccis alui ſtomachiq; fluxiones ſiſtit. *Gal. li. de alim. fac.* ¶Praui ſucci ſunt, & quæ facile corrumpuntur. *Matt.* ¶Flores recentes deuorati non ſolum aluũ deiiciunt, ſed vomitiones quoq; faciunt. Hydropicorum aquam pellunt: ſed non abſque ægrotantium incommodo. Lachryma arboris datur ex plantaginis, aut portulacæ ſucco ad ſanguinis reiectiones. tuſſientibus verò, & anheloſis ex Tuſſilaginis aqua, & Croci momento: facit quoq; ad raucedinem, & arteriæ impedimenta. Datur calculoſis cum ſucco raphani, aut limonum, duarum drachmarum pondere. Recentia folia illinuntur vtiliter ventri ad interaneorum vermes, ex aceto. Eorundem ſuccus Vermiculoſis, ac purulentis auribus vtiliter infunditur.

MALA Armeniaca, siuè Præcocia. Græcis, Μῆλα ἀρμενιακὰ ἢ πραικόκκια, ἢ βερικόκκια μέγα.] Arabibus, *Mermex mex, Mesmes, siue Mismis.*] Italis, *Armeniache, Bacoche, Moniache, & Grisomele.*] Germanis, *S. Iohannis Pferſich.*] Hispanis, *Albincoques, Albarchigas, Aluaricoques.*] Gallis, *Abricoz, Carmaignoles, & Chicandeliz.*

Marillenöpffe
Die grösser

ARMENIACA MALA MAIORA.

GENERA.

Plures eorum visuntur speciei, magnitudine, & sapore quoq; differentes. *Matt.*

FORMA.

Arbor rarò procera admodum visitur. Folia fert Piri haud absimilia, subro tunda, & per ambitū serrata. Flores albos, cerasi modò, è quibus fructus prodeunt persicorū forma ac ferè magnitudine, aureo colore, sępe cū purpura misto, os omnia infra se concludunt, vtraq; parte turgens, in quo nucleus cōcluditur, in quibusdam amarus, in quibusdam verò dulcis. *Idem.*

LOCVS.

Habentur in hortis, vineis, & Viridariis. *Idem.*

QVALITATES.

Fructus humidior, frigidior que est, vtrunq; secundo quodammodo excessu. *Gal li. 7. simp. me.*

VIRES.

Oleū è nucleis expressum, mirificè valet ad inflammatas hęmorrhoidas inunctum. Valet quoq; ad vlcerum tumores, & ad linguæ impedimenta: & pariter ad aurium dolores. Idem potus vnciarum quinque pondere, cum vini Cretici vncia, calculos pellit, & colicos iuuat. *Matt.*

ARMENIACA minora, Græcis, Μῆλα ἀρμενιακά πίκρα.] Italis, præsertimque Hetruscis Armoniache, Bacoche, & Moniache minori: Insubribus autem, & Venetis Armellini. Germ. Kleine Marillenöpfel.

ARMENIACA MINORA.

FORMA.

Matt. Arbor est, mali proceritate, foliis albæ populi, floribus, cerasi admodum similibus, ac pariter racematim prodeuntibus. Fructus edit mali Persici effigie, minores tamen, colore aureo subrutilante, & odore iucundo.

LOCVS.

Idem. Habentur passim in hortis, viridariis, & vineis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Non differunt suis in facultatibus à maioribus. verùm tamẽ austeriori sunt sapore.

[CITRIA MALA, siue medica mala, Græcis, Μηδικὰ μῆλα, ἢ κεδρόμηλα.] Italis, *Cedri, & Citroni.*] Germanis, *Citron, Oepffel, siue Juden, Oepffel.*] Hispanis, *Cidras.*] Gallis, *Citron.*

CITRIA MALA, SIVE MALA MEDICA.

GENERA.

Maiora, & minora. *Matt.*

FORMA.

Proueniunt maiora melopeponum magnitudine. Minora verò paulò limonibus grandiora: & gustu suauiora. Planta quæ perpetuo pomifera est, aurantiorum ac limonum arbores magnitudine æquat: Foliis viresçit perpetuis, aurantiorum similibus, vbiq; veluti acu tenuissima perforatis, foraminibus, visum effugientibus. Flores edit ex albo purpurascentes: solidos, calathi figura è quibus poma proueniunt, oblonga, rugoso cortice, flauo, ac suauem odorem spirante. Acidam includunt medullam, succo plenam · in qua semen recõditur hordei figura, sed quadãtenus crassius: duroobductum cortice, amaro sapore. Arbor nunquam sine fructu visitur. *Idem*

LOCVS.

Natale solum iis est calidis in Regionibus, maritimo præsertim tractu, & circa amœnos lacus, et si etiam serantur in hortis, & viridariis. *Idem*

QVALITATES.

Succus vincentem habet qualitatẽ acidam, & siccam, vt ipse, tertij sit ordinis exiccantium, refrigerantiumq; . Cortex autem exiccat, & non parum habet acrimonię, & proinde desiccat secundo excessu, non tamen frigidus est, sed aut temperatus, aut paulò infra. Porrò caro pariter crassi succi est, & pituitosa frigidaque. Semen amarum est, & digerendi videlicet, siccandiq́ue facultatem obtinet, secundo quodammodò ordine à temperatis recedens. Folia verò & digeruno & exiccant. *Gal. li. 7 simp. me.*

VIRES.

Semen in vino potum venenis resistit, peculiariter autem Scorpionum ictibus aduersatur, aluũ mouet: oris suauitatem commendat. Succus grauidarum malaciæ succurrit. Pomum vestiariis impositum, tineas abigit. Idem totum venenis aduersatur, & succurrit pestilentialibus febribus affectis. Cortex saccharo, aut melle conditus, ventriculum, & cor corroborat. Succus flauam reprimit bilem, & pestis contagia arcet, & sitim sedat. *Matt.*

MALA Limonia, Italis, *Limoni.*] Gallis, *Limons.* Germ. Frisch Limonen öpffel

GENERA.

Matt. Maiora: & minora: quæ ẽt ſucci bonitate differunt, & corticis craſſitudine. Nã quę grãdiora ſunt, & ſucco, & cortice, carneq; lõgè ſunt prętantiora.

LIMONIA MALA.

FORMA.

Idem Plãta perpetua frõde viret, quẽadmodũ & Citrus, foliis etiã ſimilibus, ſed paulò anguſtioribus. Flores fert albos, & odoratos, à qbus poma oriunt oblonga, citri faciẽ referentia, atq; etiam colore magis diluto. Eadẽ oĩbꝰ ferè gen tibus nota ſunt magis q̃ deſcribi debeãt.

LOCVS.

Idem Serũtur tanq̃ peregrina in hortis, & viridariis, & quanq̃ mãgonio cultor in frigidis regionibus viuãt, q hyeme ĩ ꝓcameratis cellariis recõdant, ea rũ tñ ꝓuẽtus nõ eſt niſi ĩ locis calidis, & pſertim maritimis, & circa lacus amæniſſimos. Ideoq; in Apulia, Calabria, & aliis Regni Neapolitani regionibus copioſa limonia proueniunt.

QVALITATES.

Idem Iiſdem qualitatibus præ dita ſunt, quibus & Citria mala.

VIRES.

Idem Sirupus q è limonũ ſucco parat, extinguit nõ ſolùm bilis feruorem; ſed quoque ad ſitim extinguendam, & ad peſtilentes febres conducit. Aqua diſtillata è limonũ acida pulpa: expetit mulieribus ad faciei nitorẽ ꝓciliãdũ, quin ẽt ad vitiligines, & corporis, cutisq; infectiones delẽdas, nã & varos delet, & acaros quoq; ĩterimit. Sirupis admiſta, datur vtiliter acutè, aut ꝓtagiosè febriẽtibꝰ. Eadẽ lũbicos necat. Immaturi limonis ſuccus, ſeſcũcię põdere cũ vino potus calculos renũ pellit.

AVRANTIA mala.] Italis, *Aranci.*] Germanis, *Pomerantz.*] Gallis, *Pomme d'Orenges.*

AVRANTIA MALA.

GENERA.

Sunt quę dulcia: quæ acida: & quę inter hęc media habentur, vt de punicis quoque diximus. *Matt.*

FORMA.

Arbor est citro similis, & perinde ac illa perpetua coma uiret, foliis lauro lati foliæ proximis, ac suauiter odoratis, crassis, læuibusq́; , & in acutum desinentibus. Ramos habet flexiles, ac obsequiosos, topiariis operibus haud inidoneos, aculeis firmis, acutisq́; refertos. Cortice ex viridi subalbicante: flores albos odore perq̃ præstanti, è quibus suauis admodũ distillatur aqua. Poma fert rotunda, aureo colore, odorataq́ue. Cortice crassiore, pulpa, & succo referta, in qua semen citri simile. *Idem.*

LOCVS.

Seritur in viridariis, & hortis: Maritimis præsertim tractibus: Abundãt iis Campania, Apulia, Calabria, & aliæ Regni Neapolitani regiones, quin ẽt Liguria & Benaci Lacus viridaria. *Idem.*

QVALITATES.

Refrigerant & exiccant, quæ scilicet acida, & vinosa sunt: dulcia verò caloris non sunt expertia. Cortex omnium calidus est. *Idem.*

VIRES.

Aqua è floribus distillata, præterq̃ *Idem.*
q9 pręstantissima habetur ad odoramenta: pręstat quoque pota sex vnciarum pondere ad sudorem ciendum: quare datur vtiliter contra febres pestilentiales, in quibus exanthemata spectantur in cute. Cor corroborat, & spiritus viuificat. Cortex saccharo conditus uentriculum roborat, & flatus pellit. Omnium succus sitim extinguit & febrientes iuuat, præter dulcium aurantiorum. Nam is febrientibus non adeò salubris est, nec sitim sedat.

Poma Adami.] Italis, *Lomie & Pomi d'Adamo.*

Poma Adami.

FORMA.

Matt. Arbor quæ hæc edit poma, folio eſt Limoniæ Arboris maiore, patentioreque: ramis etiam ſimilibus: floribus Citrei mali æmulis, fructu Aurantiis duplo, triplove maiore rotundo: Cortice haud craſſo, pallido, criſpo, & inæquali fixuris quibuſdá apparentibus, perinde ac dẽtibus demorſo, ſuccoſa, acidaque madet pulpa, ſapore limonũ haud longè abſimili, inſipidiore tñ in qua ſemina latitant citrei mali, aut limonij æmula. Hæc poma, quidam putant limonia eſſe fœminini generis.

LOCVS.

Idem Seruntur cũ Citrijs, limoniis, aurantiisq; malis, & iiſdem, vt illa proueniunt locis.

QVALITATES.

Idem Refrigerant, exiccant, & adſtringunt.

VIRES.

Idem Præſtat eorum ſuccus ad ea omnia ad quæ limonia præſtare diximus: minore tamen efficacia: Peculiariter autẽ valent poma ad ſcabiem, ſi per medium ſecta: & tenuiſſimo ſulfuris puluere aſperſa, & deinde feruentibus cineribus calefacta, ſcabioſis corporis partibus infricentur.

PYRA Græcis, ἄπια.] Arabibus, *Humechte Cirmette, ſiue Kemetry.*] Italis, *Pere.*] Germanis, *Biren.*] Hiſpanis, *Peras.*] Gallis, *Poyres.*

PYRA.



GENERA.

Multa ac varia pyrorum numerantur genera, odore, ſapore, colore, forma: ac prouentu differentia. Quin ēt & Sylueſtria quoq; copioſa viſuntur. *Matt.*

FORMA.

Varia eſt quoque pyrorum facies: quòd cùm omnibus notum ſit quemadmodum & planta: nec huius nec illorum formam deſcribere libuit. *Matt.*

LOCVS.

Proueniunt vbique in collibus, agris, Vineis, hortis, & viridariis. Sylueſtria verò locis incultis, & in ſyluis.

QVALITATES.

Vim habent exiccandi: ac etiã adſtringendi: Atqui Sylueſtria longè magis adſtringũt. Huc quoque referri poſſunt quæ de malis & punicis dicta ſunt: namque ſapor vires palàm facit. *Gal. li. 5. ſimp. me. & 2. de alim. fac.*

VIRES.

Pyra adduntur vtiliter in repellentibus cataplaſmatis. Decoctum ſiccorum, & cruda ipſa aluũ adſtringunt, ieiunos eſitata lædunt. Recentia cocta eſu ſtomacho grata ſunt: Sylueſtria præſtant dyſentericis, cæliacis, & ſanguinem excreantibus. Ligni arboris cinis datur vtiliter potandus contra fungorum ſtrangulationem: ad quod etiam valet pyrorum Sylueſtrium ſuccus potui datus: Quin etiam ſi ipſa cum fungis coquantur, eos innoxios reddunt. DIOSC. *Matt.*

NOMINA.

MESPILVS prima Græcis, μέσπιλον, ἡ μεσπίλη.] Arabibus, *Zarar Zarur, & Alzarur.*] Italis, *Azarolo.*], Hiſpanis, *pariter Azarolo.*

Germ. Wolliß Hoppelbaum.

GENERA.

DIOSC. Duũ Meſpilus eſt generum foliis, & fructu diuerſum.

FORMA.

Matt. Primum genus arbor eſt ſpinoſa, mediocris ꝑceritatis, & materia Pyro haud abſimili, foliis laciniatis Apij æmulis, aut Oxiacanthę, floribus albicantibus, racematim cohęrentibus. Fructus illi ſunt Sorborum craſſitudine, rubẽtes, vulgaribus meſpilis æquales, ſed arctiore vmbilico, tribus intus officulis.

LOCVS.

Idem. Copioſa Neapoli, vbiq; ī viridarijs, & vineis.

QVALITATES.

Gal. lib. 7. ſim. Fructus acerbus eſt antequam matureſcat, refrigerat, exiccat, & adſtringit, quæ etiã qualitas in germinibus & foliis viget.

MESPILVS PRIMA.

Gal.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Ventris fluxiones cohibent fructus, & multò fortius quàm ſorba. Siſtunt faucium, gutturisque fluxiones vbi eorum decocto os collatur. Dantur vtiliter in mulierum grauidarum malacia. Condiuntur cum zaccharo, & aſſeruantur ad omnia ſupradicta.

MESPILVS vulgaris, Græcis *μέσπιλον ἢ μεμεκίλη.*] Arabibus, *Zaror zarur, & Alzarur.*] Italis, *Neſpolo.*] Germanis, *Neſpel.*] Hiſpanis, *Neſper.*] Gallis, *Neſplier.*

MESPILVS VVLGARIS.

FORMA.

Foliis eſt mali, ſed minoribus: flores fert albicantes, Coroneę mali æmulos: fructum rotũdum, latiore vmbilico, quinque acutis proceſſibus coronato. *Matt.*

LOCVS.

Habetur in vineis, hortis, & ſepibus.

QVALITATES.

Fructus acerbi admodum ſunt, & ſtrenuè coercentes, multò fortius quàm ſorba. *Gal. li. 7 ſimp. me. & 2. de alim. facul.*

VIRES.

Adſtringunt vehementer, aluum fluentem cohibent. ¶ Sicca folia in puluerem aſperſa, recentia vulnera glutinant, & ſanguinis profluuium ſiſtunt. Dantur vtiliter ſanguinem reiicientibus. Meſpilorum officula in puluerem contrita, renum calculos valenter pellunt, vbi cochlearis menſura ex vino, in quo vulgaris Petroſilini radices decoctæ fuerint, ebibantur. DIOSC. *Matt.*

LOTVS, Græcis, λώτος.] Arabibus, *Sedar, siue Alsadar.*] Italis, *Bagolaro, siue Perlaro.*] Germanis *Zurgelbaum.*] Hispanis, *Almez.*] Gallis, *Alysier.*

LOTVS, SIVE CELTIS.

FORMA.

DIOSC. *Theoph. Plin.* Lotus arbor est vastę magnitudinis, incisuras foliorum habet, perindè ac Ilicis. Baccas fert Cerasi minores, per maturitatem nigrescentes; & longo pediculo nitētes ceraſorum modo: nulli cortex iucundior, aut oculos excipiens blandius: nulli rami longiores, validioresque, aut plures, vt dixisse totidē arbores liceat.

LOCVS.

Plin. Montes, & valles amat, & expetitur domibus, ramorum petulantia.

QVALITATES.

Gal. 7. simp. me. Non ita multo adstrictorię facultatis est particeps, sed & tenuium est partium, & exiccatoria.

VIRES.

DIOSC. Baccæ aluum sistunt, ramē torum ligni decoctum, siue potum, siue Clysma te infusum dysentericis, ac fœminis vterinis fluxibus laborantibus auxiliatur. Rufat capillos, & defluentes cohibet, & citam aluum cohibet.

CENSVRA.

Sunt qui contendant Athæneo Zyzyphum nostratem lotum designare, sed decipiuntur, & hallucinantur.

PSEVDOLOTVS, Italis, *Loto bastardo*.

PSEVDOLOTVS.

FORMA.

Arbor est procera, foliis latis oblongisque, firmis, ac neruosis, fructu Sebestenorum effigie, sed longè minore, colore, per maturitatem cęrulæo, pluribus intus officulis, sapore non ingrato. *Matt.*

LOCVS.

Italię peregrina hæc arbor est, & raris in viridariis habetur. *Idem.*

QVALITATES.

Eædem ferè illi qualitates sunt, quæ legitimæ loto tribuuntur. *Idem.*

VIRES.

Vires quoque eædem illi sunt, si rerum experimentatoribus credimus. *Idem.*

CENSVRA.

Non rectè sentiunt, qui Pseudolotum hanc Guaiaci plantam esse putant,

LOTVS Africana altera, Italis *Legno ſanto, ſed falſo*.

Verm. Hurglbaumb aus Africa.

LOTVS AFRICANA ALTERA, SIVE LOTI AFRICANAE SPECIES.

FORMA.

Matt. Arbor eſt procera, foliis alterius loti latioribus, baccis rotundis, acu minato tamen cacumine, colore cæruleo ſubnigricante. Hę pediculis carent; calyculis tamen ima parte obductis, perinde ac glandes, & Mixa, arboris ramis, & ſurculis ſeriatim cohęrent.

LOCVS.

Idem. Habentur arbores multis in locis in Italia, è longinquis tamen regionibus allatæ.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Sunt qui velint arborem hanc eiſdem cum loto pollere viribus. Id quod nos quoque putamus.

CENSVRA.

Idem. Aberrant, qui hanc loti ſpeciem, Guaiaci eſſe Plantam contendunt.

CORNVS, Græcis, Κρανία.] Italis, *Corniolo: Fructus Cornole, & Cornie.*] Germanis, *Arbor Cornelbaum Kurberbaũ, siue Dierlen, Fructus Vuelsch Kirschen.*] Hispanis, *fructus Cornizolos.*] Gallis, *Cornier, Fructus verò Cornoille.*

CORNVS.

GENERA.

Duum est genervm. Quædam.n. masculа est, quędam verò fœmina. *Theoph.*

FORMA.

Masculа folia habet Amygdalæ (re autẽ vera virgę sanguineę vocatę haud, dissimilia) Corticem neruosum, & tenuem, caudicem non nimis crassum. Cæterum fœmina virgas paruas amerinæ salicis modo è latere profert, & fruticosior est. Nodos ambę perinde ac Amerina, tum geminatos, tum inuicem congruos habent. Mari materies excors, totaq; solida. Fœmina verò medullam continet, & mollior est. Flos oleæ, baccę oliuis similes, oblongæ, rufo colore, & singulari pedículo: plures osticulum intus habent oblongum oliuæ modo, in quo nucleus, sapore dulci, odoratuq; gratus. Ambæ fructum ferunt, sed fœminæ vix gustabilem esse dicunt. *Theoph. Matt.*

LOCVS.

Nascitur in sylvis, in collibus, & dumetis. *Matt.*

QVALITATES.

Fructus admodum acerbus est, ideo valenter adstringit, folia quoq;, & germina acerba sunt, valenterq; desiccant. *Gal li. 6. simp. me.*

VIRES.

Baccæ in cibo adstringunt, ideoq; albo profluuio fœminarum atque diseuterię salutares, sanies quę virentia folia torrendo resudarunt, impetigini conuenienter illiniuntur: folia maxima vulnera glutinant in duris hominum corporibus. ¶Ligni materies, quòd durissima sit, & admodum robusta, expetitur. pistrinariis fabris, ad parandum rotarum dentes. aduersatur lignum à cane rabido demorsis, nam huius tantum contactu in rabiem aguntur. DIOSC. *Matt.*

VIRGA ſanguinea, Italis, *Sanguineo, & Sanguinello.*

Germ. Blutruthen.

VIRGA SANGVINEA.

FORMA.

Matt. Arbor eſt fruticoſa, virgis corno tenuiorib⁹, robuſtis, ac geniculatis, cortice ſanguinis modo rufeſcẽte, foliis firmis, neruoſis, corno q̃ proximis. breuioribus tamen, ac latioribus: Floret vere, vmbellis ſubalbicãtibus, è quibus baccæ oriuntur orobi magnitudine, primùm virides, & per maturitatem nigricantes, racemoſeq;, è quibus oleum exprimitur ruſticis, ad lucernarum vſum.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in ſepibus, & frutetis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Baccæ, amaro, acerbo, ad ſtringentiq; guſtu ſunt, itaq; abſtergunt, roborant, cohibent, ac repellunt. Idem quoque preſtat oleum, quod ex eis elicitur.

SORBA, Græcis, ὄυα.] Italis, *Sorba.*] Germanis, *Spererling, Sporöe-Pffel, ſiue Sperbiern.*] Hiſpanis, *Sorbas.*] Gallis, *Sorbes, & Cormes.*] Boemis, *Kzerbiny.*

SORBA.

GENERA.

Duo Sorbi domeſticæ arboris genera, alterum quidem mas, alterum fœmina: quæ pomorũ diuerſitate noſcuntur. Duo item quoq; Sylueſtrium, quorum alterum Torminale vocatur. *Matt.*

FORMA DOMESTICAE.

Vtraq; caudice exit recto, ac longo, ramis in altum aſſurgentibus: foliis fraxini, ſed anguſtioribus, auerſa parte albicantibus, & per ambitũ ſerratis: flores profert albos racematim prodeuntes, è quibus fructus pariter racemoſi, in altera quidem orbiculati, & ſucco odoratiore, ac mitiore, in altera verò ouati pyri faciem referentes, & guſtui aſperiores, inſuauioresq;, & minus olẽtes, colore pallido, in latere rufeſcente. Hic maris, ille fœminæ eſſe creditur. Ligni materies duriſſima, & compacta. Fructus ſtraminibus impoſiti, aut ſuſpenſi maturantur. *Matt.*

LOCVS.

Habentur ferè vbique locorum in Campis, Vineis, & Viridariis. *Idem*

QVALITATES.

Adſtringunt vt Meſpila, ſed imbecilliore effectu. *Gal li. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Sorba deuorata aluum ſiſtunt, & præſertim ſicca anteaquã matureſcant. Id quod præſtat earum farina, ſi polentæ loco ſumatur. Quod & decoctum eorum in potu præſtat. ¶ Datur vtiliter farina delingenda dyſentericis, cœliacis, & ſanguinem reiicientibus, ac etiam fœminis vterinis fluxibus opportunis. DIOSC. *Matt.*

NOMINA.

SORBVS Syluestris, Italis, *Sorbo saluatico.*] Ananiensibus, *Temelo.*

Vrm. Wilder Spörling geschrieben.

FORMA.

Matt. Folia, & ferè vniuersa plãtę huiusce facies, à domestica parum differũt. Fructus verò aliter se habet. Ex muscariis enim, sambuci modo dependet, sed baccis quadruplo maioribus, colore aureo subrufescente, sapore acerbo adstringentique.

SORBVS SYLVESTRIS.

LOCVS.

Idem Prouenit syluosis, ac frigidis locis inter cæteras agrestes plantas.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Baccę adstringunt, siccãt, & repellunt. Asseruantur hyeme ad aucupia, quòd turdis gratissimę sint. Arboris virgæ ꝙ solida, robustaque sint materie, experuntur à rusticis pro stimulis boum parandis.

SORBVS Torminalis, Italis, *Sorbo Torminale, & Sorbo Saluatico.*] Germanis, *Vuilder Speruuerbaum.*] Boemis, *Vuoßkeruſſe.*

SORBVS TORMINALIS.

FORMA.

Folio exit vitigineo, Platani modo, læui, haud infirmo, baccis racematim cohærentibus, aſperiuſculis, & oblõgis, coronato vmbilico, colore ferrugineo: Sapore per maturitatẽ acido, & auſtero. *Plin.* *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in ſyluis, cum cæteris ſylueſtribus. *Matt.*

QVALITATES.

Baccę adſtringunt, non tamen adeo valenter, vt domeſticæ. *Matt.*

VIRES.

Poſſunt eadẽ omnia quæ domeſtica: ſed ineffaciora habẽtur: Adſtringunt enim aluum, & dyſentericorum tormi nibus vtilia ſunt, vnde illi nomen. *Matt.* *Plin.*

CENSVRA.

Decipiuntur profectò, qui hanc Torminalis Sorbi plantam Crateogonum eſſe cenſent, ſeipſosque accuſant, negligenter legiſſe Plinium. *Matt.*

NOMINA.

PRVNVS, Græcè, Κοκκυμήλος, Pruna verò Κοκκυμηλέα.] Arabibus *Anas, Auas, siue Agias.*] Italis, *Pruno susino, Fructus Sucine, & Susine Amexeas.*] Germanis, *Pflaumen, & Kricchen.*] Hispanis, *Prunas, Andrinas, si*

Gallis, *Arbor Prunier, fructus Prunes.*

GENERA.

Matt. Prunorum genera, varia, & multiplicia sunt facie, magnitudine, colore, & sapore differentia.

PRVNVS.

FORMA.

Idem. Arbor est pcera, radicibus haud altè descẽdentibus, paucisq;, caudice subrecto, cortice scabro, multis ramis brachiato, foliis latis, oblongisq; per ambitum serratis: floribus candidis, foliatis, racematim prodeũtibus. Fructu carnoso, tenui vestitus cuticula, officulo intus oblongo, in quo nucleolus.

LOCVS.

Idem. In vineis, hortis, & viridariis habetur.

QVALITATES.

DIOSC. *Gal.* Folia refrigerant, exiccãt, adstringunt, prohibẽt. Fructus verò aluum subducunt, idq; recentes magisq; sicci.

VIRES.

DIOSC. Folia Pruni ĩ vino decocta, collutione, & gargarizatu, Columellam, gingiuas, tonsillas q; fluxione laborantes reprimũt. Arboris gummi agglutinat, & ex vino potum, calculos rumpit. Idẽ ex aceto illitum infantium lichenas sanat. Recentia pruna deuorata stomacho inutilia sunt.

PRVNVS Syluestris, Græcis, Κοκκύμηλος ἀγρια.] Fructus, Italis, *Prugnole, Saluatiche.*] Germanis, *Schlehedorn arbor, Fructus, Schleen.*] Boemis, *Trnki*.

PRVNVS SYLVESTRIS.

FORMA.

Humilis est arbuscula, fruticosa, & vbiq; aculeata, folio satiuæ Pruni lõgè angustiore, duriore, asperioreq;, floribus albis, ac numerosis. Baccis vuę Acinis æqualibus colore ĩpurpura nigricãte. Viridi intus pulpa, austero, adstringente admodũ gustu. In quibus os includitur ceraforum simile. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in dumetis, sepibus, & Syluis. *Idem.*

QVALITATES.

Tota planta exiccantis, adstringentisq; est facultatis, quemadmodum & bacca. *Idem.*

VIRES.

Baccæ Cæliacis, & dysentericis vtiliter deuorãtur. Eędẽ cũ arbusculæ radicibus, ex aqua vel austero vino decoctæ, sanãt oris, linguæ, gingiuarũ, Columellæ, & faucium vlcera, & fluxiones tũ collutione, tũ gargarizatu, quare nõ parũ recreantur hoc medicamento, qui hydrargyro peruncti oris vlceribus, & fluxione laborãt, & præsertim addito Lycio, alumine, & Rhodomelle. Idẽ decoctũ in desessionibus auxiliatur fœminis vteri profluuio obnoxiis. Aqua è floribus distillata, interficit hausta intestinorum vermes, oculorumq; fluxiones cohibet. *Idem.*

SEBESTENA, Græcis, Μύξαι, μύξα, καὶ μυξάρια.] Arabibus, *Sebesten Motheica, Makeita, & Mokaita.*] Italis, *Sebesteni.*] Gallis, *Sebeste.*

SEBESTENA.

FORMA.

Matt. Arbor est Sebesten⁹ Pruno non admodū dissimilis, foliis comatur pruni rotūdioribus, ac firmioribus. Floribus albicantibus, racematim prodeuntibus, è quibus Baccæ oriuntur, prunis paruis similes, calyculo quodā ut glādes ima parte colligatæ, osse intus triquetro, ī quo nucleus. Ii maturitatē adepti in atrū vire scunt, gustu prædulci, ac lenta, tenaciq; pulpa, ex qua Syri, & Ægyptij viscū ad aucupia parant.

LOCVS.

Idem. Proueniunt in Syria, & Ægypto, vnde ad nos conferuntur.

QVALITATES.

Idem. Emolliunt, sitim sedāt, & aluum citant.

VIRES.

Idem. Baccę à cortice purgatę, linguæ asperitatem mirificè leniunt, & dantur vtiliter ex flaua bile febricitantibus. Pectori opitulantur, quo fit vt tussientibus, & lateris dolore affectis opē ferāt. Ventris tineas pellunt, vrinę ardoribus succurrunt. Baccæ triginta, aut quadraginta ex iure carnium maceratæ, deuoratæq; aluum commodissimè citant, sed pinguiores, crassioresq; eligendę sunt.

ZIZYPHA Græcis ζίζυφα.] Arabibus, *Hunen Zufalzef, siue Hanab.*] Officinis *Iuiubæ.*] Italis, *Giuggiole.*] Germanis, *Roottburſtbeerſe.*] Hiſpanis, *Azufecifa.*] Gallis, *Iuiubes.*] Boemis, *Juiuba.*

ZIZYPHA.

FORMA.

Arbor eſt Zizyphus Pruno humilior, caudice contorto, cortice ſcabro, viti viniferę haud abſimili, materiæ Oxiacanthæ proxima, radicibus firmis, ramis vbiq; ſpinoſis, è qbus quidã proceſſus exeunt iunci modo lẽti, tenuesq́; ſparti modo, ſpithama lõgiores, è quibus vtrinq; per interualla folia exeunt, impari tñ exortu, oblongà, non magna, firma, vt in Clematide prima, & ſenſim per ambitũ ſerrata. Flores edit pallidos, & baccas Oliuarum inſtar primum virides, ſubinde palleſcentes, & per maturitatem rubentes, in quibus os concluditur oliuę ſimili pulpa dulci, & guſtui non ingrata. *Matt.*

LOCVS.

Seruntur in hortis, & viridariis. *Idem.*

QVALITATES.

In humiditate, & caliditate temperata ſunt. *Matt.*

VIRES.

Exiguũm præbent alimentum, difficilè concoquuntur, & ſtomacho inutilia ſunt. ¶Conferunt pectoris, pulmonis, & lateris morbis, à caliditate genitis. Medentur quoque cùm maximè renum, tùm etiam veſicæ affectibus. *Gal. 2. de alim. facul.*

ARBVTVS, siue vnedo Græcis κώμαρος.] Arabibus, *Hatiladib.*] Italis, *Albatro.*] Hispanis, *Madronho, & Madromethro.*] Gallis, *Arbausier.*

Grec: ἀνδράχνη μαίνη.

ARBVTVS.

FORMA.

Matt. Folia præfert laurinis similia, breuiora tñ paulò, crassioraque, colore ex viridi pallescente, & in ambitu serrata, rubra permediũ excurrente costa. Cauex cortice vestitur subrubro, haud crasso, aspero tñ, & squamoso, à quo rami prodeunt rubentiores. floret mensibus, Iulio, & Augusto, Floribus cãdidis, paruis, Lilij conuallij haud longè dissimilibus, racematim dependentibus, è quibus fructus gignuntur rotundi, Sorborum ferè magnitudine, qui primo exortu virent, deinde flauescũt, & per maturitatẽ rubẽt, aspero tactu, nullo intus officulo, fragorũ modo, quorũ ẽt effigiẽ referunt. sapor his insipidus, simul & austerus, & vbi eduntur, linguã, & palatum stimulant, aceroſa quadã substantia. quæ exterius conteguntur, integro anno matureſcunt.

LOCVS.

Matt. Nascitur in collibus, & syluosis vallibus.

QVALITATES.

Gal. 7. simp. me. DIOSC. Arbor acerba vnà cum fructu est, qualitate: at fructus stomacho infensus est, & capiti dolorem infert. Adstringit, roborat, & inspissat.

VIRES.

Matt. Arboris folia expetuntur Coriariis ad spissanda coria: Non desunt, qui foliorum stillatitia aqua vtantur aduersus pestem, eam in principio dantes cum puluere ossis ceruini cordis, magno (vt ipsi dicunt) auxilio. In summa vbi adstringere, & roborare opus est, Arbutus eximiè præstat.

AMYGDALAE Græcis Αμυγδαλαὶ.] Arabibus, *Jauz kauz, sive Lauzi.*] Italis, *Mandorle.*] Germanis, *Mandelkern.*] Hispanis, *Almendras.*] Gallis, *Amandes.*

AMYGDALAE.

GENERA.

Aliæ dulces, aliæ amaræ, aliæ maiores, aliæ minores. *Matt.*

FORMA.

Arbor est vtraque spectatæ proceritatis, caudice crasso, cortice aspero, radicem habet vt plurimum vnicam robustam, grandem, altè descendentem. Folia Persico per omnia similia, ac etiam flores, nisi dilutiori essent colore. Nuces edit cordis figura, quæ antea quam obdurescant, integræ cum putamine comeduntur: duplici conteguntur putamine, quemad modum iuglandes. *Matt.*

LOCVS.

Tractu gaudent calidiore, quo fit, vt in Apulia, & Sicilia copiosissimè proueniant. *Idem.*

QVALITATES.

Dulces nihil prorsus adstrictoriæ facultatis habent, sola enim extenuandi, atque abstergendi facultate pollent, & moderatè calidæ sunt. Amaræ omninò extenuandi, & calefaciendi, & abstergendi facultatem possident. Gũmi excalfacit, & adstringit. *Gal. li. 6. simp. me. & 2. de alim. fac.*

VIRES.

Amaræ illitæ vitia cutis in facie corrigunt. Eædem fronti admotæ, aut temporibus cum aceto, aut rosaceo, capitis dolorẽ mulcent. Illinuntur ad vlcera putrescentia, serpentiaque, & cũ melle ad canum etiam morsus. Deuoratæ ventriculi dolores sanãt, aluum emolliunt, somnum faciunt, & vrinam cient: dantur ad renum morbos, & ad pulmonũ affectus, cum resina terebinthina. ¶ Præstant ad coli inflationes, & præcipuè oleum ex iis expressum. Quinis septenisve præsumptis, ebrietatem non sentiunt potatores. A vuipibus deuoratæ eas interficiunt, quin etiã & gallinas. Gummi datur vtiliter sanguinem reiicientibus. Impetigines ex aceto illitum tollit, tussi vetustæ cum diluto vino potum medetur, calculosis verò cum passo. ¶ Dulces impinguant, lateris dolores, ac tussim sedant, & præsertim earum cremor. Oleum ab iis expressum mulcet intrinsecos dolores omnes intestinorum præsertim, vteri, ac renum, si calidum sex vnciarum pondere bibatur, est enim certum auxilium. DIOSC. *Matt.*

PISTACIA, siue Pistacea Græcis πιστάκια.] Arabibus, *Pustech, siue Festuch.*] Officinis, & Barbaris *Fistici*.] Italis, *Pistacchi*.] Germanis, *Vuelsch Bimpernußlein.*] Hispanis, *Allocigo.*] Gallis, *Pistaches.*

PISTACEA.

FORMA.

Matt. Tota arbor Terebintho similis est, foliis colore ex viridi in luteum inclinante: nuces racematim prodeunt in ramorum extremitatibus, rubra exterius tunica, & odorata, nuce intus alba, vnguentariæ glandi facie simili. Internus nucleus cuticula contegitur rufa, atqui medulla viresçit, sapore pineę nuci proximo, sed odoratiore ac gratiore.

LOCVS.

Idem. In Persia, Arabia, & Syria vnde in Italiam quoque aduecta sunt, copiosa proueniunt.

QVALITATES.

Gal. & Auicen. Excalfaciunt, & humectãt, impinguant, roborant, aperiunt, non tamen valde nutriunt.

VIRES.

Matt. Stomacho amica sunt deuorata, aut ex vino pota. Prosunt contra serpentium morsus. Venerem excitant, tabidos, & suppuratos iuuant.

Idem. ¶ Iocinoris obstructiones aperiunt.

STAPHILODENDRON. Italis, *Piſtaci Saluatici*] Gallis, *Piſtaches ſauuages*.] Germanis, *Vuildpimpernußlin*.

STAPHILO DENDRON, SIVE PISTACIA AGRESTIA.

FORMA.

Humilis Staphilodendrō eſt planta, folio Sambuci, materie admodum imbecilli. Floribus albicantibus, racematim dependentibus, quemadmodum & fructus, qui quibuſdam in folliculis prouenit, colore ſubrufo, Ciceris ferè effigie, ſed maior, in quo ſubuirens nucleus concluditur, ſapore dulci, ſed nauſeam commouens. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in Syluis, & frutetis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Neminem habeo, qui de horū viribus, & facultatibus ſcripſerit: verùm cum nauſeam moueāt, ſi copiosè edantur, vomitiones eadem mouere poſſe non dubitamus. *Idem.*

NVX Iuglans, Græcis καρύα Βασίλικα.] Arabibus, *Iebuz leuz, siue Giauezi.*] Italis, *Noci.*] Germ. *Nuß, & Vuelschnuß.*] Hisp. *Nocses.* Gallis, *Noix.*

NVX IVGLANS.

FORMA.

Matt. Caudice assurgit ꝓcero, ac crasso, ramis multis, ingentibus, & lõgè, lateq; diffusis, libro vestitur cinereo, crasso, acrimoso. Radicibus nititur præ longis robustisque, frondibus pluribus vtrinque ab vno pediculo exeuntibus, vt in fraxino oblongis, & grauiter olentibus. Bino germinatu panniculas quasdã edit, quæ breui flauescentes decidũt, quas nuces sequũtur, duplici obductæ monumẽto, nẽpe calloso primũ calyce, mox ligneo putamine, crispo intus nucleo, quadripartitoque, callosa intercedente mẽbrana. Leguntꝰ nuces inchoãte Autumno, perticis excussę, & siccantur in umbra.

LOCVS.

Idem. Proueniunt vbiq; in campis, & collibus.

QVALITATES.

Gal. lib. 7. s.m. Itẽ 2. de alim. fac. Folia, & germina adstrictionẽ quandã possident, cęterùm euidentẽ, multãq; in nucis putamine recenti pariter, ac sicco. Recẽtes nuces neq; adstringentis qualitatis, neque oleosæ conspicuè sunt participes. Nuclei inueterati verò oleosi sunt, & tenues.

VIRES.

DIOSC. Deuoratę ęgrè concoquuntur, ideoq; stomacho inutiles sunt, biliosæ, & capitis dolores inferẽtes, & tussiẽtibus inimicę. Cum ruta verò, & caricis præsumptæ à ieiunis, venenis resistunt, nec minus si à veneni hausțu comedantur largius deuoratæ tineas latas pellunt. Illinũtur vtiliter mãmarũ inflãmationibus, cũ mellis exiguo, & ruta, cũ calyce suo perustę, tũ *Matt.* deuoratæ tũ vmbilico admotæ, tormina sedant. ¶ Nuclei usti alopeciis impositi prę senti sunt remedio, recentes stomacho innocẽtiores sunt, & illitæ liuores auferũt. Pãniculę siccę, & in puluerẽ ꝓtritę ex uino albo potę vteri ꝑfocationibꝰ auxiliantꝰ.

Nvx Indica. Italis, *Noce d'India.*] Mauritanis, *Neregin, Dabig, seu Giauz falend.*] Italis, *Noce de India.*] Germanis, *Indianisch nusz.*] Hispanis, *Noiez de las India.*

NVX INDICA.



FORMA.

Arbor Palmæ faciem explicat. *Matt.* Fructus tamen edit prægrandes, magnorũ Melopeponũ instar. Nanque magna inuolucrorum mole obteguntur; colore subrufescente, tenax, callosusque, ex villosa tamẽ materie constans; quæ manibus extrita, in capillamenta fatiscit. Hoc sub inuolucro nux occultatur. putamine plerunq; triquetro, villoso atque barbato. Cornu instar præduro, anteriori parte humanam fere faciem referẽte, nucleo intus oui anserini magnitudine, inani, substantia pingui, duriuscula tamẽ, alba, callosaque, sapore butyroso tenui subasperaq; cuticula obtecto.

LOCVS.

Prouenit hęc arbor copiosa in India Orientali. vnde ad nos affertur. *Idem*

QVALITATES.

Nuces excalfaciunt, & humectãt ordine primo: emolliũt, læuigant, & dolores sedant. *Idem*

VIRES.

Additur nucleus à tenui cuticula repurgatus, in medicamentis, quibus extenuata corpora refocillantur. Idem genituram auget, & veneré allicit. Oleum, quod ex ijs exprimitur, vtiliter inungitur ad hęmorrhoidarum dolores, quin etiam lumborum, genuumq; cruciatus mulcet. Pręstat idem, ad neruorum dolores; & ad pectoris asperitates, non modo illitum, sed etiam delinctum. Raucedini opitulatur; macie affectos impinguat, & induratos articulos emollit: Quòd autem lætiore sagina corpora reficiat: Idcirco maximè expetitur à strigosis mulieribus. *Idem*

NVX Myriſtica, Græcis Μοσχοκάρυον, μοσχοκαρίδιον κάρυον μυρισικὸν. ἢ καρυον ἀρωματικὸν.] Arabibus, *Jeuzbaue Iusbague, ſiue Giauziban.*] Italis, *Noci Moſcade.*] Germanis, *Muſchcatnueß.*] Hiſpanis, *Nuez de eſpecie.*] Gallis, *Nois Muſcades.*

FORMA.

Matt. Arbor, quæ Myriſticas profert nuces, noſtratibus Perſicis haud abſimilis eſt, anguſtioribus tñ foliis, ac breuioribus. Fructu noſtratibus nucibus in arbore exiſtentibus perſimiles ſunt. primò. n. craſſo ac viridi cortice conteguntur: cui deinde ſubeſt nux ipſa duro ſatis putamine occluſa, noſtrate tamen renuiore, quam macis (quem vocãt) reticuli inſtar ambit: putamine autem fracto, nux myriſtica inuenitur, quam vulgus medicorum Muſcatam vocant. Id quod palam faciunt nuces integræ, quæ ex India melle aſſeruatæ ad nos cõuehuntur. Cæterùm arbores abſq; oĩ cultu fructus edũt ſuppeditante tñ natura.

MYRISTICAE NVCES.

LOCVS.

Matt. Afferũtur ex India, ex inſula præſertim nomine Badã.

QVALITATES.

Auicen. Serapio. Excalfaciunt, & ſiccant ordine ſecundo completo, quin etiam adſtringunt.

VIRES.

Matt. Commãſæ oris ſuauitatẽ cõmendant, & fœtentis animę uirus abolent. Lentigines in facie emendant. Viſum acuunt, ventriculũ corroborãt. Lienẽ abſumunt, urinã cient, fluentẽ aluum ſiſtunt, flatus diſcutiunt, & frigidis quibuſcũq; vteri affectibus mirificè proſunt. E recentibus prius cõtuſis, & in cacabo calefactis, prelo exprimitur liquor, q refrigeratus, cerę inſtar cõcreſcit, fragrãtiſſimũ ſpirans odorẽ, & neruorũ, & articulorũ diuturnis doloribus, à frigore excitatis vtiliſſimus. Idem expetitur Venereis vnctionibus. Mulcet myrificè nux ventriculi dolores, à flatu genitos, & contra venenoſorum animalium ictum ex vino pota maximè præſtat.

Latinis Nux Metella; Recentioribus Stramonia. Arabibus, *Lenzalra-chaba.*] Italis, *Noce Metella.* Germ. Toll nüß, Erdtöpffel.

NVX METELLA.

FORMA.

Solanis eius planta adeò si milis est, vt aliud nihil quàm ipsum represen-tet: verũ eius folia opiũ redolent. Flores gerit albos, conuoluuli maioris, siue lævis smilacis æmulos. Fructus Mespilorum magnitudine, circumquaq; aculeatus vmbilicatusque, viridi colore, in quo semen, Mandragoræ simile. *Serap. Auicen. Matt.*

LOCVS.

Seritur nũc passim in hortis, vt alia peregrina. *Matt.*

QVALITATES.

Frigida est excessu quarto, obstruit, mulcet, vomitiones ciet. *Serap.*

VIRES.

Pota quatuor granorum pondere cum vino fortem facit ebrietatem, duorum verò drachmarum pondere hausta, statim interimit, nisi succurratur epoto butyro calido, vomitu, & aquæ calidæ balneis cùm brachiis, tum cruribus adhibitis. *Serap. Auicen.*

NVCES Auellanæ, ſeu Ponticæ, ſeu Pręneſtinę, Græcis, Κάρυα ποντικὰ ϗ λεπτοκάρια.] Italis, *Nocciuole, auellane, & nocelle.*] Germanis, *Haſelnueß.*] Hiſpanis, *Auellanas.*] Gallis, *Noiſilles, Noilettes, Auellaines.*

NVCES AVELLANAE.

GENERA.

Matt. Domeſtica, & Sylueſtria. Cæterum ex domeſticis, aliæ oblongæ, aliæ rotundæ ſunt, veruntamen oblongas prçſtantiores, & guſtui gratiores eſſe conſtat, & illas præſertim, quæ rufo ſunt putamine, & fructu minimè contumaces.

FORMA.

Idem Arbor eſt, quæ rarò procera ſpectatur, ſed quæ ab ipſis ſtatim radicibus fruticoſa ſit. Arboreſcit tamẽ ramis in ſummitate frondoſis, foliis alni latioribus, criſpioribus, tenuioribuſq;, & ambitu ſerratis. Cortice veſtitur tenui, & enodi materie: floret hęc arbor nunquã, ſed iulos emittit autumno longi piperis figura, quo tempore folia decidunt. Nuces eduntur æſtate, quorum putamen viridi calloſaque veſtitur membrana, molli, & quæ in barbæ modum fimbriata protrahitur. Quanquã id non in omnibus fiat. Nuci nucleus, quandoq; albus, quandoq; purpurea veſtitus membrana, dulcis, ferè Amygdalarum modo, ſed duriore pulpa.

LOCVS.

Idem Domeſticæ habentur in hortis, vineis, & viridariis. Sylueſtres verò vbiq; proueniunt in ſyluis, & ſecus itinera.

QVALITATES.

Gal. 2. alim. fac. & 7. ſimp. me. Plus habent eſſentiæ terreſtris, ac frigidæ quàm iuglãdes, quin & plus alunt, ſi quidem denſiores ſunt, & minus pingues.

VIRES.

Gal. DIOSC. Stomacho infeſtæ ſunt, medentur tuſſi veteri, ſi tritæ in aqua mulſa ſumantur. Toſtæ & cum exiguo piperis potæ, deſtillationes concoquunt. Crematarum cinis cum axungia, aut vrſi adipe illitus alopeciis capillum reddit. Diuoratæ minus Amygdalis alunt, cibis in ventriculo ſupernatant, & caput tentant, ſed virides innocentiores ſunt.

AVELLANAE Indicæ, Italis, *Nociuole d'India*. Germ. Indianisch Haselnuss.

AVELLANAE INDICAE.



GENERA.

Tria nobis allata sunt genera.

FORMA.

Prima, quod Serapioni Faufel appellatur, Myristicæ nuci simillima spectatur, nisi quod pars altera plana, altera eminentior est. Sed nullo penitus odore referta, & sapore adstringenti. Nascitur hæc nux lanuginoso, seu potius capillaceo inuolucro inclusa, Indicæ nucis modo barbato. ¶ Arbor quæ eam profert nuci Indicæ similis habetur, proceritate tamen minor. ¶ Secundum & tertium genus, ex eorum imaginibus hic expressis, facile quispiam intelligere poterit. *Matt.* *Serap.*

LOCVS.

Afferuntur ex India vna cum Myristicis Nucibus. *Matt.*

QVALITATES.

Refrigerat, quæ Faufel appellatur, corroborat, & valenter adstringit. *Serap.*

VIRES.

Confert calidis morbis quibuseunque tam hausta, quàm exterius illita: decoquitur in vino ad dentiũ dolores, & fluxiones. Si enim eo calido foueantur, non modò eorum dolores mulcet, sed vacillantes firmat: illinitur quoque ad palpebrarum scabiem, & additur in collyriis, quæ parantur ad oculorum inflammationes. Est quoq; ad dysenteriam mirificum auxilium, ex rubro vino austero drachmæ pondere quotidie pota, aut cotoneorum malorum succo. De cæteris autem generibus quid dicam non habeo. *Matt.*

MORVS, Arbor Græcis, *μορέα, ἡ συκόμορος.*] Arabibus, *Tut, ſiue Thut.*] Italis, *Moro.*] Germanis, *Maulberbaum.*] Hiſpanis, *Moras, del Moral.*] Gallis, *Maurier.*

MORVS.

GENERA.

Matt. Duum eſt generum, album videlicet, & nigrum, a fructu appellationem ſortitum.

FORMA.

Idem. Nigra Morus caudice plurimùm eſt contorto, gibberoq́;, ac nodoſo. Ramos edit craſſos, in latum ſpatiantes, libro veſtitur craſſo, lento, ac flexili, cui materies ſubeſt robuſta, & medullitus flaua. Radicibus nititur numeroſis, magnis, ac robuſtis, non tamen altè deſcendentibus. Nigræ folia latiora, craſſioraq́; ſunt, & ambobus in acutum deſinentia, & circunquaq; ſerrata. Nigra fructum fert Rubi, grandiorem tamen, oblongioremque. Sanguineo ſucco per maturitatem madẽtem. In alba autem, baccæ minores habẽtur, quæ vbi vltimam ſenſere maturitatis coctionem, melleam prorſus dulcedinẽ recipiunt.

LOCVS.

Idem. Alba vbiq; ſcatet Italia, ac etiam Hiſpania ad alendos ſericeos Bombyces, tantum ſata, Nigra verò etiam vbiq; habetur, aut in hortis aut in Viridariis.

QVALITATES.

Gal. li. 8. ſim. m. & 2. de ali. facul. Immatura Mora vbi aruerint, admodum ventrem reſtringunt. Maturorum ſuccus adſtringit mediocriter: immatura verò, & tota arbor admiſtam qualitatem habent, ex reſtringente, & purgante compoſitam, in radicis autem cortice purgatoria cum quadam amaritudine exuperat qualitas.

VIRES.

DIOSC. Mori ſuccus decoctus in æreo vaſe atque inſolatus adſtringentior redditur. Idem facit ad fluxiones, & tonſillarum, vuæq; inflãmationes, addito mellis exiguo. immatura, ſicaaq́; cœliacos iuuant, & dyſentericos. Radicis cortex decoctus in aqua, & potus aluum reſoluit, latas ventris tineas excutit, & his quoq́; auxiliatur, qui aconitum biberant. Succus foliorum potus valet contra Phalangiorum ictus. feruefacti corticis, & foliorum iure dentes aptiſſime in dolore colluuntur. Succus ex inciſa radice emanans, vbi cõcreuerit, in dolore dentium efficax eſt. tubercula diſcutit, & aluum purgat.

SYCOMORVS, Græcis, Συκομόρος.] Arabibus, *Mumeiz, & Iumeiz, Alumeiz, & Giumeizi.*] Italis, *Sicomoro*.

SYCOMORVS.

FORMA.

Arbor est magna Fico simi lis, frondosa, multo lacte abundans, foliis mori. Fructum ter, aut quater anno fert, non ramis, vt ficus, sed caudice ipso caprifico non dissimili, dulciorem grossis, sine granis interioribus, qui nó matureſcit, nisi prius vngue, aut ferro scalpatur. Decerptis fructibus, alij ac alij ex eodē loco subnascuntur, terno ita, & quaterno partu copioſę. DIOSC. *Theoph.*

LOCVS.

Nascitur plurimùm in Caria, Rhodo, Syria, & Ægypto. DIOSC.

QVALITATES.

Succus è vulnerato cortice manans, conglutinat, discutit, emolliti. *Gal.*

VIRES.

Fructus aluo vtilis, sed perexiguum prębet alimentum, & stomacho aduersatur. DIOSC.

PSEVDO ſycomorus. Italis, *Sicomoro falſo.*] Mauritanis, *Azada racket.*
Germ. falſch wild feigen Baum.

PSEVDOSYCOMORVS.

FORMA.

Matt. Arbor eſt procera. Foliis vulgaris loti longioribus, & in acutum deſinentibus. Baccas edit virides. è quorum oſſibus Monachi verticillos parant, quibus funiculo traiectis, ſuas numerant preces.

LOCVS.

Matt. Nuſquam in Italia (quòd ſciuerim nouerimque) hæc planta ſponte naſcitur. Habetur tamen aliunde allata, in Cœnobiorum clauſtris, templorum areis, & aliis in locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Auicen. Deleterię facultatis particeps eſt, ſed quid pręter id præſtare valeat ignoratur.

CENSVRA.

Ridiculum eſt credere vnà cum vulgo, hanc plantam eſſe ſycomorum.

FICVS, Græcis, σῦκα.] Arabibus, *Sin Fin, seu Tin.*] Italis, *Fichi.*] Germanis, *Feigen.*] Hispanis, *Igos.*] Gallis, *Figues.*

FICVS.

GENERA.

Varia ficuum genera sunt, cùm facie tùm colore diuersa. *Matt.*

FORMA.

Arbor caudice plurimùm est breui, contortoq;, subalbicante libro, lacteoque succo madente, gustu adstringenti, ac amaro, adeò vt exulcerare possit, materies illi alba, & fungosa, tenaxq;. Radicibus nititur multis, sed summa tellure vagantibus. folia illi sunt aspera, ampla, firma, vitiginea, rotundis ac robustis pediculis nitentia. Fructus edit nullis apparentibus floribus, à foliorum exortu, extremis tãtum ramis, turbinatos, & varios, siquidem alij pyri faciem repræsentant, alij sessiles sunt inter hos medij. Differunt etiam colore, quippe quòd aliæ albæ, aliæ nigræ, aliæ purpureæ, aliæ virides, aliæ subruffæ, aliæ pallidæ, & alię variegato colore spectẽtur. molli præterea sunt pulpa, granis minutis referta, & esui gratissima. *Idem*

LOCVS.

Habentur in hortis, vineis & viridariis, in Italia, & Hispania copiosæ. *Idem*

QVALITATES.

Commeabiles sunt, & facilè in totũ corpus penetrant, nam abstergendi vi pollent haud obscura, flatuosæ tamen sunt aliquatenus. Aridæ verò vim habent excalfaciendi ordine primo cõpleto, aut secundo incipiente. Habent, & partium tenuitatem quandã. Pinguiores magis cõcoquuntur, gustu verò acriores, magis extergunt, ac discutiũt. *Gal. 2. de ali. facul.*

Arbor tenuium est partium. Lac & foliorum succus valenter calidus est, coagulat, exulcerat, apit, soluit. DIOSC.

VIRES.

Maturi Fici aluum soluunt, sed facilè DIOSC. sistitur fluxio, cæterisq; autumnalibus fructibus sunt innocentiores, sitim sedant, caloremq; restinguunt. Sicci vires aluũt. Gutturi, renibus, vesicæ, Suspirioſis, Hydropicis, & comitialibus aptissimi sunt. Toracem purgant. Earundem decoctũ cum Hyssopo tussi veteri, diuturnisq; pulmonũ vitiis conuenit. cum Cnici pulpa tusa, & deuorata aluum emollit. Idem arteriæ, & tõsillarum inflammationibus vtiliter gargarizatur. Coctę, illitæq; duritias discutiunt. Crematæ, & cerato addito perniones sanant. Lacteus fici succus, lac in ventriculo coneretum dissoluit, exulceratq;. Potus menstrua ciet, & infusus vermiculosas aures sanat. Percussis à Scorpione, venenatorum ictibus, & rabiosi canis morsibus auxiliatur. Canis dentium inditus dolorem tollit. Verrucas aufert circumlitus. Lac dum coquitur, si ficulneo assiduè moueatur, aluum soluit.

FICVS indica, Italicè, *Fico d'India*. Germ. Indianisch Feygen

INDICA FICVS.

FORMA.

Matt. Arboris faciem repræsentat, quanquã sine caudice, sine ramis, germinibusq; cõstet, vt ex appicta hic imagine quispiã cernere potest. Si quidẽ hæc abscisso vno tantũ folio, humiq; ad mediũ vsque sepulto, prognatis ex se radicibus, paulò post folia supernè ex ipso prodeunt, adeò vt hac seriè foliis è foliis prodeuntibus in arbotis speciẽ assurgat. Folia ei crassissima sunt, ita vt quandoque pollicis crassitudinẽ ęquent, è quibus tenues, longę, acutæq; prominent spinæ, etsi sine spinis etiã habeantur. Pasit hæc in foliorũ summiratibus, fructus pulpa, & sapore ficubus nostratibus similes, sed crassiores, & qui superiore parte in coronæ speciem desinant. Colore ex viridi purpurascente.

LOCVS.

Idem Peregrina in Europa est arbor, & in Italia à multis, in hortis colitur.

QVALITATES, ET VIRES.

De viribus, & qualitatibus, quid veri, certiq; afferam, sanè non habeo: referunt tamen, qui Orientales Indias sunt peruagati, eorũ esu cruẽtã reddi vrinã, nõ sine sumentium terrore, qui horum vires ignorãt.

PERSEA, Græcis περσέα. Italis, *Perſea*.

PERSEA.

FORMA.

Perſea arbor eſt aſpectu magna, formoſaq́; folio, flore, ramo, totaq́; figura potiſſimùm pyro vicina, niſi quòd folio perpetua eſt. fructum abūdè parit, omniq́; tempore perficit: quippe nouus anniculum ſemper occupat. Maturitas anniuerſariorū afflatu conficitur, reliquum crudiorem auferunt, atque reſcindunt. Idem eſt magnitudine pyri, figura oblongus Amygdalę modo, colore herbidus: nucem intus habet ut prunum, minorem tamen, & molliorē. pulpa eius ſuauis, ac prædulcis, cō coctuq́; facilis, & innocua, etiam largius ſumpta. Materie conſtat robuſta duraque, & viſu decora. *Theoph.*

LOCVS.

Naſcitur in Ægypto circa Alexandriam, ac etiam in Perſide, vnde illi nomen: ibi enim cum exitioſa eſſet, in Ægyptū trāſlata, mutata natura in cibos recepta eſt. *Theoph.* *Gal.*

QVALITATES, ET VIRES.

Arida folia in farinā redacta illitu ſanguinū eruptiones quaſcūq; ſiſtit. DIOSC.

CENSVRA.

Proculdubiò aberrāt, q Ægyptiā Perſeā, noſtratē Perſicū eſſe exiſtimāt.

IBERIS, Græcis, Ἰβέρις καρδαμαντλαχὶς, ἢ ἀγριοκάρδαμον.] Arabibus, *Seitaragi, Aſcitaragi Scitharegi, ſiue Hauſab.*] Italis, *Iberide, ſeu Lepidio.*] Germanis, *Vuilde kreſz.*] Hiſpanis, *Naſturtio monteſino.*] Gallis, *Chaſſerage, & Paſſerage ſauuage, ſiue Naſitort ſauuage.*

IBERIS.

FORMA.

DIOSC. *Damocr.* Folia habet Naſturtij, Caulem cubitalem, ramoſum, florem lacteum, ſemen Thlaſpi ſimile, ſapore acri, grauique odore.

LOCVS.

Damocr. Naſcitur ſecus itinera, in ruderibus, templorum areis, & in agrorum incultis extremitatibus.

QVALITATES.

Excalfacit ordine quarto, naſturtij modo, minus tamen eo deſiccat.

VIRES.

Gal. Damocr. DIOSC. Radix contuſa, cum ſalſa axungia, horis quaternis adalligata, Iſchiadicis mirum in modum medetur.

CENSVRA.

Hallucinantur qui Iberidem & Lepidium duas contendunt eſſe plãtas.

Libri primi, Finis.

TRITICVM Græcis, πυρός.] Aphris, *Henta, Henca, siue Hantha.*] Italis, *Grano, siue Formento.*] Germanis, *korn, siue vneissen.*] Hispanis, *Trigo.*] Gallis, *Fourment.*

TRITICVM.

GENERA.

Plura notantur genera, cùm à locis, tum à colore, viribus, maturitate, prouentu, & spicarum numero, forma ac magnitudine denominata. *Matt.*

FORMA.

Triticum omne radicibus numerosis, ac prætenuibus nititur: folio singulari, germinibus omnino multis, sed quæ in ramos brachiari non possint. Tota hyeme herbaceum est: remollito autem cælo, cauliculis de medio assurgit, cuius tertio, aut quarto geniculo spica geritur, non prius euidens, quàm folliculo inclusa. cõsumato eo, flos erumpit quarto, aut quinto post die, ac totidẽ ferè diebus perdurat, & post florem granum crassescit, quod vbi maturuerit, demetitur. *Theoph. l. 8. c. 4. de hist. p.*

LOCVS.

Seritur vbique locorum. Locis autem maritimis, & tractu amçniore, calidioreq; fragilius, ac copiosius prouenit. *Matt.*

QVALITATES.

Excalfacit foris impositum, non tamen refrigerat, nec desiccat manifestè. habet etiam quiddam glutinosum, & obstruẽs. Fermentum autem excalfacit, & trahit. *Gal. l. 8. simp. m.*

VIRES.

Tritici farina illinitur ex hyoscyami succo ad neruorũ fluxiones, & contra interaneorum inflationes. Furfures ex aceto decocti turgentes mammas resoluunt: viperarum morsibus, & torminosis auxiliantur. Tritici pollen, si x hydrel æo decoquatur, omnem discutit inflammationem. Glutinum ex similagine, & polline, quo chartæ glutinantur, sanguinem excreantibus prodest, si frequenter delingatur. Panis è similagine confectus plus alit, quàm cibarius. ¶Commendatur tritici oleum ad vlcerum sinus, ad manuum, pedumq; rimas, atque ad cutim læuigandam: Paratur compressis granis inter calefactas igni ferri laminas. DIOSC. *Matt.*

FRVMENTVM Indicum. Indis *Maitz.*] Italis, *Grano, ſiue formento Indiano.*] Germanis, *Turckiſchenkorn.*] Boemis, *Turecken Zyto.*

FRVMENTVM INDICVM.

GENERA.

Matt. Quatuor eſt generum, quæ tantum granorum colore differunt. Eſt.n. quod nigrum, quod rufum, quod album, quodq; fuluum ſemen proferat.

FORMA.

Matt. Caule exit arundinaceo, quemadmodum & folio, craſſo, rotundo, procero, geniculato, alba intus medulla, in cuius cacumine paniculæ funduntur diuulſæ, ſuperuacuę, nullis intus granis. Fructum edit folliculo membranaceo incluſum è medio calamo ex latere prodeuntem, cuius ſpica piceę arboris conum cum craſſitudine, tum longitudine æquat, circa quã omnino nuda coaceruantur grana penitiſſime ſeſe ſtipantia, læuia, & ſubrotundâ, piſi magnitudine, alba intus ſubſtantia. Radicibus nititur numeroſis, durisque.

LOCVS.

Idem. Seritur in campis, & agris, ſtercorato ſolo.

QVALITATES.

Idem. Noſtrate tritico paulò calidius eſt, ac glutinoſius.

VIRES.

Matt. Farina utiliter miſcetur cataplaſmatis, quę pus mouent. Id quod etiam valentius præſtat fermentum ex eadẽ farina paratum. Ex ea quoque rura alpinis tractibus pultem, quam ſuo idiomate vocant Polenta, conficiunt, & addito butyro, & caſeo auidiſſime vorant. Eſt enim cibus non inſuauis, ſed craſſum præbet alimentum.

FRVMENTVM, Saracenicum. Italis, *Formentone, & Saracino.*] Germanis, *Heydenkorn.*] Boemis, *Pohanka*.

FRVMENTVM SARACENICVM.

FORMA.

Foliis ꝑuenit primo ſtatim exortu ſubrotundis, quę paulò poſt hederaceam formam cõcipiunt: acutiora tamẽ ſunt, & molliora. caulem edit rubentẽ, inanẽ, fragilẽ, bicubitalẽ, & ſæpe maiorẽ, foliosumque: flores candidos, paruos, racemoſos, è quibus ſemẽ oritur triquetrum, pullo colore, ſed alba intus medulla. *Matt.*

LOCVS.

Seritur paſſim in aruis, perinde ac alia frumẽtacea; bisq; in anno ſeri poteſt: nẽpe vere, & poſt meſſem. Itaq; biferum eſt. *Matt.*

QVALITATES.

Calfacit, & humectat, verùm non multum à temperatis diſtat. *Matt.*

VIRES.

Farina ex lacte decocta ꝑ ſtat illita ad bilioſas inflãmationes. Rura, non ſolùm ex ea panes pinſunt, ſed pultẽ quoq; ꝑficiunt, quã polentã vocant, q̃ non ingratus eſt cibus, vbi rectè fiat, & caſeo & butyro aſpergatur. Ptiſſanam quoq; exutis granorũ putaminibus, è granis parant, & ex carnium iure decoquunt ad eſum. *Mat.*

CENSVRA. *Matt.*

Proculdubio falluntur, qui Saracenicum frumentum, ocymum, quod pabuli genus eſt, eſſe ſtatuunt.

HORDEVM, Græcis κριθή.] Arabibus, *Xahaen, ſiue shaix.*] Italis, *Orzo.*] Germanis, *Gerſten.*] Hiſpanis, *Ceuada.*] Gallis, *Orge.*

HORDEVM.

GENERA.

Theoph. lib. 8. c. 4. de hiſt. plant. Varia ſunt hordei genera: aliud enim binis verſibus, aliud ternis, quaternisve, cumque plurimum ſenis: eſt. n. vel eiuſmodi quoddam genus.

FORMA.

Matt. Folio exit tritici latiore, aſperioreque, quin etiam culmo fragiliore, ſed octonis articulis geniculato, ſimplici ſtipula, folioque, & eo quidem ſcabro, ac tritici latiore. Grana ſimplici amiciuntur tunica, quæ tamen ſolidè inhæreat: è cuius cacumine ariſtæ prodeunt firmiores, longiores, mordacioresque, quàm in tritico. Nitit fibrata radice.

LOCVS.

Idem. Seritur in agris, perinde ac triticum.

QVALITATE.

Gal. 7. ſimp. me. Exiccat, & refrigerat ordine primo, pauxillumq; abſtergit, & paulò plus deſiccat, quàm farina fabacea, cui non inſint cortices, cætera verò ſimilia ſunt, foris vrentibus.

VIRES.

DIOSC. Minus quàm triticum alit. Ptiſana verò præſtat contra acrimonias, & gutturis ſcabritias, & exulcerationes. Eadē cum fœniculi ſemine cocta lactis vbertatem facit: & tumores concoquit. Farina cum ficu, ex mulſa decocta collectiones, & duritias diſcutit: cum meliloto autem, & papaueris calyce, lateris dolores finit. Hordeaceus panis ventriculum grauat, & frigidos, lentosq; ſuccos gignit. ¶ Ptiſana febrientibus, & pleureticis commodiſſimè datur: quin etiam tabidis, & hectica, aut maraſmo laborantibus, & præſertim addito ſeminis melopeponis, cucurbitæ, cucumeris & papaueris cremore. Hordeum, quod non diu fuerit elixum, inflat, & ventriculo nocet.

Matt.

ZEA, Græcis Ζειὰ.] Arabibus, *Hais.*] Italis, *Spelta, Biada, & Tirra.*] Germanis, *Spelzt, Speters korn, kinkorn, siue Druckelkorn.*] Hiſpanis, *Spelta.*] Gallis, *Eſpeautre.*

ZEA.

GENERA.

Duum eſt generũ, vna ſimplex, altera in geminis putaminibus grana bina iuncta gerit. & ob id dicoccos appellata. DIOSC.

FORMA.

Folio prouenit tritico haud abſimile, tenuiore tñ culmo firmioreque. verũ ſpica à tritico differt, φ plana ſit, granis tantum vtrinque è lateribus ſimplicibus verſibus, prodeũtibus: ariſtis longis, ac tenuibus. Dicoccos grandiore firmioreq; culmo, & ſpica maiore prouenit. *Matt.*

LOCVS.

Seritur vbiq; locorum in agris, cæterorum frumentaceorum modo. *Idem*

QVALITATES.

Vniuerſa ſua facultate quodam modo in medio eſt tritici, & hordei, itaq; ex illis cognoſcatur. *Gal. l. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Valentius alit quàm hordeum. Digeritur in panificia, ſed minus quã triticum nutrit. ¶ Leues efficit panes, concoctu faciles, haud ingrati guſtus. ¶ Ex Dicocco paratur Halica, quæ plus alit, quàm Oryza: aluumq; magis cohibet: ſtomacho longè vtilior. Decocta in aceto, ac illita lepras tollit, unguium ſcabrities extricat: inſipientibus ęgilopiis medetur. Infunditur vtiliter decoctum dyſentericis, quos excruciat dolor. DIOSC. *Matt.* DIOSC.

CENSVRA.

Non recte ſentiunt qui Halicã, & Far adoreum vnam, & eandẽ eſſe rem exiſtimant.

NOMINA.

SECALE, siue Farrago. Italis, *Segala.*] Germanis, *Korn.*] Hispanis, *Centeno blanquo.*] Gallis, *Seigle blanche.*] Boemis, *Zito.*

SECALE.

FORMA.

Matt. Folio prouenit tritici angustiore; stipula tenuiore, sed firmiore, ac proceriore, spica pendente, aristis infirmioribus, sed fœcūdis granis. diu floret; adeo, vt quadragesimo tm̄ die à flore matureſcat.

LOCVS.

Seritur alpinis tractib⁹.

QVALITATES.

Matt. Refrigerat & humectat ordine primo: emollit, absterſione non vacans, & pus mouet.

VIRES.

Plin. li. 18. c. 16 Sordidos efficit panes, agrestibus hominib⁹ idoneos, amarulētos, ac lentos, atque facilè permeabiles: minus alit quàm triticum, &

Matt. hordeum. ¶ Decocta integra ab equis deuorata, tineas eorum pellit. Farina additur in cataplaſmatis, quæ puri mouendo parantur. Idonea eadem eſt ad glutinum librariū parandum. eſt. n. cæteris tenacius: culmorum cinis aqua ſubactus, & illitus, pedum, manuumque rimas ſanat.

CENSVRA.

Cæcutiunt qui Secalem olyram eſſe putant, & pariter hallucinantur, qui Secalem cum Siligine confundunt.

AVENA, Græcis, Βρῶμος.] Arabibus, *Cartamum, siue Churtal.*] Italis, *Auena, siue Gena.*] Germanis, *Habern.*] Hispanis, *Auena, siue Auen.*] Gallis, *Auoine*.

AVENA.

FORMA.

Folio, & stipula nõ admodum a tritico distat: Spica illi deuulsa, folliculis veluti paruis locustis bipedibus dependentibus, in quibus granum includitur oblongum atq; subalbicans. DIOSC.

LOCVS.

Seritur in cãpis. gaudetq; frigido tractui. *Matt.*

QVALITATES.

Similem hordeo vim habet. Illita enim deficcat, & digerit mediocriter, & sine morsu. temperiẽ autem habet paulò frigidiorem. & non nihil quoque adstringit. *Gal. li. 6. simp. me.*

VIRES.

Auena in cibis aluum sistit, & eius pulte tussiẽtes iuuãtur. ¶Eadem cũ putamine calefacta, & in sacculis adhibita flatuosos dolores tollit. vtilis quoq; ad alẽdos equos, ac etiam homines. Nam putamine exuta, vescitur a Germanis, ex iure carnium decocta. Sic enim parata cibus fit haud ingratus, & præsertim vbi estur antequam dissiliat. DIOSC. *Matt.*

ORYZA, Græcis, ὄρυξα.] Arabibus, *Arz, seu Arzi.*] Italis, *Riso.*] Germanis, *Reisz.*] Hispanis, *Arroz.*] Gallis, *Ris*.

ORYZA.

FORMA.

Matt. Folio, puenit arundinaceo, carnoso, porraceo haud absimili: culmo cubito maiori, geniculato, triticeo crassiore, ac robustiore, in cuius cacumine spica geritur in ramulos diuisa, in qua semen vtrinque impari exortu conspicit: putamine sub flauo, aspero, striatoq; quo exuto candidum remanet granum.

LOCVS.

Idem. Gaudet locis vliginosis, ac palustribus. verùm copiosissima prouenit in Asia, Syria, & Ægypto. Seritur & in Italia.

QVALITATES.

Gal. li. 8. simp. me. Habet adstrictorium quippiam, ac etiam siccandi, resoluendiq; potestatē.

VIRES.

DIOSC. Oriza in cibis mediocriter alit, sed aluum cohibet.

Matt. ¶ Ex lacte decocta, aut amygdalarum dulcium cremore, aut ex pinguium carnium iure; cibus fit haud ingratus. Quin etiã concoctu facilior, & ori gratior. Datur in cibis vtiliter dysentericis, cœliacis, & diarrhæa laborãtibus; præsertim vbi prius torrefacta, in lacte, in quo igniti calculi extincti fuerint, decoquatur. farina bellè quidem admiscetur cataplasmatis repellentibus. Eadem mammarum incipientes inflammationes arcet; cum rosis & anthemide decocta & illita.

ILIVM, Græcis, Κέγχρος.] Arabibus, *Ieuers, Geguers, ſiue Giauers.*] Italis, *Miglio, ſiue Meglio.*] Germanis, *Hirſz.*] Hiſpanis, *Mijllo, & Miyo.*] Gallis, *Mil, ſiue Millet.*

MILIVM.

FORMA.

Miliũ folia, pfert arũdinacea, panico haud lõgè diſſimilia, calamũ bi cubitalẽ, craſſum, geniculatũ, lanuginoſumq;. radicẽ multiplicẽ, ac durã, paniculis diuulſis, è cacumine depẽdentib⁹, in qbus numeroſa habent grana, parua, ſubrotunda, ſolida, læuia, ſubflaua, ac tenui putamine obducta. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in agris, pingui, & ſtercorato ſolo. *Matt.*

QVALITATES.

Refrigerat ordine primo, & ſiccat tertio exoluto, aut certe ſecundo intenſo: paululum etiã habet tenuitatis. comeſtũ minimũ confert nutrimenti, & ventrem deſiccat. *Gal. 7. ſimp.me.*

VIRES.

Miliũ & eius panis minus cæteris frugib⁹ alit. Eius pulte ſiſtitur aluus ſi deuoretur, & promouetur vrina. fit ex eo fomentũ optimum ad ſiccandum citra morſum, vbi prius calefactum cum facculis adhibeatur. ¶ Fitque magis efficax auxilium admiſtis ſale, & anthemidis floribus: Siquidem rectè ad tormina adhibetur, quę a flatu excitantur, & ad lateris dolores. Quæ in milij aceruo conduntur, diutius a carie, & putredine tuentur. imo & ipſę carnes recentes in milio ęſtate reconditæ, à putredine vindicantur. DIOSC. *Matt.*

MILIVM Indicum. Hetruſcis, *Sagina.*] Longobardis, *Melega.*] Venetis, *Sorgo.* Grr. Indianiſch Hirſch. Od. welſchen Hünner Hirſch

MILIVM INDICVM.

FORMA.

Matt. Frugis eſt genus tã forma, quàm proceritate arundinem referens. eius tamen calamus inanis nõ eſt, ſed alba farctum medulla, ſambuci modo: Paniculas in cacumine gerit magnas, craſſasq;, numeroſo ſemine refertas, colore plurimùm rubro: etſi nigro quoque, & ſubalbicante.

LOCVS.

Idem. Seritur in campis aratro cultis, ac ſtercoratis.

QVALITATES.

Idem. Refrigerat, ſiccat, cohibet, & reſoluit.

VIRES.

Matt. Facultas ei haud milio diſſimilis. Rura ex eius farina panes conficiunt, ſed concoctu cõtumaces, & qui parùm alant. Aluũ adſtringit. Seritur in Hetruria ſolum ad alendas columbas, & gallinas. calamorum medullæ cinis cum pipere, & ſpongiæ vſtę puluere, vitello oui aſſati excepta, propinatur vtiliter à cœna ſeptem diebus decreſcente Luna, ad gutturis ſtrumas. Florum pului ſculus a paniculis excuſſus, ex vino rubro drachmę pondere potus, rubra fœminarum profluuia ſiſtit, ſi è rubris paniculis deligatur. nãque quod ex albis excutitur, alba profluuia cohibet. Datur pari inuamento etiam dyſentericis.

PANICVM, Græcis, ἔλυμος.] Arabibus, *Dochon.*] Italis, *Panico*] Germanis, *Pfemich, siue Heydelsemch, siue Pray.*] Hispanis, *Panico, siue Panisso.*] Gallis, *Paniz.*

PANICVM.



FORMA.

Folio, radice, culmoq; milio est per omnia simile: Panicvlis autem differt: Nam in panico panicula prouenit pedali longitudine, nõ vt ĩ milio diuulsa, sed prę densis compacta racemis, granis numerosis, & hirsutis. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in campis mense maio, & quãdoq; statim post messem. *Idem.*

QVALITATES.

Exiguum dat alimentum, exiccat, & adstringit, vt milium, ac etiam tefrigerat. *Gal. 6. simp. me.*

VIRES.

Datur edẽdum dysentericis &aliis alui fluxionibus laborantibus illinitur coctum vbi siccare, & refrigerare sit opus. sed minus alit, & stringit, quàm milium. *Matt.* DIOSC.

PANICVM Syluestre, Græcis, ἔλυμος ἀγρίος.] Italis, *Panico saluatico, siue Panicastrella.*

PANICVM SYLVESTRE.

FORMA.

Matt. Sponte per se prouenit, gracili admodum culmo, geniculato tamẽ, cubitali longitudine. foliis longis, angustis, asperisque: paniculis paruis, longis, subrubentibus, ac adeo hirsutis, & asperis, vt vestibus pertinaciter in hæreant.

LOCVS.

Idem. Nascitur in hortis, & viridariis: quin etiam in campis, & vineis.

QVALITATES.

Idem. Exiccat, refrigerat, adstringit, magis quàm satiuum.

VIRES.

Idem. In ciborum vsum nõ venit, eo tamen delectantur auiculæ, quibus paniculæ offeruntur. cętera cum panico satiuo communia habet.

SESAMVM, Græcis, σησάμον.] Arabibus, *Semsem, siue Sensera.*] Italis, *Sesamo.*

SESAMVM.

FORMA.

Caule prouenit milio simile, crassiore tamen, ac proceriore, foliis rubẽtibus, flore viridi, aut herbaceo, semine vasculis incluso papaueris modo. *Teoph. li 8. c. quod plan. hist*

LOCVS.

Seritur in campis, quos sterriles reddit.

QVALITATES.

Non parum glutinosum est, & pingue, quare emplasticum est, & emolliens, modicè calidum. Eiusdem facultatis est, quod ex eo conficitur oleum. *Gal li. 8. simp. me.*

VIRES.

Cibis inutile sesamum est, & halitus grauitatem facit, neruorum crassitiem illitu discutit. medetur auribus fractis, ambustis, inflammationibus, coli doloribus, & cerastæ morsibus. facit & ad capitis dolores æstu concitatos, ex rosaceo illitum. Eadem facit herba ex vino decocta, quæ peculariter oculorum inflammationibus, ac doloribus auxiliatur. DIOSC.

CENSVRA.

Sesami imaginem, quam hic expressimus, vix probauerim ego esse legitimam, nam plures in ea desiderantur notæ.

LOLIVM, Græcis, ἄιρα.] Arabibus, *Sceilen, ſiue Zeued.*] Italis, *Gioglio.*] *ſiue Loglio.*] Germanis, *Tuualch, Rueuueyſſen, ſiue Iulch.* Hiſpanis, *Yoio.*] Gallis, *Yuraye*.

LOLIVM.

FORMA.

Matt. Cùm hyeme naſcitur, folio eſt longo, pingui, hirſuto, adultū deinde culmum edit tritici graciliorem, in cuius cacumine ſpica exit longa, aculeatis ſiliquis, impari exortu vtrinq; referta, è quibus grana terna quaternave cumulatim apertè prodeunt, contumaci obducta putamine. maturescit vna cum tritico.

LOCVS.

Idem Naſcitur in aruis e tritico, hordeoque, corruptis vligine ſeminibus, aut per hyemē imbre nimio madidis. Corrumpitur contra & ipſum, & in triticum conuertitur.

QVALITATES.

Gal. lib. 6. ſ. m. Matt. Excalfacit in principio tertij ordinis, & exiccat in fine ſecundi. ¶Item attenuat, reſoluit, abſtergit, inebriat, ſomnum mouet, & mentem tentat.

VIRES.

DIOSC. Farina nomas, putreſcentia vlcera, gangrenas compeſcit, cum raphanis, & ſale illita. Ex aceto verò & ſulphure viuo feros lichenes, & lepras ſanat. Strumas quoque diſcutit, cum fimo columbino, & Lini ſemine decoctum in vino. rumpit, quæ ægre ad coctionem perducuntur. Illinitur vtiliter Iſchiadicis ex aqua mulſa decoctum. Si cum polenta, myrrha, & thure ſufficitur, conceptionem adiuuat.

FOENVM GRÆCVM, Græcis, Τῆλις, ἢ Βούκερος.] Arabib. *Olba, Helbe, seu Hebbe.*] Italis, *Fieno Greco.*] Germanis, *Femgrec, siue Bockshorn.*] Hispanis, *Alfornas, vel Alloluas.*] Gallis, *Fenigrec, seu Senegre.*

FOENVM GRÆCVM.

FORMA.

Planta est trifolio similis, foliis per ambitum serratis, caulibus exilibus, compluribusque. Flores edit albicantes, è quibus cornicula prodeunt incurua, longa, acuminataque, in quibus semen gignitur subfuluum, pingue, & graueolescens. Radice nititur tenui, sed fibrosa. *Matt.*

LOCVS.

Seritur pingui solo Februario, & Martio calidiori tractu. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit ordine secundo, & siccat primo. ¶Digerit, resoluit, emollit, pellit, & abstergit. *Gal. 8. simp. me. Matt.*

VIRES.

Farina ex mulsa aqua decocta duros tumores digerit imposita, sed feruentibus inflãmationibus obest. Lienes extenuat cum aceto, & nitro illita. Mucoso seminis decocto iuuantur vteri præclusiones, ac tumores, si in eo insideant fœminæ. Seminis mucago capillos, furfures, & manantia capitis vlcera purgat, & muliebres locos dilatat, & emollit, cum anserino adipe supposita. Decoctum eius prodest ad tenasmos, & fœtidam dysentericorum proluuiem. Oleum, quod ex eo exprimitur, & Myrto, capillos, & genitalium cicatrices absterget. ¶Medetur vlcerosæ scabiei, si cum quarta parte seminis nasturcij excipiatur aceto, & subinde illinatur. Farina ex mulsa vsurpatur vtiliter ad genitalium tumores. Eadem cum sulphure, & nitro lentigines delet, quin etiam parotidas sanat. Podagrã, chiragram, & articulorum luxationes. Ex vino subacta, carcinomata purgat. Datur vtiliter potandum fœnogræci decoctum ad diutinam tussim; & vbi pectus fuerit exulceratum. Seminis mucago fronti ex linteolis adhibitum, oculorum fluxiones auertit. ¶Decoctum verò eius ex aqua oculorum inflammationes arcet instillatum. *DIOSC. Matt. Matt.*

LINVM, Græcis, Λινον.] Arabibus, *Bazarichichen, ſeu Bezerchetan.*] Italis, *Lino.*] Germ. *Lien, ſiue Flachs.*] Hiſpanis, *Lino.*] Gallis, *Lin.*

LINVM.

FORMA.

Matt. Caulẽ edit ſeſquicubitalem, teretem, rectum, obſequioſum: folia oblonga, anguſta, molliaq; : ramulos promit in ſummitate ternos, quaternosve, in quibus cærulei emicant flores. ſemen edit in orbiculatis folliculis in acutum deſinentibus, planum, læue, cordis figura. Radice nititur vnica, nõ tamen ſine fibris.

LOCVS.

Idem Seritur paſſim in campis, attrito, ac ſtercorato ſolo.

QVALITATES.

Gale. 7. ſimp me. Matt. Excalfacit ſemen ordine primo, mediumq́, eſt inter ſiccitatem & humiditatem. ¶Quin etiã emollit, reſoluit, concoquit, & abſtergit.

VIRES.

DIOSC. Seminis farina cum melle, oleo, & exigua aqua decocta, diſcutit, atque emollit tam internas, quàm externas inflãmationes. Eadem cruda vitia cutis in facie, & varos tollit. Illita cum nitro, & ficulneo cinere, parotidas, & duritias diſcutit. Ex vino decocta fauos, & vlcera, quę ſerpunt expurgat. Scabros quoque vngues eximit. cum pari naſturtio, & melle illita. Delincta cũ melle pectoris vitia extrahit, & tuſſim lenit. Eſtur decoctum ſemen, melle, & pipere additis, ad excitandam venerem. Eiuſdem decoctum infunditur ad interaneorũ, & vteri eroſiones: alui excrementa euocat, & eſt vtile admodũ in deſeſſionibus quæ ad vuluæ inflammationes parãtur. ¶Oleum quod è ſemine exprimitur valet ad neruorum conuulſiones: perutile quoque eſt omnibus ſedis affectibus, & ad emolliendos induratos fœminarum locos. infunditur vtiliter coli dolore vexatis, daturq́ue, magno auxilio, potandũ pleuriticis, & nephriticis, Medetur ambuſtis, ex aqua roſarum potum, & illitum. Præſtat quoque ad Lucernarum vſum, quòd diutius igni reſiſtat: Expetitur pictoribus, lapicidis, lignariis, cæmentariis, & ferrariis fabris.

Matt.

LINVM Syluestre, Græcis, Λινὸν ἀγρίον.] Italis, *Lino ſaluatico.*

LINVM SYLVESTRE.

FORMA.

Complures ab vna radice emittit caules, graciles, teretes, rectos, ac flexiles, foliis in caule vniuerſo lini ęmulis, ſed breuioribus, ac firmioribus. Flores ī cacumine exeunt puſillis è ramulis, aurei, lini floribus facie haud abſimiles. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur ſponte in conuallib⁹ inculto ſolo. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Herba ipſa vna cũ floribus decocta, & cum recenti butyro illita tumores reſoluit, & inflãmationes lenit. quin etiã induratos articulos emollit, addita altheę radice, & gallinaceo adipe. *Matt.*

CENSVRA.

Linum ſylueſtre hanc plantam a nobis inuentam vocare libuit, non ſolum, quòd linum facie referat, ſed quòd lini modo in ſtamina trahi poſſit. *Matt.*

GOSSIPIVM, Græcis, ξύλον βάμβαξ, siue παμπάξ, siue ἐριόφορον.] Officinis, & Barbaris, *Cotum, Bambax, seu Bambasium.*] Italis, *Bambagia, siue Cotone.*] Germanis, *Baumwol.*] Gallis, *Coton.*

GOSSIPIVM.

FORMA.

Matt. Planta est quę Gossipium affert foliis vitigineis, floribꝰ luteis, vmbilicotenus purpurascẽtibus: fructu exigui mali magnitudine, barbato, nucis ponticę ferè modo. is lanugine perq̃ alba refertus est, seminibus pipere maioribꝰ, in quibus medulla est alba, ac pinguis. Planta seritur, adolescitq; tribus, aut quatuor mensibus, ad arbusculæ proceritatem.

LOCVS.

Idem. Seritur ī Creta, Cypro, & Sicilia insulis, quin ēt in Apulia, & aliis ī Regionibus calidioribus.

QVALITATES.

Idem. Lanugo excalfacit, & exiccat, seminis verò medulla excalfacit, & humectat.

VIRES.

Idem. Lanugo combusta mirũ in modum sanguinem è vulneribus manantem sistit. eadẽ accensa, & naribus suffita, veteri strãgulatus auertit. Seminis medulla tussientibus, & ægrè spirãtibus auxiliatur: genitale semen auget, & venerem stimulat. Oleum è semine expressum lentigines, alphos, & cęteras cutis infectiones in facie perunctum delet, & palpebrarum asperitates lenit.

CICER, Græcis ἐρέβινθος.] Arabibus, *Chemps, Hamos, ſeu Halhamos.*] Italis, *Ceci.* [Germanis, *kichern, kichererbs, ſiue Ziſererbs.*] Hiſpanis, *Grauancos.*] Gallis, *Cices, ſiue chiches.*

CICER.

GENERA.

Satiuũ eſt & Sylueſtre. Satiuũ triũ eſt generum, candidum columbinum vocatum. Rubeum venereum dictum, & nigrum arietinum appellatum. *Matt.* DIOSC.

FORMA.

Adoleſcit cubitali altitudine, foliis oblongis, denticulatis, ſubalbicantibus, piloſis: caule ligno ſo, ramis multis brachiato, flori bus ſubpurpureis è quibus ſiliquæ prodeunt breues, turgentes, hirſutæ, in acutum tenuemque mucronem deſinentes, in quibus ad ſummum grana duo con cluduntur. *Idem.*

LOCVS.

Seritur pingui ſolo vere appetente, & matureſcit æſtate. *Idem.*

TEMPVS.

Demetitur areſcentibus ſiliquis. nam ſi citius extirpetur, ſemen rugoſum euadit. *Idem.*

QVALITATES.

Cicera calida ſunt, & modicè humida, atque amaritudinis non omnino expertiar. ¶ Prouocant, abſtergunt, aperiunt, attrahunt, diſcutiunt, incidunt & flatus excitant. *Gal. 6. ſimp. me. Matt.*

VIRES.

Satiuum Cicer vrinam ciet, colorẽ commendat, menſes, & partus pellit. Lac auget cum eruo decoctum. illinitur vtiliter ad teſtiũ tumores, verrucoſas formicas, ſcabiem, vlcera capitis manantia, & impetigines. Item cum melle ad carcinomata, & contumacia ulcera, addita hordeacea farina. DIOSC.

Arietinum autem præter hæc præſtat peculiariter cum rore marino ad hydropem, & regium morbum, epoto eius decocto. Lædunt Cicera exulceratam veſicam, & renes, attamen calculũ frangunt. ¶ Venerem ſtimulant & genituram augent. Farina ex Intubi ſtillatitia aqua decocta, & illita Iocinoris tumores reſoluit, & ſerpentium morſibus medetur. *Matt.*

CENSVRA.

Errant maximè Germani, qui piſorum ius, potandum exhibent ad abſtergendum ventriculũ, ibi perſuadentes piſum columbinum eſſe cicer.

CICER Syluestre, Græcis, ἐρέβινθος ἄγριος.] Italis, *Ceci saluatichi*.

Ger. Wild Kichern, Zisererbß.

CICER SYLVESTRE.

FORMA.

Matt. Satiuo ciceri ſimillimũ habetur, ſed folia denticulata non ſunt, & ſiliquæ minores rotundioresque ſpectãtur. Eſt planta in vniuerſum hirſutior, atque aſperior.

LOCVS.

Matt. Naſcitur ſponte in agris, & locis incultis.

QVALITATES.

Matt. Excalfacit & ſiccat, & cũ plus amaritudinis habeat, magis quàm ſatiuum abſtergit, & aperit.

VIRES.

Plin. Ventrem ſubducit, ſed flatus, & inteſtinorum dolores gignit.

FABA, Græcis, Κύαμος.] Arabibus, *Hachille, Haballe, ſiue Bachale.*] Italis, *Faua.*] Germanis, *Bonen.*] Hiſpanis, *Hauas.*] Gallis, *Faue.*

FABA.

GENERA.

Plura fabarum extant genera, forma, colore, & magnitudine differentia. Aliæ enim magnæ ſunt, aliæ paruæ, aliæ ſubrotundę, aliæ compreſſæ, & aliæ quidem colore albicante, aliæ ſubrutilo, & aliæ ſubnigro. *Matt.*

FORMA.

Fabarum planta caule exit quadrangulo, obliquo, inani fragiliq́ue: geniculis interſecto. alis etiam multis, è quibus flores complures ex vno pediculo racematim prodeũt. non vtrinq́ue quidem, ſed vno tantũ latere ſeriatim appenſi, verſicolores, hirti, ac criſtati. Exeũt è caule rami, in quibus folia habentur pinguia, vtrinque quaterna. E ramuſculorum cacuminibus clauiculæ prodeunt prætenues, ac ſingulares, quæ facilè perduntur. Siliquas edit cęteris leguminibus maiores, carnoſioresq́ue, in quibus fabæ cõcluduntur. Vnica nititur radici paucis adnatis fibris. *Idem.*

LOCVS.

Seruntur in agris cæterorum legumi num modo. *Matt.*

QVALITATES.

In exiccando, & refrigerando ſecundum vtrunque ad medium temperamentum propinquiſſimè accedunt. adſtringunt, diſcutiunt, deſiccant, abſtergunt, impinguant, ſed flatus gignunt. *Gal. 7. ſimp. ms.*

VIRES.

Ex poſca decocta datur vtiliter deuoranda dyſentericis, & cæliacis. Lomentum eius tum per ſe, tum cũ farina hordeacea illitum, vulnerum inflammationes mitigat, cicatrices concolores facit, turgentes lacte mammas iuuat, & ab inflãmatione vindicat: Lac extinguit, furunculos, ſugillata, parotidasq́; cum fœnogræci farina, & melle diſcutit: cum roſis autem, thuræ, & & oui candido, procidentes oculos, tumores, vuasq́; reprimit. Subactum verò cum vino oculorum ſuffuſiones, & ictus recreat. Manducata faba, & fronti illita fluxiones auertit. Fabarum putamine illiti, capillis, qui poſt euulſionem renaſcuntur, gracileſcunt, & minus nutrimenti capeſſunt. ¶ Fabalium caulium & ſiliquarum cinis cum vetere axungia illitus, præſtat ad coxendices, & veterem neruorum dolorem. DIOSC. *Matt.*

FABA Syluestris. Græcis, κύαμος ἄγριος.] Italis, *fava ſalvatica*.
Ger. wild Bonny.

FABA SYLVESTRIS.

FORMA.

Matt. Caules edit quadrangulos humi repentes, ac ſeſe inuicem implicantes: foliis domeſticæ fabæ ſimilibus: floribuſque in purpura albicantibus, è quibus ſiliquæ prodeunt, lupinorum modo preſſæ, ſed fabarum longè minores. In quibus ſemen continetur rotundum, fabaceo ſapore.

LOCVS.

Idem. Prouenit ſponte in Apulia, cãpeſtribus locis.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem. Sunt qui dicant hanc eaſdem cum domeſtica habere vires.

CENSVRA.

Etſi non deſint qui hanc plantam Aracum domeſticum faciant, nos tamen ſylueſtrem fabam eandem eſſe cenſemus.

ARACVS, Græcis, ἄρακος.] Italis, *Araco*.

ARACVS.

FORMA.

Aracus humi repit, caule angulosо, flexili, subaspero, cicerculæ haud absimile. folia illi sunt oblonga, caulem inferne ambientia, quę summo cacumine clauiculas tenues fundunt: flores edit non magnos erui fere modo, è quibus siliquæ oriuntur pisi minores, in quibus semen est asperū, rotundum, pullo colore. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur inter segetes, campestribus locis. *Idem.*

FACVLTATES, ET VIRES.

Abstergit, resoluit, desiccat, & expurgat. *Idem.*

FABA Ægyptia, ſiue Colocaſia, Græcis, Κύαμος αἰγύπτιος.] Italis, *Faua d'Egitto.*] Hiſpanis, *Haua de Egipto.*] Gallis, *Faue d'Egipte*.

Germ. Egyptische Bonen.

FABA AEGYPTIA.

FORMA.

DIOSC. Folia edit ampla inſtar galeri : caulem cubito lõgiorem digiti craſſitudine: florem roſeũ, dupla papaueris amplitudine, è quo folliculus prodit oblongus, veſparũ fauis ſimilis, in quo fabæ ſupra operculum bullantis ampullæ modo prominent. Radice nititur arundinacea, grandi, Colocaſia peculiariter appellata.

LOCVS.

DIOSC. Prouenit in Ægypto, Aſia, & Cilicia. in Lacubus, & paludibus, ſerit' humenti glebæ mandata, & ira in aquã demiſſa.

QVALITATES.

Gal. li. 1. de alim. facul. Sicuti noſtratem fabam, magnitudine præcellit, ita & naturam humidiorem, magisq; excrementitiam ſortita eſt.

VIRES.

DIOSC. Manditur virens cruda, pariter & cocta: adſtringendi facultatẽ obtinet, itaq; dyſentericis, & cæliacis prodeſt, inſparſo polentæ vice Lométo. Cortices in mulſo vino decocti, ſi terni inde mulſi cyathi bibantur, magis proficient. Quod in fabarũ medio viride ſpectatur guſtu amarum, facit ad aurium dolores, ſi tritum cum roſaceo inſtilletur.

CENSVRA.

Qui ſibi perſuadent Ægyptiam Fabam, & Ægyptium Arum vnam, & eandem eſſe plantam, proculdubio cæcutiunt.

ARVM Ægyptiũ, Græc. ἄρον αἰγύπτιον.] Italis, *Aro, siue Gigaro d'Egitto.*

ARVM AEGYPTIVM.



FORMA.

Ægyptium Arũ folia fundit bina, & fortaſſe plura, prægrandia, Ari noſtratis maiora, lineis numeroſis exarata, ac lõgo, craſſo, canaliculatoq; pediculo appẽſa. In regionibus noſtris trãſlatũ, neq; caulẽ, neq; floreẽ, neq; fructũ gignit. Radice nititur bulboſa, rotunda, ima parte in caudã deſinẽte, agnatis circunquaq; multis, ari noſtratis modo. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit plurimum in Ægypto. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit & ſiccat, minus tñ q̃ noſtrũ: quin etiã abſtergit, incidit, aperit, attenuat, puocat. *Idem.*

VIRES.

Radix decocta, & melle excepta, medetur cunctis pituitoſis pectoris morbis. Expectorat. n. valenter admodũ, quæ craſſa, lentaq; ſunt, & pituitoſa: Quare aſthmaticos maximè iuuat. Datẽ elixa vtiliter tuſſiẽtibus, ex pituitoſis pectoris vitiis, ex amygdalino oleo: Idẽ p̃ſtat lac bubulũ recẽter mulſum, in quo radix ipſa incocta fuerit: Illinitur elixa epiphoris, ſuggillatis, inflãmatisq; tõſillis, fabacea farina addita, & defruto ſubacta: Præſtat quoq; ex oleo illita ad tumẽtes hæmorrhoidas. *Idem.*

CENSVRA.

Non deſunt, qui ſibi perſuadeant Ægyptium Arũm fabam eſſe Ægyptiam: ſed proculdubio decipiuntur.

LENS, Græcis, Φακὸς.] Arabibus, *Hades.*] Italis, *Lente, & Lenticchia.*] Germanis, *Linſen.*] Hiſpanis, *Lenteyas.*] Gallis, *Lentille.*

GENERA.

Matt. Duum eſt genervm. Album, quod altero minus eſt, & in cibis gratius. Cinereo colore alterũ, orbe paulo maiore.

FORMA.

Idem. Folio exit viciæ, minore, flore haud longè abſimili. Siliqua parua compreſſa, molliterq; in latitudinem fuſa. in qua ſemina terna, aut quaterna concluduntur, rotunda preſſa, tenui putamine contecta. Maiori flos ineſt in purpura candicans. minori ſimpliciter albus.

LOCVS.

Idem. Seritur vbique in campis, cum cęteris leguminibus.

QVALITATES.

Gal. lib. 8. ſ. m. In caliditate, & humiditate medium tenet, deſiccat tamen ordine ſecundo. valenter quo que adſtringit. Ipſum itaque eius corpus deſiccat, & ſiſtit ventrem, decoctum verò pro

DIOSC. uocat. ¶ Inflat, lenit, glutinat, extinguit, purgat, diſcutit.

VIRES.

DIOSC. Cum cortice cocta, & denorata aluum ſiſtit: cõtra verò ius primum prouocat. Dantur vtiliter trigiuta grana delibrata ad vẽtriculi ſubuerſiones: cũ farina hordeacea decocta, & illita, podagras lenit. Sinus cum melle glutinat, cruſtas rumpit, vlcera purgat. Decocta in aceto duritias, & ſtrumas diſcutit: Cum coroneo malo, aut meliloto medetur oculorum inflammationibus. & addita maris aqua, valet ad nomas, quę in gangrenas euaſerũt. Cocta in aqua maris, & illita, lac in mammis concretum diſſoluit. Frequenter in cibo ſumpta oculorum aciem obtundit, ægrè concoquitur. Stomachum lædit. eumque & inteſtina inflat. Somnia tumultuoſa excitat. eſtq; capiti, neruis, & pulmoni inutilis.

LENS.

PHASIOLI, Græcis, Φασίολοι.] Italis, *Faginoli.*] Hiſpanis, *Faſiolos.*] Gallis, *Faſiolis.* Germ. faſoley.

PHASIOLI.

GENERA.

Diuerſa, variaq; ſunt Phaſiolorum genera, variis coloribus diſtincta. Nam cādidi, rubeſcētes, melini, nigri, ac diuerſis reſperſi maculis reperiuntur. *Matt.*

FORMA ALBORVM.

Albi, & magis vulgares, qui in campis ſeruntur, ſine pedamento per ſe reguntur, in latum ſeſe pandentes, foliis hederaceis, latiorib⁹ tamē, & mollioribus, ternis ex vno pediculo prodeuntibus, flore candido, piſi minore. è quibus cornicula prodeūt incurua, ſpithamæ lōgitudine, in acutum deſinētia, quæ per maturitatem albeſcunt. In his ſemina plura concluduntur quadrupedū renibus ſimilia, alba, vmbilico excepto, qui tantum in iis nigricat. *Matt.*

LOCVS.

Seruntur in agris, mēſe Maio, & quandoque poſt meſſem. *Matt.*

QVALITATES.

Excalfaciūt, & humectāt ordine primo. Atqui fului, flaui & rubri, albis calidiores ſunt. *Simeon ſethi. Gale. 4. ſimp. me. c. 23.*

VIRES.

In cibis ſumpti inflant, & vētriculo laborē faciunt, ſemē tamen generant, & venerem ſollicitant, & præſertim ſi cum longo pipere, galanga, & ſaccharo aſpergantur. Id autem valentius præſtant, ſi ex lacte bubulo coquantur, quouſque rūpātur. Redduntur in cibo innocentiores, ſi cum ſinapi, aut cari ſemine edantur. Tumultuoſa præterea, ac terrifica ſomnia repræſentant, cornicula dū viridia ſunt & tenera, elixantur, & cum pipere in acetariis, edūtur. phaſioli maſticati, & illiti ſanant equorum morſus. Adduntur etiam in fucis, quibus mulieres faciem concinnant. *Matt.*

PISVM, Græcis, Πισὸν.] Italis, *Piſello, & Biſo.*] Germanis, *Arbes.*

PISVM.

GENERA.

Matt. Duum eſt genervm, Alterũ maius, alterũ minus; Maius pedamẽto gaudet, minus humi accumbit.

FORMA MAIORIS.

Idem. Maius caulibus exit fiſtuloſis, ramoſiſque, clauiculis multis è ramorum ſummitatibus prodeuntibus, foliis numeroſis, longiuſculis, ſubpinguibusq;. Siliquis cilindraceis, rotundo, & cãdido ſemine ſe ſe intus ſtipante albi ciceris maiore. Flores edit papilionis animalis figura, vmbilicotenꝰ purpureos, & quandoque in vniuerſum candidos. Radice eſt imbecilli.

LOCVS.

Columel. lib. 2. Facilem & ſolutam terram deſiderat, & in apricis ſeri.

QVALITATES.

Gal. 1. de fac. alim. Exiccant, & refrigerant fabarum modo, attamẽ nõ æquè vt fabæ ſunt flatulenta; tum etiam, quòd detergendi facultatẽ non habent.

VIRES.

Vbi faba non ſit ad manus, piſum eius poterit eſſe ſuccedaneum, præterquã iis in morbis, qui abſterſione opus habent.

CENSVRA.

Qui ſcribunt Piſorum iure hauſto purgari puerperas, autiginoſos ſanari, & aqua intercute laborantes iuuari, proculdubio decipiuntur, quòd hæc haudquaquam præſtare poſſit medicamentum, quod refrigeret & ſiccet. cicera enim, quę piſa ij eſſe credunt, non ipſa piſa, id præſtare poſſunt.

Pisvm minus, Græcis, Πισὸν μικρὸν.] Italis, *Piſello minore.*] Gallis, *Poix.* Ger. Erbsen arbis.

PISVM MINVS.

GENERA.

Duum eſt generum album, & ſubnigrum, quod Eruiliã vocant. *Matt.*

FORMA.

Maiori per omnia ſimile, ſed minora & graciliora illi ſunt omnia, humiq; accumbit: *Idem.*

LOCVS.

Seritur, vt maius, aprico loco, ſolo probe culto, ac ſoluto. *Idem.*

QVALITATES.

In qualitatibus omnibus nihil prorſus à maiori differt. *Idem.*

VIRES.

Vires eædem minori inſunt, quę maiori ineſſe diximus. *Idem.*

ERVVM, Græcis, Ὄροβος.] Arabibus, *Herbum, Keiſene, ſiue Kerſene.*] Officinis, *Orobus.*] Italis, *Eruo, ſiue Mocho.*

ERVVM.

GENERA.

DIOSC. Duum eſt generũ, Candidũ, & Rufum. Gal. quoq; tertium addidit, nẽpe pallidũ, inter prędicta mediũ.

FORMA.

Matt. Planta eſt ſarmentoſa, folioſaque, humi procũbens, ramis ſeſe implicantibus, foliis paruis, lõgiuſculis, lẽte minoribus. flores edit paruos, ſubpurpureos, & quãdoque candidos, ſiliquam piſi breuiorem, graciliorẽque, in qua rotundum cõcluditur ſemẽ, cõcluſa inter granũ & granũ ſiliqua.

LOCVS.

Naſcitur ſponte in aruis, & ſeritur quoque.

QVALITATES.

Gale. 8. ſimp. me. Calfacit ordine primo, & ſiccat ſecũdo intenſo: quatenus autẽ amaritudinis eſt particeps, eatenus incidit, extergit, atq; obſtructiões aperit. Itẽ impinguat, vrinã ciet, adeò vt qñq; ſanguinẽ cũ vrina trahat, qn etiã emolliẽdi vim habet.

VIRES.

DIOSC. Farina vlcera cum melle purgat, Lẽtigines, & vitia cutis in facie, & maculas in toto corpore affricta delet. Nomas, & gangrẽnas diutius ſerpere non patitur. Mãmarum durities emollit, carbunculos rumpit, atra vlcera emarginat, cum vino ſubacta, & illita, viperarum, & canum morſibus medetur. vrinæ difficultates, atque etiam tenaſmos ex aceto mitigat. ¶ Melle excepta, ac delincta, craſſa pulmonum excremẽta eiicit. Eruum à ieiunis deuoratũ lienem minuit, inguinum bubones reſoluit ex melle illitũ. Virentes ſiliquę cũ ſuo caule, foliisq; contritæ, illitęq; capillos denigrant. Farina vipereis paſtillis additur. Damnatur aũt Eruum in cibis ſumptum.

Matt.

CENSVRA.

Aſtipulandum haud iis eſt, qui Eruiliam Piſi genus, Eruum eſſe contendunt.

..VPINVS, Græcis, Θέρμος.] Arabibus, *Tarinus, Arinus, ſeu Tormus.*] Italis, *Lupino.*] Germanis, *vuickbonen, feigbonen, ſiue vudffaſchbonen.*] Hiſpanis, *Entramuces, ſiue entramucos.*] Gallis, *Lupins.*

LVPINI.

FORMA. *Matt.*

Vnico exit caule, haud infirmo, folio ſeptifariã diſſecto, piloſo, molli, ſubalbicante, flore candido, ſiliquis fabaceis, compreſſis; albicantibus, per ambitum crenatis, in quibus quina, ſenave continentur grana membranis diſtincta, orbiculata, alba, præſſa, vmbilicata, & inſigniter amara. Radice nititur ſubflaueſcente, ac diuaricata.

LOCVS.

Seritur in agris, ſterili ſolo: nam ipſe ſolum ſibi impinguat. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit, & ſiccat manifeſtè, abſtergit, aperit, digerit, reſoluit, & attenuat. *Idem.*

VIRES.

Farina ex melle ſumpta, ventris animalia pellit. Idem præſtat ventri illita. Præſtat hoc idem eorũdem decoctum cũ ruta, & melle potum. Idem Lienoſos iuuat, quin etiam vlcera tetra, gangrenas, puſtularum eruptiones, vlcera in capite manantia, vitiligines, maculasq; fotu ſanat: menſes, & partus extrahit in vellere ſubditum cum myrrha, & melle. Eorum farina cutẽ, & liuores abſtergit: inflammationes quoque cum hordeacea farina, & aqua mitigat: coxendicum cruciatus ex aceto lenit. Cocta in aceto, & illita ſtrumas diſſipat, & carbunculos rumpit. Lupini in cæleſti aqua decocti, quouſque lenteſcant in pultem, faciem abſtergunt. Radicis decoctum ex aqua, vrinam ciet. Ii vbi macerati dulceſcere cæperint, cum aceto poti, faſtidium detrahunt, & cibi auiditatem faciunt. DIOSC. *Matt.*

RAPVM, Græcis, γογγύλη.] Arabibus, *Selien, Sélgem, Selgrem, ſiue Alſegrem.*] Italis, *Rapo, & Rauo.*] Germ. *Rueben.*] Hiſp. *Nabo.*] Gal. *Raue.*

RAPVM.



GENERA.

Matt. Triũ eſt generum ſeſſile, longum, rotundum.

FORMA.

Idem. Rapũ adeo omnibus vulgare habetur, ut ſuperuacaneum ſit eius formam deſcribere.

LOCVS.

Idem. Scritur in campis, citoque prouenit, nam poſt meſſem ſatũ, vbi ſeges prius fuerat, alpinis tractibus tribus mẽſibus ꝓficitur.

QVALITATES.

Gal. Matt. Radix excalfacit & humectat. Semen verò calidũ eſt, & ſiccum: cum autem ſit etiam amarum, abſtergit, aperit, digerit, prouocat, flatus gignit, & venerem excitat.

VIRES.

DIOSC. Radix elixa ex iure carniũ alit, ſed flatus gignit, humentem, ac mollẽ carnem creat. Venerem ſtimulat. & præſertim cũ longo pipere deuorata. fotum rapi decoctum podagricos, & perniones iuuat. Si excauatę radici cera vna cum roſaceo adigatur, & feruenti ſub cinere coquatur, auxilium non infimum erit ad exulceratos perniones. Cymę prius elixę, deuoratæ, vrinam ciẽt. Semen potum venenis aduerſatur: quare in antidotis additur. ¶Conſtat experimẽto valere ad variolas & morbillos. nam potum ſemidrachmæ pondere morbillos latentes ad cutim expellit.

RAPVM LONGVM.



Forma tantum ab altero differt. Cętera verò nihil diffidet.

RAPVM ſylueſtre, Græcis, γογγύλη ἀγρία.] Italis, *Rapo ſaluatico*. Ger. wild rüben.

RAPVM SYLVESTRE.

FORMA.

Matt. Prouenit ſylueſtre rapũ foliis, caule, floribus, ſiliculis, & ſemine domeſtico non abſimilibus, ſed omnia agreſtiora, aſperiora, hirſutioraq; ſpectantur. Radicem habet raphani modo longam, craſſamque: ſed ſapore domeſtici rapi, prædità, acriore tamen & amariore.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in agrorũ marginibus, & iuxta ſemitas.

QVALITATES.

Idem. Radix, quòd acrior, amariorq; ſit, excalfacit ordine ſecũdo, & ſiccat in principio primi. At qui ſemen id longe valentius præſtat: prętea abſtergit, incidit, aperit, attenuat, & prouocat, magis quàm domeſtici.

VIRES.

Idem. Semen in farinam tritũ, lentigines, & alphos exterit: potũ ventris aĩalia pellit, & urinã ciet.

APPENDIX.

Tametſi ſcimus hanc plantam non eſſe Dioſcoridis ſylueſtre rapum, cùm tamẽ notis omnibus rapum referat, nobis ſylueſtre rapum ipſam appeliare libuit.

RAPVNCVLVS, Italis, *Raponzolo*. Ger. Rapünzlen, od wilde Feldrüblen

RAPVNCVLVS.

FORMA.

Planta est cubitalis, caulibus pluribus ab vna radice prodeuntibus, in cacumine ramosis. Folia profert antea quam caulem edat, oblonga, humi accubantia, sed quæ in caule sunt, angustiora, & longiora habentur. Flores fert in ramusculorũ cacuminibus cæruleos. Semen concluditur simplici calyculo nigrum, ac minutum. Radice nititur longiuscula, crassiuscula, & media sui parte extuberante, alba, fragili, terrena, & subdulci sapore prædita. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in aruis non cultis, in collibus amœnis, & in pratis. *Idem.*

QVALITATES.

In caliditate, & frigiditate radix non longè abest à temperatis, imo nec in aliis qualitatibus. *Matt.*

VIRES.

Estur cruda radix, ac pariter cocta in acetariis, quòd maximè gustui placeat, & appetentiam excitet. Creditur quòd radix elixa, & cum longo pipere deuorata, lactis vbertatem in nutricibus faciat.

CENSVRA.

Non rectè sentiunt, qui putant Rapunculum, Rapum esse sylueſtre Dioscoridis: Horum enim sententiæ repugnat Theophrastus lib. 7. c. 6. de plantarum hist. quippe qui sylueſtre rapum radice constare longa raphani modo, breuiq; caule consiſtere scribit.

NAPVS, Græcis, Βουνιὰς.] Italis, *Nauone*, & *Nagone*.] Germanis, *Steckruben*.] Hiſpanis, *Nabicas*.] Gallis, *Nauet*.

NAPVS.

GENERA.

Matt. Plura Theophraſto, & Plinio habentur genera. Verùm nobis duo tantum ſeruntur, nempe album, & ſubflauum.

FORMA.

Idem. Foliis, atque radice, raphano ſimilis eſt, caule verò, floribus, & ſemine rapum æmulatur.

LOCVS.

Idem. Seruntur napi in campis, raporum modo, & in hortis.

QVALITATES.

Idem. Radix excalfacit ordine ſecundo, & humectat primo incipiente: atqui ſemen excalfacit & ſiccat, abſtergit, aperit, digerit, prouocat, & incidit.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Cocta radix inflat, modicum alit. Semen potum venenorũ vires hebetat, quare antidotis miſcetur. ¶ Necat idem interaneorum vermes ex limonum, aut Citriorum ſucco potum: ex adianti autem decocto ſumptum morbillos, & exanthemata ad cutim propellit, & morbi malignitatem ſuperat. Datur vtiliter cochlearis menſura; addita Lini ſeminis drachma ad ciendam vrinam. Ventriculi cruditates vomitione extrahit ex oxymelite, & tepenti aqua ſumptum. Datur quoque diebus pluribus quotidie drachmæ pondere ex marrubij ſtillatitia aqua, aut decocto, vtiliter potandum regio morbo laborantibus. Semen, tuſum preſſumq; copioſum remittit oleum, ad omnia vtile ad quę ſemen.

RAPHANVS, Græcis, Ῥάφανις.] Lat. *Raphanus, & Radix.*] Arab. *Fugel, ſiue Fegiel.*] Italis, *Rafano, & radice.*] Germanis, *Rettich.*] Hiſpanis, *Rauano, & Rauanillo.*] Gallis, *Reffort.*

RAPHANVS.

GENERA.

Duum eſt generum. Satiuũ, & Syluęſtre, quod Armoraciã Latini vocauere. DIOSC.

FORMA.

Folia fert napo ſimilia, aſpera, atque hirſuta: caulis illi teres, flos albus, ſiliquæ tumentes, ac mucronatæ, ſemine intus rotundo, rufo, acuto ſapore. Radice nititur varia. Nonnullis. n. ineſt longa, alba, teres, tenera: fragilis, nec admodum acris. Aliquibus craſſa napi figura, altera longè durior, & acrior. Differt quoque colore. nanque alba, & nigra vbiq; fere habetur non ſolum ſatiua, ſed agreſtis quoq;. *Matt.*

LOCVS.

Satiuus ſeritur in hortis, & agris. Agreſtis ſpõte prouenit in campeſtribus in agro Romano. *Matt.*

QVALITATES.

Radix excalfacit exceſſu tertio, & exiccat ſecundo, ſed in vtroque agreſtis efficacior. Semen autem longè efficacius eſt. ¶Quin etiam digerit, aperit, prouocat, incidit, extenuat, rarefacit. *Gal. 8. ſimp. me.* *Matt.*

VIRES.

Radix vrinam ciet. Decocta contra veterem tuſſim, & pituitæ craſſitiem in pectore efficax eſt, lienoſis vtilis, ſuggillata cum melle delet. auxiliatur contra viperarum ictus. Alopecias ad pilum reducit. Lentigines cum loliacea farina emendat. valet aduerſus fungorum venenum quoquo modo ſumpta: mẽſes ciet. ¶Recens minutim inciſa, & exalbo meraco, & butyro in ſartagine calefacta, pubiq; admota, remoratam vrinam pellit. Idem præſtat eius ſuccus duarum vnciarum põdere ex vino Cretico hauſtus. Corticis vncia cũ mercuri alis tãtũdem croci granis quatuor. Caſiæ odoratæ drachma. Et duabus ſucci ſabinæ: omnibus rariſſimo linteolo exceptis, & ſubpoſitis, ſubuenit præſentaneo auxilio ægrè parturientibus. Radicis ſuccus cum oleo amararum amygdalarum & vini albi nonnihil feruefactus, addito colocynthidis momento aurium ſonitus curat. DIOSC. *Matt.*

CENSVRA.

Errant profectò qui raphanum ruſticanum de quo ſtatim dicetur Armoraciam faciunt.

RAPHANVS longus. Italis, *Radice longa.*

Germ. vielfolt wurtz.

RAPHANVS LONGVS.



FORMA.

Radicis forma tantum ab altero raphano dif fert, quæ in hac lõga, tenera ſpectatur, in al tera dura ſolidaque habetur, ac magis quo que acris.

QVALITATES, ET VIRES.

Cùm ſit altera mitior: mitiores quoque vi- res poſſidet.

RAPHANVS Rusticanus. Græcis, Ραφάνις ἀγρότερος.] Italis, *Rafano, & Rauano.*] Germanis, *Cren.*] Gallis, *Rafan, siue Reffort sauuage.*

RAPHANVS RVSTICANVS.

FORMA.

Foliis prouenit Hippolapathi ſpximis, radice lõga, pollicis craſſitudine, ac ẽt craſſiore, acerrimo guſtu, ſinapi haudabſimili: floribus in cauliũ ſummitatibus albis, & puſillis. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur ſpõte in pratis, viridariis, & ſecus itinera. *Idem*

QVALITATES.

Radix excalfacit, & ſiccat ordine tertio cõpleto. Aperit, pellit, incidit, ſpuocat, attenuat, & abſtergit.

VIRES.

Ea omnia pót, quę domeſtica, et agreſtis radix, ſed valentius operat. Quinẽt ſinapi vires obtinet, vriná, & arená valẽtius pellit. Illinitur contrita radix ex vino albo, & recenti butyro calefacta, vtiliter pubi ad ciẽdam vrinam, ſiue ſit dolor ex renũ calculis, ſiue ex craſſa, lentaq́; pituita veſicę ceruicẽ obſtruẽte. In quo caſu datur quoq;, nõ paruo auxilio, potãdũ vinũ, in quo inciſa radix fuerit macerata. Germani, Vngari, atque Poloni hac radice ſuos ꝑdiunt cibos, in quibus quanquã appetentiã facit, reuera tamen, & caput lædit, & nidoroſas eructationes mouet. *Idem*

CENSVRA.

Rectius fortaſſe ſaperẽt, q hanc plantã perperã Armoraciã faciũt, ſi Crateuę Thlaſpin, de quo in Thlaſpi meminit Dioſ. eandẽ eſſe ſcriberẽt.

NOMINA.

SISER, Græcis, Σίσαρον.] Arabibus, *Culcas, Fisarum, siue Seisaron.*] Italis, *Sisaro.* Ger. Eglingsamen, grinsemen, grysla.

FORMA.

Matt. Folia promit' hortensi pastinacæ similia, breuiora tamen, atque minora, caules etiam similes habet, striatos. Semen in vmbella prouenit, petroselini modo: Radicibus nititur numerosis, asphodeli modo, teneris, fragilibus, dulci sapore, & amariusculo, origratis, tenui intus matrice.

SISER.

LOCVS.

In Germania vbi passim habetur, seritur in hortis.

QVALITATES.

Gal. 8. simp. m. Radix excalfacit ordine secũdo, aperit, digerit, vrinam ciet, adiunctaque habet amaritudinem, cum leuicula adstrictione.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Stomacho haud inutilis est, appetentiam iuuat. ¶ Venerem stimulat.

SISER alterum, Italis, *Carota bianca.*] Germanis, *Gierlin, siue Girgellin.*] Hispanis, *Chirinias.*] Gallis, *Cherüy, siue Giroles, aut carottes blanches.* Gr. gyrel. Vndtsch, Hlinzelmary.

SISER ALTERVM.

FORMA.

Folia, caules, vmbellas, flores, & semen habet syluestris pastinacę. Radix, napi effigiem repręsentat, colore albicāte, aut subflaueſcente, sapore subdulci, ac simul amariusculo. *Idem.*

LOCVS.

Seritur in hortis, ac etiam in agris, in vniuersa Germania, & Boemia. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit, & humectat, inflat, aperit, vrinas mouet. *Idem.*

VIRES.

Valet radix ad ea omnia, ad quę Siser primum valere diximus. *Idem.*

APPENDIX.

Tametsi sub Siseris alterius nomine hæc planta posita sit, nihil tamen cum legitimo Sisere habet cognationis.

LAPATHVM, ſiue Rumex, Græcis, Λάπαθον ἢ ὀξυλάπαθον.] Officinis, *Lapatium acutum.*] Arabibus, *Hunad, ſiue Humad.*] Italis, *Lapatio, ſiue Rombice.*] Germanis, *Ampffer.*] Hiſpanis, *Labara.*] Gallis, *Lapais.*

LAPATHVM.

GENERA.

Matt. Quina habentur genera: Oxylapathum, Satiuum, quod & Rumex, Sylueſtre. Quartum quod quidam Oxalida, alij anaxirida vocãt. Et Hippolapathum.

FORMA RVMICIS, ET OXYLAPATHI.

Idem. Exit Rumex foliis betæ nigræ proximis, ſed minoribus, plantagini ferè æqualibus, humi accubantibus. Caulis illi ineſt cubitalis, ſtriatus, flore rubeſcente, ſemine minuto, pellucido, nigricante. Radicibus nititur longis, flauo colore. Oxylapathum autem foliis prouenit longioribus, in cacumine acutis. cætera Rumici ſimilia ſunt.

LOCVS.

Prouenit Rumex ſponte in hortis, ſecus itinera, & incultis locis: oxylapathum verò, in aquoſis, & paluſtribus.

QVALITATES.

Gal. lib. 7. ſ. m. Lapathum moderate digerentẽ ſortitus eſt facultatẽ, at oxylapathum miſtam: nam cum eo, quod digerit, non nihil quoque repercutit. Semen autem eorum, manifeſtam quandam adſtrictionem obtinet.

VIRES.

Gal. ibi. Aetius. Vtriuſque ſemen, & præſertim oxylapathi dyſenterias, diarrhæas, ac cætera alui profluuia cohibet potum. ¶ Præſtat ad canum rabidorum morſus, fotu vulneri applicatũ, & herba ipſa illita, atque vna cum radicibus potui data. ¶ Vinũ in quo oxylapatum decoctum ſit, diebus aliquot potum, auriginem pellit. Aqua tota planta diſtillata, vna cum caphuræ momento, puſtulas in facie delet. Herba pubi illita, vrinam ciet. Quin etiam radicum ex vino decoctum potum, calculos renum frangit. Idem præſtat radicum ſiccarum puluis. Earundem decoctum fomentis adhibitum ſcabiem ſanat: Idemque præſtat ſuccus cum ſulphure illitus.

Matt.

OXALIS, Græcis ὀξάλις] Officinis, & Italis, *Acetosa.*] Germanis, *Sauer, Ampffer.*] Hisp. *Azederilla.*] Gallis, *Ozeille, Vinette, siue Saliette.*

OXALIS MAIOR.



GENERA.

Duum est generum. Maius & minus. *Matt.*

FORMA MAIORIS.

Maior folia promit Lapatho adeo ęmula, vt qñque oculos fallat: attamen minora sunt, læuiora, atq; paulò angustiora. Et ab ipsorum exortu sagittali ferè figura, acido omnino gustu. Radice nititur, vbique fibrata, sed non rumicis modo fulua, sapore perinde ac folia, & caules. Semen profert subrubrum, paruũ, et acuminatũ. caulẽ cubitalẽ, & striatũ, & succosum. LOCVS.

Nascitur spontè in pratis, & seritur etiam à nonnullis in hortis. *Idem.*

QVALITATES.

Refrigerat, & siccat excessu secundo, digerit, aperit, & nõ nihil incidit. *Idem.*

VIRES.

Herba ipsa bilioſis, ac pestilentibus febribus adhibetur. Præstat & ad cordis affectus. Sitim sedat, putredini resistit: vermes necat, appetentiam excitat. ¶Semen fluentem aluum cohibet, dysentericos, & cœliacos iuuat; stomachi fastidia tollit: Sanat scorpionum ictus; quòd si quis in potu præsumat, nihil molesti patietur ex ictu. Hęc omnia præstat, non solum semen, sed vniuersa quoque planta. *Matt.* DIOSC.

NOMINA.

OXALIS minor, Græcis, ὀξάλις μικρὰ.] Italis, *Acetoſella, Saecciola, & ſannicciola.*

FORMA.

Matt. Folia promit alteri longè minora, pinguiuſcula, lanceæ cuſpidis figura; lęuia minutisq;, ac rubẽtibus venulis exarata acidioraq;, quàm in maiori. caulículos edit pedales, tenues, in quibus flоſculi numeroſi ſpectantur rubentes, ac foliacei, & ſemẽ vt in altera ſubrubẽs, ſed longè minus.

OXALIS MINOR.



LOCVS.

Idem Creſcit exoluto ſolo, & in culto.

QVALITATES.

Idem Refrigerat, ac ſiccat perinde ac altera: digerit, & incidit.

VIRES.

Idem Omnia belle poteſt, quæ maior; nec infirmioribus pollet viribus.

HIPPOLAPATHVM. Græcis, *ἱππολάπαθον.*] Officinis, *Rhabarbarum Monachorum.*] Italis, *Rombice maggiore.*] Germanis, *Munch Rabarbaren.*] Gallis, *Reubarbe de Marais.*

HIPPOLAPATHVM HORTENSE.

GENERA.

Duum eſt generum, alterum Hortenſe, alterũ ſylueſtre. *Matt.*

FORMA HORTENSIS.

Planta eſt grandis, ac formoſa, foliis, ſemine, radicibus, ac cæteris in vniuerſum notis, minori lapatho ſimilibus; ſed omnia longè maiora, nam folia grandia ſunt, helenij ferè modo, radix pariter grandis, vegeta, fuluo colore. *Idem*

LOCVS.

Seritur à pluribus ſpectaculi cauſa in hortis, & viridariis. *Idem*

QVALITATES.

Digerit, abſtergit, mundat, aperit, prouocat. *Idem*

VIRES.

Radicis ſuccus cum ſulphure illitus ſcabiem ſanat, cum lupinorũ verò farina lẽtigines, alphos, & alias cutis infectiones exterit. *Idem*

Radicis dilutum, ex vino paratum præſtat, ad pellendos renum calculos. Idem facit ſiccę radicis puluis: drachmæ pondere ex meraco potus: quin etiam ex marrubij decocto hauſtus, auriginem curat.

HIPPOLAPATHVM ſylueſtre. Græcis, ἱππολάπαθον ἀγρίον.] Italis, *Rombice ſaluatica maggiore*.

HIPPOLLAPATHVM SYLVESTRE.

FORMA.

Matt. Folia gerit nume roſa, magna, hortēſis haud abſimilia, ſed viridiora, & aſperiora: caulibus bicubit alibus: floribus in ramuſculorum cacumine numeroſis, rufeſcentibusque. ſemen profert in rubris folliculis incluſum, acuminatum, & ſubrufeſcens. Radice nititur, crocante, pollicis craſſitudine, dura, ac lignoſa.

LOCVS.

Idem. Prouenit non ſolum in paluſtribus, & vliginoſis tractibus, ſed etiam in montibus, vbi pecudes diutius ſtabularunt.

QVALITATES. ET VIRES.

Idem. Eædē illi inſunt qualitates, & vires, quę, & cæteris lapathi generibus.

LAMPSANA, siue Brassica sylvestris. Græcis, Λαμψάνη.] Italis, *Cauolo saluatico, & rapo falso, & rapastrella.* Ger. Wild rüben Kraut.

LAMPSANA.

FORMA.

Planta est pedalis altitudinis, hirsutis foliis, sinapi non absimilibus; flore melino subalbicante; semine in corniculis erucæ modo sursum spectantibus. *Plin.*

LOCVS.

Nascitur sponte in campis cultis, & incultis. *Matt.*

QVALITATES.

Semen excalfacit, & siccat, abstergendi, digerendique nonnullam facultatem possidet. *Gal. 6. simp. m.*

VIRES.

In cibum sumpta; succos prauos procreat, & plus alit quàm rumex. DIOSC.

BLITVM, Græcis, Βλῖτον.] Arab. *Bachala, Iamenia, ſiue Bachale Aliamanie.*] Ital. *Blito, Biedone, & Bietolone.*] Germ. *Mayer.*] Hiſp. *Bredos.*] Gal. *Blette.*

BLITVM.

GENERA.

Matt. Duum eſt generum, Rubrum, & Album, & in rubri genere maius, & minus.

FORMA MAIORIS.

Idem. Rubrum maius, creſcit ad arbuſculæ magnitudinem, foliis & caule alterius longè maioribus: flore grandi, numeroſas veluti pãniculas fundente, cacuminibus deorſum ſpectantibus, atque rubentibus amaranthi ferè modo, caule brachiali craſſitudine, firmo, lignoſo ac ſtriato.

LOCVS.

Seritur in hortis, & viridariis, & habetur etiam fictilibus ad feneſtras opacandas.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Refrigerat, & humectat Blitum ordine ſecundo.

VIRES.

Gal. 2. de alim. fac. Plin. li. 20. c. 22. Sumitur in cibum, ſed ſtomacho infeſtum eſt. ¶Datur edendum aduerſus Scorpionum ictus, quinetiam ſuccus idem facit, cum vino potus. Illinitur ex oleo, ad lienis, & temporum dolores.

BLITVM rubrum minus, Græcis, Βλητὸν μίκρον.] Italis, *Blito, Bietone, aut Bietolone minore, & Geloſia.*

BLITVM RVBRVM MINVS.

FORMA.

Folia promit purpurea, amaranthi proxima, minus tamen rubeſcentia. Caulem quoque habet purpuraſcentem, ſtriatum, cubitalemque. flores edit ſpicatos, ſiue in racemi modum, pariter purpureos: Radicem multifidam, purpureo ſucco pregnãtem. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis, ac etiam in ijs ſponte prouenit. *Idem.*

QVALITATES.

Refrigerat, humectat, & emollit. *Idem.*

VIRES.

Auxiliantur peculiariter ad menſes remorantes prouocandos, molas, & ſecundas educendas, ſi fœminæ vapore decocti calidi ſuffiantur, adeò, vt vapor ad vterum aſcendat. *Matt.*

BLITVM album, Græcis, Βλῖτον λεύκον.] Italis, *Blito, Biedone, & Bietolone bianco.*

BLITVM ALBVM.

FORMA.

Matt. Folia profert Blito rubro minori ſimilia, ſubalbido colore. Flores & ſemen racematim tenuibus inſident ramuſculis, ex alarum cauis prodeuntibus, paniculaarum effigie.

LOCVS.

Matt. Sponte naſcitur in agris non cultis, ſecus itinera, ac etiam in hortis, & areis.

QVALITATES ET VIRES.

Idem. Iiſdem qualitatibus, & viribus pollet, quibus & cętera genera.

MALVA, Græcis, Μαλάχη.] Arab. *Chubeze, seu Chabazi.*] Italis, *Malba, & Malua.*] Germ. *Pappel.*] Hispanis, *Maluas.*] Gallis, *Malue.*

MALVA.

GENERA.

Vna hortensis, altera agrestis, & vtraque maior. Et minor. *Matt.*

FORMA.

Vulgaris adeo notitiæ malua est, vt eam calamo delineare opus non sit. *Idem.*

LOCVS.

Prouenit sponte, & sata quoque in hortis & viridarijs, & vbique. *Idem.*

QVALITATES.

Domestica quanto plus habet aqueæ humiditatis, quàm agrestis, tanto minus digerentis est facultatis. *Gal. 7. simp. me.*

VIRES.

Illinitur vtiliter ꝑ aculeatos apiũ, & vesparum ictus, nec ab his feriuntur, qui ea trita cum oleo fuerint peruncti. Sanat capitis vlcera, & furfures: medẽtur sacris ignibus, & ambustis decocta folia, & ex oleo illita. Eius decoctũ in sessione vuluas emollit, quin etiam clysmate infusum, uesicæ, & intestinorum erosiones sanat. Ius decoctæ vnà cum radice, bibitur vtiliter contra omnia venena, si continuò à bibentibus reuomatur. Contra phalangiorum ictus remedio est. Semen ex vino potum, lac euocat, vrinæ cruciatus tollit. ¶ Feruefacta folia in cibum apposita raucedines expediunt, ex sale autem, oleo, aut recẽti butyro aluum citant. Folia cum porris, & cæpis illita, præstant ad serpentium venenosorum morsus. Succus auribus instillatus dolorem sedat. Foliorum, & radicum decoctum ad lentorem usq; feruefactum datur potandum ægrè parturientibus magno iuuamento. Idem præstat succus selibræ pondere potus. Semen ex vino rubro potum, nauseam tollit. Cauliculi molles elixi, delibratiq;, comeduntur asparagorum modo, ad citandam aluum. In summa Malua ad multa vtilis est, ideoq; non immeritò antiqui Maluam Omnimorbiam vocauerunt. *Matt.* DIOSC.

MALVA Arborea, ſiue Malua maior. Græcis, Δενδρομαλάχη.] Italis, *Malba, ſiue Malua maggiore.*] Germanis, *Groſſen pappel.*] Gallis, *Malues de Iardin.*

MALVA ARBOREA.

GENERA.

Matt. Duum eſt generum. Polycaulon alterum, Alterum monocaulon.

FORMA.

Idem. Polycaulon folia gerit hortenſis Maluę grandiora ſubhirſuta, per ambitū hortenſis maluæ modo diuiſa, longisq́; pediculis appenſa. Stolonibus pluribus ab vna radice prodeuntibus, tricubitalibus, & quandoque maioribus, ſubhirſutis, baculi effigiem referentibus: floribus in ſuperiore parte caulium ſeſe pandentibus, roſarum modo amplis, & foliorum multitudine ſimilibus: colore in quibuſdam purpureo, in nonnullis candido. Et in quibuſdam ſubpurpuraſcente. Semen edit cęteris maluis ſimile, ſed maius: Radicibus nititur validis, & multifidis.

LOCVS.

Idem. Seritur in hortis, & viridariis, ac etiam in fictilibus, ad opacandas in ęſtate feneſtras.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Ea omnia facilè præſtare poteſt, quæ & cætera maluarum genera.

MALVA maior vnicaulis. Græcis, Δενδρομαλάχη μονοκαυλός.] Italis, *Malua Arborea, ſiue Malua maggiore, d'un gambo ſolo.*

MALVA MAIOR VNICAVLIS.

FORMA.

Grandeſcit arbuſculæ inſtar, caule ſimplici, magno, rotundo, baculi faciem referẽte, foliis amplis, raris, & quæ ad terrã ſunt, non vt in altera diuiſa ſpectantur: ſed tãtum per ambitum leuiter fimbriata. Ea verò, quę in caule ſunt, vulgaris maluæ modo diuiſa. Floribus, vt in altera roſę maioribus, & non vt in altera verſicoloribus, ſed in quibuſdã ſimplici omnino foliorum ordine, ſyluęſtris roſę modo, in aliis verò multiplici. Radice nititur firma, diuaricataque. Semine lupino maiori. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis, & viridariis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Præſtat ad omnia, ad quæ cætera Maluarum genera. *Idem.*

MALVA hederacea, siue Montana. Italis, *Malua ſaluatica montana.*

FORMA.

Matt. Folia profert oblonga Hederę helicis ferè modo, per ambitum sinuata, sed haud profundè diuisa: pediculis prælongis inhærentia, caulibus multis, lętis, ac folioſis: floribus, ac seminibus hortensis maluę.

MALVAE ALTERVM GENVS.

LOCVS.

Idem Prouenit sponte in altis montibus.

QVALITATES.

Idem Magis digerit quàm domestica, minusque humiditatis habet.

VIRES.

Idem Non differt viribus ab aliis Maluę generibus.

ATRIPLEX, Græcis, ἀτράφαξις, ἢ χρυσολάχανον.] Arabibus, *Cataf, siue Caraf.*] Italis, *Atriplice, Reppice, & Treppice.*] Germ. *Molten, seu Milten.*] Hisp. *Armoles.*] Gal. *Choux, Arroches, Bonnes, Dames, Folles, seu Femes.*

ATRIPLEX.

GENERA.

Trium est generum, Hortē se, Syluestre, Marinum: *Matt.*]

FORMA.

Hortēsis Atriplex folia mittit humotenus lata, in mucronē tamen desinētia, sagittarū instar, pinguia, succosa, colore ex viridi in luteū languescente: caulem rubrū, multis vndique adnatis ramis, qui ad quatuor cubitorū mensurā adolescit, semine spicato, pressis, tenuibusq; folliculis occluso. *Matt.*

LOCVS.

Seritur à ruricolis in hortis, & in campis. *Matt.*

QVALITATES.

Humida, & frigida temperie est. Humida quidem secūdi ordinis à mediis, frigida verò primi, quā vtiq; tepidā esse caliditatē dicimus. cuiusmodi in rosis inest, non tñ adstrictionis est particeps, sed aquea est, et minimè terrena: Hortēsis itaq; tū humidior est, tū frigidior syluestri, & paululū omnino est, quod digerendi vim obtinet. Semen aūt abstergendi vim habet. *Gal. lib. 6. s.m.*

VIRES.

Panos discutit si cruda, siue cocta illinatur. Semen cum aqua mulsa potum, regium morbum sanat. ¶ Idem potum vomitiones ciet, & aluum exoluit: Estur herba cęterorum olerum modo. DIOSC. *Matt.*

ATRIPLEX ſylueſtris, Græcis, ἀτράφαξις ἀγρία.] Italis, *Reppice ſaluatico.*] Germanis, *Vuild milten.*] Gallis, *Arroches ſauuages.*

ATRIPLEX SYLVESTRIS I.

GENERA.

Matt. Trium eſt generum foliorum diuerſitate diſſimilium.

FORMA.

Primum genus folia edit hortenſi haud diſſimilia, minora tamen, & quæ ad terram ſunt per ambitum laciniata, ſub albicãtiaq́; : caulem ſeſquicubitalẽ, ramoſum, ac etiam ſtriatum; ſemẽ racemoſum, & exile: Radicibus nititur numeroſis, ac tenuibus.

LOCVS.

Naſcitur ſponte cùm in hortis, & vineis, tum ſecus itinera, & locis incultis, & campeſtribus.

QVALITATES, ET VIRES.

Gal. 6. ſimp. m. Humida eſt, & frigida, ſed minus quàm hortenſis. Itaque aliquantulo plus digerit.

ATRIPLEX SYLVESTRIS II.

wild Melden 2tes and großer.

FORMA.

Foliis exit latiorib⁹, quercus modo per ambitū inciſis, ſubalbicantibus. cætera cum altera paria ſunt.

LOCVS.

Naſcitur prope vrbium mœnia, & locis quoque aliis incultis.

QVALITATES, ET VIRES.

Eędem illi ſunt qualitates & vires, quæ priori.

ATRIPLEX SYLVESTRIS III.

FORMA.

Matt. Folia habet lata, viridia, carnoſa, per ambitū laciniata, & in acutum deſinentia: ſemē racemoſum, cęteris minutius, caule ramoſo, firmo, atq; ſtriato.

LOCVS.

Idem. Naſcitur intra, & extra vrbium, & oppidorum mœnia, & in areis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Viribus præſtat, quibus, & præcedentes.

ATRIPLEX Marina, Græcis, ἀτράφαξις θαλασσία.] Italis, *Atriplice, siue Reppice marino.* Ger. Wermilch.

ATRIPLEX MARINA.

FORMA.

Caules humi repunt, in quibus folia exeunt albicantia, spanachij oleris figura, minora tñ, salso sapore: Semẽ profert in caulium summitatibus racemosum, radicẽ diuaricatam, multifidamque. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur sponte maritimis locis; non procul à litore. *Idem.*

QVALITATES.

Abstergit magis quàm cætera genera, magisque aluum citat, & digerit. Incidit, attenuat, liquat, à putredine vindicat, aperit, & abradendo expurgat. *Matt.*

VIRES.

Humentem ventriculum siccat, hydropicos iuuat, pingues extenuat. *Idem.*

SPANACHIVM, Græcis, Σπαναχίον.] Italis, *Spinace.*] Germanis, *Spinat.*] Arabibus, *Spanach.*] Gallis, *Eſpinoches, ſiue Eſpinars.*

Spinatgraut.

SPANACHIVM.

FORMA.

Matt. Naſcitur ſeptem diebus, à ſatione, foliis primùm triquetris, quæ deinde in ſagittę formã exeunt, mox à pediculo intybę ſylueſtris modo lacinia ta euadunt. Exigua nititur radice, tenuibus capillamentis librata, caule cubitali, & quandoq; maiori, inani tamen. flores gerit in vertice rotũ dos, paruos, herbaceoſque, racematim cohærẽtes; ſemen aculeatum, anguloſumq;.

LOCVS.

Idem. Seritur paſſim in hortis cę terorum olerum modo.

QVALITATES.

Matt. Humidum eſt, & frigidũ ordine primo, nec omnino vacat nitroſa qualitate.

VIRES.

Serap. Aluum emollit, ſed flatus gignit. Succus foliorũ potus, præſtat ad ſcorpionum, & phalangiorum ictus. Incibum deuoratum, lenit exaſperatas arterias.

KALI ita Mauritanis vocata. Italis, *Soda*. Ger. Salzkraut.

KALI.

FORMA.

Cũ primũ è terra emergit folio eſt tereti, minori ſedo non abſimili, ſubinde verò creſcens, caule erecta geniculato, nõ multo poſt tempore, in digitalem ferè longitudinem adoleſcit. cùm verò magis adoleuerit, è geniculis folia emittit pinguia, craſſaque, canaliculata, & ex lata origine in mucronem deſinentia. Vbi deniq; planta adulta ſeneſcit, folia in caulium cacuminibus longè minora, exilioraq; conſpiciuntur, rufo colore, è quorum origine exiles pilulę ꝓdeunt, in quibus minutum reſidet ſemen; caules illi ſunt pingues, & rufeſcentes. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur circa Salinas, in maris littore. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Sapor vniuerſæ plantæ ſalſus. Itaque excalfacit, adſtringit, diſſoluit, attenuat, contrahit, & deſiccat citra apertam caliditatem, aut ſiccitatem. Huius cinere vtuntur ad vitra conficienda, qui vitriariam artem exercent. *Idem.*

BRASSICA læuis, Græcis, Κράμβη λεία.] Arabib. *Corumb, ſeu Karumb.*] Italis, *Cauolo liſcio, ſiue Verza liſcia.*] Germanis, *Koël.*] Gallis, *Choux Vers, aut Choils.* Hiſpanis, *Colhes, ſeu Couues.*

BRASSICA LAEVIS.

FORMA.

Matt. Folio exit grandi, ima parte vtrinque diſſecto, per ambitum fimbriato, læui, pinguiq́ue. caule breui, firmo, ſubalbicante, alba intus medulla. Flores edit melinos, & ſemen rapi ſimile, ac ſimilibus quoq; ſiliquis incluſis, ſubrufo calore, & ſubamarum.

LOCVS.

Idem. Seritur paſſim in hortis.

FACVLTATES.

Gal. 7. ſimp. me. Deſiccandi vim habet, non tamen admodum acrem, quin etiam emolliendi, glutinandi, & abſtergendi.

VIRES.

DIOSC. Cæcutientibus, & tremulis deuorata prodeſt. Summo cibo ſumpta crapulam diſcutit, & vini noxam reſtinguit. Crudus ſuccus cum nitro, & Iride deuoratus, aluum emollit, ex vino verò potus, viperarum morſibus auxiliatur. Cum fœnogræci farina, podagris, & articulorum vitiis cõmodè illinitur. Prodeſt ſordidis, & vetuſtis vlceribus. Caput purgat naribus infuſus; Menſes trahit cum̃ loliacea farina inditus. Illita folia per ſe, aut cũ polenta, conferunt inflammationibus, & tumoribus, & ignẽ ſacrum, lepraſq́; ſanant, carbunculos ex fele rumpunt, fluentes capillos retinent. Ex melle cocta valent ad depaſcentia vlcera, gãgrenaſq́ue. Cruda ex aceto lienoſis proſunt. Manſa, & exucto ſucco retuſam vocem inſtaurant. Decoctum eorum potum aluum, & menſes ciet. Semen potum tineas ventris pellit; lentigines, alphosq́; illitum in facie purgat, caulium cinis adipe ſuillo exceptus; illinitur vtiliter ad diuturnos laterum dolores: Braſſica leuiter feruefacta aluum citat deuorata, percocta verò ſiſtit.

BRASSICA crispa, seu Sabellica. Græc. κράμβη δυλης.] Italis, *Cauolo crespo, seu Verza crespa.*

BRASSICA CRISPA.

FORMA.

Caule exit firmo, nodoso, è quo folia numerosa exeunt, lata crispaque, & quæ in medio sunt, crispiora, albicantia, & in orbem conglomerata, tenera, & in cibis grata. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis perinde, ac altera. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Præstat ad ea omnia, quorum in lęui Brassica memorata. *Idem.*

BRASSICA capitata, Græcis, Κράμβη κεφαλωτὴς.] Italis, *Cauolo Cappuccio.*] Germanis, *Cops, Kraut.*] Gallis, *Choux, Cabuz.*

BRASSICA CAPITATA.

FORMA.

Matt. Folia fert primùm ampla ſubrotunda, à pedamentò in girum ſeſe fundentia, quæ deinde in orbẽ capitatum, ac ſolidum conglomerantur, qui in aliquibus rufeſcit. in quibuſdam albicat, in nonnullis vireſcit.

LOCVS.

Idem. Seritur in Germania in cãpis. In Italia verò in hortis.

QVALITATES, ET VIRES.

Matt. Viribus ab aliis braſſicis non differt, niſi quod in cibis nocentior habeatur.

BRASSICA marina, Græcis, Κράμβη θαλασσία.] Italis, & Officinis, *Soldanella.*] Gallis, *Chou de mer.* Grr. Wirsing od soldanella.

BRASSICA MARINA.



FORMA.

Facie à satiua prorsus abhorret: nanq; folia fert Aristolochiæ rotundæ similia, sed parua, singula à ramis rubentibus exeuntia singulari, vt hędera, pediculo, lacteo succo prægnantia, salso gustu, & aliquantum amaro. ¶ Flores fert læuis smilacis vulgaris haud absimiles, calathi effigiem referentes. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit sponte locis maritimis, & præsertim in litoribus Venetis, & Aquileiensibus. *Matt.*

QVALITATES.

Cùm subsalsa, & subamara sit, sanè etiam ad externos corporis vsus idonea fuerit, & ad omnia, ad quæ tales qualitates, accommodantur. *Gal. lib. 6. sim.*

VIRES.

Herba in totum stomacho inimica, acris, ciet aluum vehementissimè in cibo cocta, & coquitur propter acrimoniam cum pingui carne. DIOSC.

¶ Præstat eius decoctum potum, cum Rhabarbaro, ad pellendas hydropicorum aquas. Idem facit foliorum siccorum puluis, addito rhabarbaro, & cubebis, pluries ex vino potus. *Matt.*

NOMINA.

BETA alba, Græcis, τεῦτλον λεῦκον.] Arabibus, *Decka, siue celb.*] Ital. *Bietola.*] Germ. *Mangold, siue pieſſen.*] Hiſp. *Aſelgas.*] Gal. *porree.*

BETA ALBA.

GENERA.

Matt. Trium eſt generum, Alba, nigra, & rubra.

FORMA ALBAE.

Alba foliis prouenit cæteris grãdioribus atriplicis aut hortenſis rumicis ferè ſimilibus, per ambitum leuiter fimbriatis, caulem gerit bicubitalem, ſtriatumque: flores exiguos, ſublutei coloris: ſemen copioſum, inæqualiter rotundum, ac ſubaſperum: radice alba, raphani modo longa, ac etiam tenera.

LOCVS.

Idem. Seritur paſſim in hortis.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. Nitroſę facultatis particeps eſt, qua tum digerit, tum extergit, & per nares purgat. Cocta nitroſitatẽ oẽm exuit, fitque facultatis leuiter digerẽtis. Porrò ad detergendũ, dirigendũq; validior eſt alba, q̃ nigra. ſuccus abſterſorius eſt.

VIRES.

DIOSC. Succus naribus inditus caput purgat: aurium doloribus auxiliatur radicis decoctum, & foliorum: furfures, lendesq; detergit: pernιones fotu mitigat. Crudis foliis vitiligines nitro antea perfrictas, alopeciarũ inanitates, ſcalpello prius exaſperatas, atque depaſcentia vlcera illini prodeſt. Eruptionibus papularum, igni ſacro, ambuſtisq; cocta medetur. ¶ Huius ceu aliorum olerum exigua eſt alimonia. iecoris obſtructionibus aptius, quàm malua accõmodatur: magis autem, vbi cum ſinapi, aut aceto eſtur, lienoſos item ſimiliter manducata mirificè iuuat. Iure enim quis ipſam medicamentum potius, quàm alimentum dixerit.

Gal. 2. de alim. fac.

BETA nigra, Græcis, τεῦτλον μέλανον.] Arabibus, *Decka, & celb.*] Italis, *Bietola nera.*] Germanis, *Sborz mangold, & Pieſſen.*] Hiſp. *Aſelgas.*] Gallis, *Ioatre, reparee, ſi ue porree.*

BETA NIGRA.

FORMA.

Foliis, caule, floribus, ſemine, ac radicibus prouenit albę ſimilibus, paulò tamen minoribus, & nigricantibus foliis. *Matt.*

LOCVS.

Seritur cum alba promiſcuè in hortis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Viribus ab alba paulò diſtat, attamen coquitur cum lenticula ad cohibendam aluũ, id quod magis præſtat eius radix. DIOSC.

BETA rubra, Græcis, τεῦτλον ἐρυθρέον.] Italis, *Bietola roßa.*] Germanis, *Rot mangold.*

BETA RVBRA.

FORMA.

Idem. Foliis prouenit cæteris anguſtioribus, durioribus, rubentibusq; : radice rapi longi modo craſſa, ſanguinolenta, adnatis circumquaque pdeuntibus: caulæ verò, pariter rubente, ſemine cæteris ſimile.

LOCVS.

Idem. Seritur paſſim in Germania in hortis.

QVALITATES, ET VIRES.

Matt. Nõ adeò multùm differt ſuis in qualitatib⁹, ac viribus à cæteris generibus. Hanc Germani hyeme, aut elixant in aqua, aut cineribus calentibus coquunt, & exutis ſubinde corticibus, incidunt, & in acetariis, aſperſo pipere, concinnant ad eſum. Quin etiam ſemicoctas in aceto, & ſale diu aſſeruant, & cum aſſis carnibus vorant.

PORTVLACA, Græcis, ἀνδράχνη.] Arabibus, *Bakleancha, seu Bachele Alhanicha.*] Italis, *Portulaca, Procacchia, siue Porcellana.*] Germanis, *Burtzel Kraut.*] Hispanis, *Verdolagas, & Baldroegas.*] *Gallis, Porcelaine, Pourpier, siue Pourchaille.*

PORTVLACA DOMESTICA.

GENERA.

Duum est generum, satiua, & syluestris.

FORMA.

Satiuæ folia insunt latiora, pinguia, crassa, splendentia, & à tergo candicantia, gustu acido, & austero: caulem edit crassum, glabrum, erectum, subpurpureū atque pinguem: semine nigro, exiguo, in herbaceis calyculis incluso. Radice multifida. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis passim ab olitoribus.

QVALITATES.

Frigida, & aquea temperamento est; refrigerat quidem ordine tertio, humectat verò secundò, viscosum etiam quiddam obtinet. Succus magis adstringit, quàm herba, quæ succum gignit modicum, eumq; frigidū, humidū, & glutinosum. *Gal. 6. simp. me.*

VIRES.

Portulaca cum hordei farina capitis doloribus, & oculorum inflammationibus vtiliter imponitur: Quin etiam ventriculi ardoribus, igni sacro, vesicæ doloribus auxilio est, commanducata dentium stuporem sedat: stomachi, & intestinorū æstuationem, fluxionesq; mulcet. Veneris impetus coercet. Succus epotus simili effectu prodest. Contra teretes ventris tineas, cruentam excreationem, dysenteriam, hemorrhoidas, & profluuia sanguinis, percocta efficax est: ocularibus medicamentis vtilissimè cōmiscetur. Interaneis fluxione laborantibus, atq; vuluarum erosionibus, infunditur: contra dolores æstu excitatos, caput ex rosaceo, & oleo fouetur: eruptiones papularum in capite, cum vino emendat: vulneribus ad syderationem spectantibus vtiliter illinitur. ¶Fluxiones calidas omnes repellit, & in febribus hecticis totis hypocondriis illinitur, confert muliebri profluuio tum herba ipsa deuorata, tum eius succus potus. ¶Præciduo vmbilico etiam imponitur. sanat quoq;, & mammarum, & podagræ inflammationes. DIOSC. *Gal. 6. simp. me. Plin. lib. & capite* xx.

PORTVLACA ſylueſtris. Græce, ἀνδράχνι ἀγρία.] Italicè, *Prochachia, & porcelana ſaluatica, & parimente graſſola,*

Ger. wild purſlain.

PORTVLACA SYLVESTRIS.

FORMA.

Matt. Portulaca, quæ ſponte naſcitur, caulibus exit rotundis, lentis, pinguibus, rufeſcentibus, humi ſeſe diffundentibus, folia gerit alteri ſimilia. ſed minora, oblongiora, numeroſioraque: cętera conſimilia ſunt.

LOCVS.

Idem. Prouenit in hortis, vineis, cāpis, & agris incultis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Non differt à domeſtica, niſi quòd adſtringenti vi, paulò ſit potentior, atque etiam non nihil minus humectat. Ruricolę integras plantas elixant: & deinde in ſole ſiccant. & ad hyemales cibos aſſeruant.

ASPARAGVS, Græcis, ἀσπαράγος.] Mauritanis, *Halion, siue Helium.*] Italis, *Asparago.*] Germanis, *Spargen.*] Hispanis, *Esparagos.*] Gallis, *Esparge.*

ASPARAGVS.

GENERA.

Duplex habetur, Altlis, & spōte nascens. Huius tria visuntur genera nempe Palustre, Græcis, ἕλειος vocatum, Montanum, & Petręum, corruda, propriè dictum.

FORMA.

Thyrsum is primū, siue germē à radicibus mittit tenerum, cacumine crassiore in acutū desinente, perinde ac Orobāche, qui tandem, auctus, in ramos sese explicat, in qbus folia sunt capillacea, fœniculo breuiora, tenuioraq;. Florem edit exiguum, quo flacce scente, baccæ subsequuntur, primū virides, & deinde rufescentes. Radice nititur circa caulem spongiosa, à qua numerosæ oriuntur fibrę elleb ori modo, albicantes, crassioresq;, vt in ruscо. *Matt.*

LOCVS.

Altilis passim in hortis colitur. *Matt.*

QVALITATES.

Abstergendi vim habet, idque citra manifestam, aut caliditatem, aut frigiditatem. *Gal. lib. 6. s.m.*

VIRES.

Huius teneri cauliculi triti in vino albo, renum dolores sedāt. Assus autem, siue coctus vrinæ stillicidium, difficultatemq;, ac dysenterias mitigat. Radix cum vino, aut aceto cocta, luxatos artus mulcet. Decocta cum ficis, aut ciceribus, sumpta, regium morbum sanat, coxendicis cruciatus, stranguriamque leuat. ¶ Seruntur ad esum, nam non ingratus sunt cibus, siue in acetariis, siue dum calescunt, aspersо modicо sale, recentique butyro, cum pipere deuorentur. DIOSC. *Matt.*

ASPARAGVS ſylueſtris, Græcis, ἀσπάραγος ἀγρίος.] Italis, *Aſparago ſaluatico*. Ger. Wild Sparagel.

GENERA.

Tria (vt in altili diximus) huius habentur genera, Paluſtre, Montanum, & Petræum, Corruda vocatũ.

ASPARAGVS SYLVESTRIS.

FORMA.

Matt. Mõtanus, & Paluſtris, facie vix ab altili differũt. Corruda verò caule exit lignoſo poſtq̃ adoleuit, flexiliq́;, folijs exiguis, præduris, & aculeatis. huius cauliculi prima germinatione etiam in cibis veniunt. ſed cæteris tenuiores ſunt, et amariuſculi: quo fit, vt ét ingratiores habeãtur in cibis.

LOCVS.

Idem. Mõtanus, in montibus, Paluſtris, in paludib⁹, & Petræus, ſiue Corruda, ſaxoſis locis, & in ſepibus, prouenit.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Paluſtris, & Montanus eadẽ oĩa poſſunt, quæ altilis, nec imbecilliores, nec valẽtiores vires habent. Cęterùm Corruda ob manifeſtam, quam poſſidet amaritudinem, longè magis aperit, prouocat, & abſtergit, id quod manifeſtè patet ex fœtida quã ciet vrinam.

APPENDIX.

Idem. Naſcentur tibi Aſparagi altiles totius anni decurſu, ſi, vbi fructum legeris, radices, quæ ſummo ceſpite vagantur, circumfoderis, ac aperueris.

PLANTAGO, Græcis, ἀρνόγλωσσον.] Arabibus, *Liſen, aut Leſan alhamel.*] Italis, *Piantagine, ſeu Centinerbia.*] Germanis, *Vuegerich.*] Hiſpanis, *Lhantem, ſiue Tamehagem.*] Gallis, *Plantain.*

PLANTAGO MAIOR.

GENERA.

Plantaginis tria obſeruauimus genera, nempe maius, medium, & minus, quod quidam longam Plantaginem vocant. ſunt etiam, qui aquaticam addant, de quibus omnibus ſpeciatim dicemus.

FORMA.

Maior, latior, virentiorq; cæteris habetur, latis cõſtans foliis, oleracei generis, neruis ſeptem, & quandoque pluribus ſecundum longitudinem excurrentibus, quo fit, vt à nonnullis ſeptineruia vocitetur, Huius caulis cubiti altitudinem petit, & à medio ad verticẽ, tenui ſemine circundatur. Radicibus nititur teneris, hirſutis, candidis, digiti craſſitudine. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur plurimùm in lacunoſis, & humectis locis, in Plateis, in areis, & ſecus itinera, & ſepes.

FACVLTATES.

Miſtæ eſt temperaturæ: habet enim quiddam aqueum frigidum, quid dã verò, & auſterum, id quod terreum eſt ſiccum, frigidum. Itaq; refrigerat ſimul, & deſiccat ordine ſecundò. ſemen eius, & radix ſimilis ſunt facultatis, niſi quòd ſiccioris, & minus frigidæ. Sed ſemen ſubtilium etiam eſt partium: radices verò craſſiorum. folia autem exiccata tenuioris, & minus frigidæ facultatis ſunt. *Gal. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Folia malignis omnibus vlceribus, & fluxioni opportunis, atq; elephanticis, ſordidisque illita proſunt: profluuia ſanguinis, ſerpẽtia vlcera, carbunculos, nomaſq; cohibent: vetera vlcera, & inęqualia cicatrice obducunt: chironia ſanant: ſinus conglutinant: canum morſibus, ambuſtis igni, inflãmationibus, panis, parotidibus, ſtrumis, ægilopiis illita cum ſale proſunt. Folia cocta cũ aceto, & ſale dyſentericos, cœliacosq; iuuant: Eſtur in Betæ locum olus ipſum, cũ lenticula coctum, ad aquam intercutem, quam leucophlegmatiam vocant: foliorum ſucco vtiliter os colluitur ad ſananda eius vlcera: gingiuis cruentis, & ſanguinis reiectionibus in potu confert. Clyſtere dyſentericis infunditur: valet ad vuluæ ſtrangulationes, cum vellere ſuppoſitus: ſemen ex vino potum alui fluxiones, & ſanguinis excreationes ſiſtit. manſa radix dentium dolores ſedat: eadem cum foliis vtiliter in paſſo datur ad vlcera, tum renum, tum etiam veſicæ. DIOSC.

PLANTAGO Media, siue minor, Græcis, ἀρνόγλωσσον μικρὸν, siue μέσον.] Italis, *Piantagine minore*.

PLANTAGO MEDIA.

FORMA.

Matt. Folia habet angustiora, minora, molliora, læuiora, & tenuiora, caulículo est anguloso, in terram inclinato, floribus spicatis, pallidis, pilosisq; : semine summis caulibus emicante : radicibus multifidis, tenuibus, albicantibusque.

LOCVS.

Idem Nascitur, & hęc perinde, ac altera plurimùm humectis, & vliginosis locis, in hortis, & secus vias.

FACVLTATES, ET VIRES.

Iisdem pollet facultatibus, & viribus, quibus, & maior.

PLANTAGO longa, Græcis, ἀρνόγλωσσον μακρόν.] Italis, *Piantagine longa, siue lanciola.* Ger. Spitzigen Wegrich.

PLANTAGO LONGA.

FORMA.

Folia gerit longa, cuspidis lanceæ modo, vnde illi nomen, striata, neruosaq;, humi accubantia: caules, flores, semina, ac etiam radices mediæ plantaginis, omnino similia. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur locis incultis, ac ferè vbique.

QVALITATES, ET VIRES.

Nõ differt facultatibus, & viribus ab aliis generibus, nisi quòd minus humidas qualitates habet. *Idem*

PLANTAGO aquatica ita recentioribus appellata, Græcis, *incognita.*] Officinis, *Barba ſyluana.*] Italis, *Piantagine aquatica.*

Germ. Waſſerwegrich

FORMA.

Matt. Foliis eſt hęc Planta, cæteris craſſioribus, carnoſioribus, robuſtioribus, ac lęuioribus ex lata origine in acutũ deſinentibus, lanceæ cuſpidis modo, caulẽ gerit cubito longiorẽ, ramoſum, vbique floſculis candidis refertum, radicibus nititur numeroſis, albicãtibus, ellebori modo.

PLANTAGO AQVATICA.

LOCVS.

Idem Naſcitur tantũ in aquoſis, & paluſtribus.

QVALITATES, ET VIRES.

Matt. Cum neminem antiquorum habeam, neque apud Græcos, neque apud Mauritanos, aut Latinos, qui huius Plantæ meminerit, nec de eius viribus aliquid ſcriptum reliquerit, nihil ſanè habeo, quod de eius viribus tuto in mediũ afferre poſſim.

CENSVRA.

Idem Non deſunt, qui hanc Plantam Damaſonium, ſiue Alyſmam eſſe autument. Atqui proculdubio falluntur.

SIVM Græcis, Σίον.] Mauritanis, *Rocathalmi, & Inhamehanella, seu Hamehanella.*] Italis, *Sio, & Gorgolestro.*] Germanis, *Vuassermerck.*] Hispanis, *Rabacas.*] Gallis, *Berle.*

wasserpfeffig, frösepfeffig.

SIVM VERVM.

FORMA.

Sium, caule exit recto, expãsis foliis, per ambitum serratis, smyrnio similibus, sed minoribus, & odoratis: vmbellas profert in summis caulib⁹, floribus albis, semine odorato, anisso non dissimili. *Matt.*

LOCVS.

In scaturientium fontiũ riuis, quorum aquæ hyeme calent, æstate verò frigent, plurimum nascitur, ferè semper vnà cum Sisymbrio aquatico. *Gal. 6. simp. m.*

QVALITATES.

Quãtum gustu Siũ odoratum est, tantũ etiã excalfacientis facultatis est particeps. *Gal. li. 1. simp. me.* DIOSC.

¶ Cruda folia coctave esu, calculos rumpũt, atque excernunt, vrinas cient, menses, & partus extrahunt, dysentericis in cibo auxiliantur. ¶ Hepatis obstructiones quoque expedit, vniuersę plantę decoctum potum, auriginem tollit, hydropicos iuuat. idem, aut ipsa herba deuorata, visum acuit. *Matt.*

CENSVRA.

Errant, qui Plinium secuti, aquaticum Sisymbrium Sium esse censent.

SIVM vulgare. Italis, *Sio falso*. Ger. Wasserpfeffig Sel ander?

SIVM VVLGARE.

FORMA.

Matt. Caulem edit ſtriatū, ramoſum, inanem, tenerum, fragilemque: folia gerit apij, non inſuauia, floſculos in ſummitate albos, ſemine corniculis incluſo, paruo, minutoque: radice ſuperuacua.

LOCVS.

Idem. Prouenit tantum in aquis decurrentibus, perinde ac Sium verum.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem. Excalfacientis eſt facultatis, quæ tamen imbecillior illi eſt, quàm legitimo Sio.

SYMBRIVM ſatiuum, ſiue hortenſe, Græcis, Σισύμβριον ἥμερος.] Ital. *Siſembro domeſtico, Balſamita, ſeu mentha creſpa.*] Germ. *Cozenbalſam.*

SISYMBRIVM HORTENSE.

GENERA.

Trium eſt generum. Hortẽſe, Sylueſtre, Aquaticũ. *Matt.*

FORMA HORTENSIS.

Folia profert circinnata, vulgaris menthæ latiora, rotundioraq;. criſpa tamẽ: caulem edit quadrangulũ, & flores ſpicatos: folia mẽthæ acriora, odoratioraque. *Idem.*

LOCVS.

Seritur in hortis ferè omnibus. *Idem.*

QVALITATES.

Tenuiũ eſt partium, excalfaciens, & exiccans in fine ſecundi ordinis, aut in principio tertij: attenuat, digerit, reſoluit, aperit, incidit, & prouocat. *Idem.*

VIRES.

Flatus, & lumbricos pellit, tũ herba ipſa in puluerẽ trita, tum eius decoctũ potũ: valet ad veteri inflationes, ſi vnà cũ parthenio in calenti tegula calefactũ, & odorato meraco aſperſum, imo ventri applicetur: valẽtius quoq; vterinis doloribus puerperarum ſubuenit, ſi cum parthenio, artemiſia, & anthemidis floribus, tenuiter conciſum: tribus aut quatuor ouis excipiatur, & deinde in patella cũ oleo lilino ad ignẽ fiat placenta, & calida ventri medio applicetur. Illinitur tã recens, q̃ ſiccũ calefactum, & Cretico vino aſperſum, cœliacis, & ventriculi doloribus à flatu prouenientibus. Succus teſtibus illitus, nocturnas pollutiones cohibet. *Idem.*

SISYMBRIVM ſylueſtre, Græcis, Σισύμβριον ἄγριον.] Italis, *Siſembro ſaluatico.*] Arabibus, *Siſnabarion, ſeu Siſnabar.*

Ger. Wassermünz, Barsmünz &c wild geschlecht.

SISYMBRIVM SYLVETRE.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Prouenit menthæ hortē ſis ſimilitudine, odoratius tamen, & folio latiore: caule quadrāgulari, radicibus longè vagantibus, tenuibus, villoſis.

LOCVS.

DIOSC. Naſcitur inculto ſolo.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. Tenuium eſt partium, digerentis, excalfacientis, exiccantis facultatis, & temperaturæ in tertio ordine. ſed & ſemen eius tenuiū partium eſt, & calidum.

VIRES.

DIOSC. Bibitur ſemen eius contra ſtillicidia vrinę, calculosq;: idem tormina, & ſingultus ſedat: folia in capitis dolore à pituita genito, fronti aut temporibus illinuntur. Item contra veſparum, apiumque ictus. vomitiones potu quoque cohibet.

SISYMBRIVM aquaticum, Græcis, Σισύμβριον ἑτέρον.] Officinis, & Barbaris, *Senetion.*] Italis, *Creſcione.*] Germanis, *Brum Kreſſen, ſeu Vuaſſer kreſſen.*] Hiſpanis, *Berros, aut Agriris.*] Gallis, *Creſſen.*

SISYMBRIVM AQVATICVM.

FORMA.

Folia promit primùm rotunda, adulta erucę modo finduntur. DIOSC

LOCVS.

Riguis gaudet, & iiſdem locis, quibus Sium. *Idem.*

QVALITATES.

Naſturtio ſimile quiddam guſtu prę ſert: cùm ſiccum eſt, tertij enim eſt ordinis excalfacientiũ, & deſiccantium: cùm verò humidum eſt, & viride, ſecundi. *Gal. lib. 8. ſ. m.*

VIRES.

Vrinas mouet: eſtur crudum. purgat lentigines, cutisque vitia in facie, noctibus impoſitum, matutinisque detractum. ¶Cum raphano omni, & petroſelini radicibus ſectum, & ex albo meraco, & butyro calefactum, calidumque pubi admotum vrinas educit, ac trahit. Sincipiti illitus veternoſos iuuat, & præſertim foliorum ſuccus. DIOSC. *Matt.*

SISYMBRVM aquaticum minus, Italis, *Creſcione minore*.

SISYMBRIVM AQVATICVM ALTERVM.

FORMA.

Matt. Folia, & caules edit longè minores, ramulis numerosis: floribus puſillis, tenuibus albicantibus, in cacumine tantum comantibus.

LOCVS.

Idem. Non ſolũ in riguis, & aquoſis prouenit, ſed etiam in hortis, & ſecus itinera.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Imbecillius eſt altero: nanque minus excalfacit, & ſiccat: vbi verò alterum non ſit ad manus, hoc vti pręſtabit.

CRITHMVM, Græcis, Κριθμὸν.] Italis, *Crithmo, Finocchio marino, & herba di San Piero.*] Germanis, *Baulen, & Meer Fenichel.*] Hiſpan. *Perexil de la mar, & Vnhas de agnula yerua.*] Gallis, *Baſſille, & Fenoil marin.*

CRITHMVM I.

GENERA.

Quatuor habentur genera, quorũ tria Marina ſunt, & quartum terreſtre. *Matt.*

FORMA PRIMI.

Planta eſt fruticoſa, & vndique folioſa, cubiti altitudinem ferè petens, foliis pinguibus, Portulacæ ferè modo, ſed lõgioribus, latioribus, numeroſis, albicãtibus, ternis ex vno petiolo dependentibus, ſalſo guſtu, flores in vmbellis qñq; eãdidi qñq; lutei ſpectãtur, è qbus ſemẽ oritur, ceu Roſmarini, odoratum, molle, rotundum, in quo nucleus tritici effigie, radices fundit tres, aut quatuor, digiti craſſitudine, odoris grati, & iucundi. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in maritimis, petroſis locis. ¶ Scopulis, & rupibus, in ipſis maris littoribus. DIOSC. *Matt.*

FACVLTATES.

Guſtantibus ſalſum quodãmodo eſt, cum paucula amarita te, quamobrem facultas illi eſt, tum exiccandi, tum abſtergendi: vtraque tamen in eo eſt imbecillior, quàm in amaris. *Gal. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Radix, ſemen, & folia incocta vino, potu vrinæ difficultati, & regio morbo auxiliantur, menſes cient, & aluum citant. ſemen ex vino potum, flatus pellit. DIOSC.

CENSVRA.

Qui credunt Crithamum marinum, eſſe Empetron, manifeſto errore cecutiunt.

NOMINA.

CRITHMVM ſecundum, Italis, *Crithamo ſecondo*.

Der Anderſonige das andere geſchlecht

FORMA.

CRITHMVM II.

Matt. Non valde differt à primo, niſi quòd foliis eſt anguſtioribus, mucronatis, atq; pungẽtibus, ſalſo, amariuſculo, & acuto ſapore: caulibus verò prægnantioribus, ſuccoſioribus, vegetioribuſq;, in quorum cacumine ramuli exeũt bini, terni, quaternive, ſuas ſinguli vmbellas ferentes, albis floſculis refertas, è quibus ſemen oritur fœniculo quadantenus ſimile, cui radicẽ quoque, non abſimilem habet.

LOCVS.

Idem. Iiſdem prouenit locis in maris littoribus.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem. Ea omnia præſtare poteſt, quæ primum Crithmi genus, niſi quòd vim aliquam inciſiuam habere videtur.

CRITHMVM tertium, Italis, *Crithamo terzo*.

CRITHMVM III.

FORMA.

Planta est fruticosa, plures ab vna radice emittens caules, rectos, circa quos totos folia habentur, per interualla, plura ex vna origine gregatim prodeuntia, longiuscula, crassa, & salso etiã gustu: sub horum exortu peculiare quoddam erũpit folium cæteris duplo longius, è quo ꝑpè caulis cauitatẽ petiolus exit, ex quo sex septemve folia breuiora produntur. flores fert in cacumine orbiculatos, villososq;, pallido colore, radice nititur longa, tereti, non sine adnatis. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in littore Maris, locis planis, non cliuosis. *Idem*

FACVLTATES, ET VIRES.

Ea omnia potest, quibus pollere cętera genera diximus. *Idem*

CENSVRA.

Subscribam ego illis nunquam, qui hanc quoque plantam Empetron nominant. *Idem*

CRITHMVM quartum. Italis, *Crithamo terrestre*.
Ger. Wurtzmirgel das Dritt geschlecht.

CRITHMVM IIII.

FORMA.

Foliis prouenit longis, angustis, firmis, ternis ex vno petiolo, ipsoq; longo prodeuntibus, vtrinque denticulatis falcis frumentariæ modo. Cæterùm quę in cauliũ summis partibus habẽtur, minora, breuioraq; sunt. caulẽ gerit ramosum, alis concauum, geniculatũq;: in cuius summitate ramuli exeunt diuulsi, in quibus floridæ, albicantesque sunt vmbellæ, quę postremò semen oblongũ, acre, & odoratum mittunt: tota planta gustu salsuginoso percipitur, atq; amariusculo, vt cætera Crithami genera, quanquam non adeo vehemẽti. Radice coheret pastinacæ maiore gustãti dulce, atq; subacri, odorata.

LOCVS.

Nascitur copiosa in Boemia in agro Pragensi, non solùm inter segetes, sed in agrorum marginibus, ac etiam aliis in regionibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Aperit, digerit, excalfacit, siccat, & mediocriter incidit.

CORONOPVS, Græcis, Κορονόπους.] Italis, *Herba ſtella.*] Germanis, *Kraen fouſs.*] Hiſp. *Guiabelba.*] Gallis, *Corn de Cerf, ſiue Sanguinaire.*

CORONOPVS.



GENERA.

Duo eius habentur genera domeſticum & ſylueſtre. *Matt.*

FORMA.

Domeſticum folia fert longa, anguſta, per interuala corniculata, craſſiuſcula, humi accubãtia: & in ſtellæ modum radiantia, caulem, ſpicam, floré, & ſemen gerit per omnia Plantagini ſimilia, nulla intercedente differentia. Nititur vnica tantum radice, numeroſis tamen adnatis capillamentis: foliorum ſapor Plantaginis omnino eſt, quo fit, vt crediderim Coronopũ eiuſdem eſse generis. *Matt.*

LOCVS.

Seritur paſſim in hortis, naſciturq́; ſponte in aggeribus, locis incultis, & ſecus vias. DIOSC.

FACVLTATES.

ET VIRES.

Iiſdem pollet viribus, quibus Plantaginem pollere diximus, peculiariter tamen radix cœliacis auxiliatur. DIOSC.

CENSVRA.

Qui Capriolam ſeu ſanguinellam vulgo vocatam Coronopum eſse cenſent, manifeſto errore ducuntur, quemadmodum & ij qui ranunculum Coronopum faciunt.

CORONOPVS ſylueſtris, Italis, *Herba ſtella ſaluatica, at peculiariter* Goritienſibus, *Serpentina vocatur.* Ger. Ygras ſub 3 viridi groſſiori

CORONOPVS SYLVESTRIS.

FORMA.

Matt. Folia fert tenuiora, capillaceaq;, rariuſculè corniculata, humi accubantia: caulibus, ſpicis, floribus, ſemine, hortẽſi ſimilibus, ſed longè tenuioribus.

LOCVS.

Idem. Prouenit in Goritienſi agro diluto, extenuatoque ſolo, non longè à Sontij fluminis ripis, & aliis etiam in agris.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem. Radix ex vino pota viperarum, aliorumque venenoſorũ animaliũ morſibus, mirificè auxiliatur, ita vt ipſa ſola liberet demorſos. præferunt eam quoque ad hydropẽ, quã Anaſarcam vocant, epoto apozemate pluribus diebus, in quo radix conferbuerit.

SONCHVS, Græcis, Σόνχος.] Italis, *Soncho, Cicerbita, seu Crespine.*] Germanis, *Vuilder hasen, Koe, siue Gens distel.*] Hispanis, *Serraya, & Serralha.*] Gallis, *Latteron, & Palais au lieure.*

SONCHVS.

GENERA.

Duo sonchi habentur genera: syluestris, siue aspera, & læuis, cuius duæ etiam sunt species. *Matt.*

FORMA PRIMI.

Folia profert Cichorii modo per ambitum laciniata, crispa, aspera, aculeata, & sub rubentia. Caulem gerit cubitalem, inanem, fragilem, lacte pregnantem, ac etiam quandoque subrufescentē: flores in summis caulibus melinos, Senecioni haud absimiles, qui deinde in pappos euanescunt. *Idem.*

LOCVS.

Prouenit in agris incultis, in vineis, in hortis, & secus itinera. *Idem.*

QVALITATES,

Temperamentum eius quodā mōdo mistum est: constat enim ex aquea, terreaque essentia, vtraque leuiter frigida, & est etiam adstrictionis cuiusdam particeps. *Gal. li. 8 simp. me.*

VIRES.

Illinitur vtiliter æstuanti ventriculo, ac eius inflāmationibus. Sorbetur quoq; eius succus ad stomachi rosiones: lac elicit: in uellere suppositus, sedis, ac vuluæ collectionibus opitulatur. Tā herba, quàm radix illita vibratis à scorpione ictibus subuenit. ¶ Soncho vtuntur Itali in acetariis, & præsertim eius radicibus, quæ cum teneræ sint, & dulces, frequēter hyeme mensis expetuntur. ¶ In vino decoctus stomachi fluxionibus medetur, lacteus eius succus potus suspirioſos, & asthmaticos iuuat. idē auribus instillatus, earū dolores mulcet, & præsertim in malicorio cū oleo decoctus: stranguriā quoq; sanat vncię pondere potus. commanducata folia, oris graueolentiam tollunt. DIOSC. *Matt.* *Gal.* 8. *simp. me.*

SONCHVS læuis, Italis *Cicerbita gentile*.

SONCHVS LAEVIS.

GENERA.

Matt. Duo habentur genera, quę tantum foliis aliquatenus differunt.

FORMA.

Idem Alterum lęuioribus habetur foliis, minus quoque laciniatis, & magis extenſis, cætera verò (demptis aculeis) ſylueſtri ſimilia ſpectãtur.

LOCVS.

Idem Naſcitur in hortis, in vineis, & locis incultis.

QVALITATES, ET VIRES.

Non differt à primo genere, ſiccis in facultatibus.

SONCHVS læuis altera. Italis, *Cicerbita gentile seconda*.

Ger. garten gensdistel oder andre geschlecht.

SONCHVS LAEVIS ALTERA.

FACVLTATES, ET VIRES.

Huc referas quę de aliis generibus dicta sunt.

INTVBVS. Græcis, Σέρις.] Mauritanis, *Dumbebe, Aundebe, seu Endeba.* Italis, *Endiuia.*] Germanis, *Endiuien.*] Hisp. *Endiuia.*] Gal. *Endiuie*

Maior Dipl.

INTVBVS MAIOR.

GENERA.

DIOSC. Duo eius habentur genera, altera quidem hortensis, altera sylueſtris. Hortensis item duę habentur ſpecies, altera maior altera minor, quam ſeriolã maiorẽ, ſiue (vt officinæ) ſcariolã vocant. ¶ Quin et iam ſylueſtris duæ ſpecies, quarum alteram ſcariolam minorem, ſiue Cichorium ſatiuũ, alterã quidẽ ſylueſtre Cichoriũ, & picrin, ab amaritudine vocant.

Matt.

FORMA.

Matt. Hortensis maior, foliis prouenit latioribus, lactucæ ſimilibus, caule bicubitali brachiato: floribus cœruleis, Cichorij ſimilibus, ſemine paruo, oblongoque. Vnica nititur radice, ipſaq; villoſa.

LOCVS.

Idem Seritur paſſim in hortis.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. Domeſtica magis quàm agreſtis refrigerat. Sed, & humiditatis multæ admiſtio ſiccitatem extinguit, verùm adſtringentis qualitatis eſt particeps, ſub frigida eſt, & ſubamara, ac moderatè adſtringens. corroborat, abſtergitq;.

VIRES.

DIOSC. Stomacho vtiliſſima eſt: cocta aluum ſiſtit, ſi cum aceto edatur. Cardiacis ex hordei farina vtiliter illinitur. Quin etiam podagris, & oculorum inflammationibus. Herba cum radice illita, ictis à ſcorpione ſubuenit: ignis facto cum farina hordeacea medetur. Succus cum ceruſa, & aceto additur vtilit frigidis illitionibus. Verùm enimuero vis eius magna quidem eſt ad calidos iocinoris morbos, oſcula venarum eius extergit, & præſertim eius cum radice decoctum. Eſtur paſſim cruda, coctave in acetariis.

Matt.

NTVBVS minor. Græcis, Σέρις μίκρα.] Italis, *Endiuia minore*.] Officinis, *Scariola domestica*.

Grr. Maÿdyſel die kleinere artt.

INTVBVS MINOR.

FORMA.

Folia gerit alterius longio *Matt.*
ribus, anguſtioribus,
humi accubãtibus, cau
libus tenuioribus: radi
ce verò, floribus, & ſemi
ne maiori per omnia ſi-
milibus.

LOCVS.

Seritur, & ipſa paſſim in *Idem*
hortis.

QVALITATES,
ET VIRES.

Nihil ſanè differt ſuis in fa *Idem*
cultatibus à maiore.

INTVBVS crispa, Italis, *Endiuia crespa*. Ger. Krauß Endiuien.

INTVBVS CRISPA.

FORMA.

Matt. Recensetur, & hæc inter maiora Intubi genera, siquidem amplo, foliosóq; cespite prouenit, foliis magnis, sed in ambitu vbique crispis, ac fimbriatis, caule cæteris maiore: reliqua cum aliis paria sunt.

LOCVS.

Idem. Seritur in hortis ab olitoribus, quòd admodũ in acetariis in cœnis placent.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Eadem omnia potest, quæ de hortensibus intubis superius dicta sunt.

ITVBVS ſylueſtris, Græcis, Σέρις ἀγρία ἥμερος.] Hetruſcis, *Tornaſole.*] Italis cæteris, *Cichoria domeſtica.*] Germanis, *Vueguueiſe, Vueguuorz* Hiſpanis, *Almerones, & Cichoria.*] Gallis, *Cichoreæ.*] Officinis, *Scariola minor.*

CICHORIVM.

GENERA.

Duum eſt generũ, Pichris ſylueſtrior, & Satiua, latioribus foliis, & ori gratior, minusq; amara.

FORMA.

Satiua foliis exit minori ſatiuoque Intubo ſimilibus, anguſtioribus tñ atq; breuioribus: minusque per ambitum laciniatis, ſed caule, & flore ſimilibus. Radicẽ habet pedali longitudine, alba intus pulpa, teneram, & ſubamaram.

LOCVS.

Seritur paſſim in hortis.

QVALITATES, ET VIRES.

Eadem omnia poteſt, quæ domeſtica Intubus: Ea tamen ſiccior eſt, & magis extergens.

SYLVETRIS intubus, Græcis, Κιχώριον ἀγρία.] Italis, *Cichoria ſaluatica.*] Germanis, *Vuild Vueguuortz.*

INTVBVS SYLVETRIS.

FORMA.

Matt. Folia fert longa, ſonchi aſperæ modo inciſa & in ſummitate ſagittæ inſtar acuminata: rubea per medium excurrente coſta, amaro ſapore: caulis eſt illi durus, atque lignoſus, flores à cęteris generibus haud abſimiles, quemadmodum & ſemen: Radice nititur domeſticæ duriore, amarioreque.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in agris incultis, in pratis, & ſecus itinera.

QVALITATES.

Gal. lib. 8. ſ. m. Olus eſt ſubamarũ, ob idq; picrida ipſum quidam nuncupant. eſt autẽ ea frigidę, ſiccæq; temperaturę, vtraque ſecundo exceſſu, & adſtringentis qualitatis eſt particeps.

VIRES.

Matt. Iiſdem pollet viribus, quibus cætera genera pollere diximus. verùm cùm plus amaritudinis habeat, magis quoque abſtergit.

CENSVRA.

Tireſia cęciores ſunt, qui Hieracium, & ſylueſtrem lactucam Intubum ſylueſtrem faciunt.

DENS leonis, Græcis, præsertimq; Theophrasto, ἀφάκα.] Italis, *Dente di cane, & Pisciaalletto.*] Germanis, *Pfoffenblatt, & Miinich, Koepff.*] Officinis, *Taraxecon, & caput monachi, ac nonnullis Rostrum porcinum, & Ambubeia.*

Löwlzwanck.

DENS LEONIS.

FORMA.

E terra prodit ipso statim Veris initio, foliis cichoraceis, frequenter laciniatis in sagittę modũ desinentibus, humi accubantibus, caule spithamæ magnitudine, rotundo, glabro, subrubẽte, intus concauo, lacteo, succo pregnante, flores gerit luteos, folioso q́; , quibus decidẽtibus, subcrescit papposum caput. Radicem habet Cichorio proximam, lacteo succo plenã, sed longè amarioré. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in hortis, in campis, prope sepes, & in ruinosis ædificiorũ muris, quin etiã in vineis, pratis, & viridariis. *Idem.*

FACVLTATES.

Adstringit, roborat, atque abstergit, magis quàm vtrunque Cichorium. *Idem.*

VIRES.

Cocta, stomachum dissolutum adstringit, cruda verò aluum sistit. eadẽ dysentericis auxiliatur, sed magis cum lente decocta. Succus potus prodest, quibus genitura effluit. in aceto decocta, vrinæ tormina discutit. Vniuersę plantę decoctum potum Icteritiam tollit. *Idem.*

ZACINTHA, Italis, *Cichoria verrucaria*.

Ger. Wärtzen wegwart.

CICHORIVM VERRVCARIVM, SIVE ZACINTHA.

FORMA.

Matt. Folia profert Cichorij aſperiora tamẽ, ac minus laciniata. Caules edit cubitales, & quá doq; maiores, tenues, aſperiuſculosq;, ĩ quorum cacumine flores ſpectãtur aurei cichoracea ſpecie, quibus flacceſcentibus ſemẽ remanet ſubnigrum, capituli inſtar, circũquaque ſecundum lõgitudinem ſecti, ſtriative, radice nititur rapunculi æmula, tenuibus adnatis circumquaque fibris.

LOCVS.

Matt. Prouenit in campeſtribus, & à non nullis quoque ſeritur in hortis, & fictilibus in medicum vſum.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Mira huius plantæ facultas eſt ad tollendas verruchas, ſiquidem ſcimus nonnullos, quorũ manus verrucis admodum numeroſis ſcatebant, ſanatos eſſe, deuoratis in acetario ſemel tantum huiuſce plantæ foliis. Idem præſtat eius ſemen tribus diebus à drachmæ pondere cœna potum, dum ſe cubitum recipiunt verrucoſi.

CICHORIVM Constantinopolitanum hanc plantam vocari libuit, ꝙ Constantinopoli missa fuerit.

CICHORIVM CONSTANTINOPOLITANVM.

Ger. empfangen von Constantinopl.

FORMA.

Folia per omnia cichorio *Matt.* syluestri similia sunt, caules edit glabros, tenues, in quorum summitate flos emicat aureus, numerosis foliis stipatus, qui tandē in pappos euanescit, radicibus est numerosis, asphodeli modo depēdentibus.

LOCVS.

Nascitur (vt audio) in pratis, & herbosis locis. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Etsi hactenus huiusce plā tæ facultates nemo mihi aperuit, crediderim tamen à cæteris Cichoraceis, suis in facultatibus ipsam minime dissentire. *Matt.*

CYANVS maior, Græcis, Κύανος.] Italis, *fior Campeſe, fior Aliſo, & Batiſuocera.*] Germanis, *Korn blũm.*] Officinis, *Batiſecula*.

CYANVS MAIOR.

GENERA.

Idem Duum eſt generum, maius, & minus.

FORMA MAIORIS.

Idem Maius latioribus prouenit foliis, albicantibus, tomẽtoſis, & nulla in parte diuiſis. vegetiores quoque habet caules, albicantiores, breuiores tamen, & flores longè maiores, & patentiores quàm minor. Florũ color cyaneꝰ, cæruleusve ſpectatur, folioſus, & in criſtę modum extremis oris laciniatus, calyculis, è quibus prodit, ſquamoſis, ac ſubaſperis.

LOCVS.

Idem Prouenit in montibus frequentius, quàm in campeſtribus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Huiuſce plantæ vires nullus antiquorum, q̃ ſciuerim, ſcriptis mandauit. non deſunt tamen recentiores, qui putent Cyanum propria dote peſtilentibus morbis aduerſari: maioris puluis datur vtiliter ab alto deuolutis, & ſanguinem reiicientibus, ex aqua Plantaginis, aut Portulacæ, aut maioris Simphyti, aut equiſeti. ſuccus illitus recentia vulnera glutinat, & oris vlcera ſanat.

CYANVS minor, perinde ac maius, tam Græcis, quàm Italis, & Germanis vocantur.

Ger. gemein Cyanblümen.

CYANVS MINOR.

FORMA.

Foliis exit longis, pilosis, al *Matt.* bicãtibus, barbulis quibusdam dissectis, caules edit plures, bicubitales, lanuginososq; minoribus refertos foliis: flores in cacumine profert cæruleos, in ambitu crenatis, squaroso è calyce prodeuntes.

LOCVS.

Nascitur in campis inter *Idem.* segetes, & floret Maio, & Iunio mensibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Ea omnia præstare potest, *Idem.* etiam valẽtius, quæ de maiori dicta sunt, peculiariter tamen huiusce folia, ac pariter semen ex vino decocta, & hausta, auxiliantur à scorpione, phalãgioq; ictis, quin etiam venenis omnibus resistunt: præstat quoque tota planta ad pestilentiales, & pernecabiles febres.

CONDRILLA, Græcis, χονδρίλλη.] Arabicis, *Candarel, Cadaron, & Amiron.*] Italis, *Condrilla, & Terracrepolo.*] Hiſpanis, *Leitugas, & Leichugas dentre los planos.*] Gallis, *Leitteron.*

CONDRILLA.

GENERA.

Matt. Duo eius habentur genera, foliorum diuerſitate differentia.

FORMA PRIMAE.

DIOSC. *Matt.* Prima, quę quidem Cichorij ſpecies eſt, caulẽ, florem, & folia habet Cichorio ſimilia: verùm planta tenuior tota eſt, in cuius ramulis gummi aliquando inueniri ſolet maſtiches ſimilimum: radice nititur Cichorio breuiore, & lacteo ſucco prẽgnante.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in agris non cultis, & ſecus itinera, atq; etiam in pratis.

FACVLTATES.

Gal. 8. ſimp. me. Non differt ab aliis Cichoraceis ſuis in facultatibus.

VIRES.

DIOSC. Tuſa cum radicibus herba, melleque excepta, & admiſto quoque nitro, vitiligines illitu emaculant, gummi quod ab ea reſudat ſubpoſitum fœminarum menſes trahit, pilos inordinatos replicat. Quod item tenera radix efficit, vbi acus ſucco intincta pilis admoueatur: ex vino pota, viperarum morſibus auxiliatur: ſuccus decoctæ in vino, aut per ſeſe potus aluum ſiſtit.

CHONDRILLA altera, Græcis, χονδρίλλη ἑτέρα.] Italis, *Chondrilla seconda.*

CHONDRILLA ALTERA.

FORMA.

Folia fert oblõga, circum rosa, humi sparsa: caulem lacteo succo madẽtem: radice tenui, rotunda, læui, vegeta, flaueſcente, succosa. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in lætis, & cultis locis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Caules, & folia concoquẽ di vim habẽt, succus in commodos palpebrarum pilos reflectit. *Gal.* DIOSC.

CVCVRBITA, Græcis, Κολοκύνθα εδώδιμος.] appellatur Arabibus, *Hraba, Ham, seu Carba.*] Italis, *Zucca.*] Germanis, *Kurbß.*] Hispanis, *Calabaßa.*] Gallis, *Courge, Courle, siue cauſſe*.

CVCVRBITA.

GENERA.

Matt. Cucurbitæ tria recenſentur genera, nempe longa, rotunda, & ſeſſilis.

FORMA.

Idem. Hederaceis vireſcit foliis, ſed amplis & ſubcandicantibus: flagellis ſarmẽtoſis, anguloſisq;, humĩ repentibus, verũ vbi adminiculũ nacta fuerit, illud facilè clauiculis comprehendit, quibus arbores, & pergulas ſcandit, & iis ſeſe implicat. flores profert albos, grãdioresq;, & in ſtellæ ferè modum diuiſos, verùm non omnes frugiferi ſunt. Frugiferi enim facilè noſcũtur ex conceptu ſub ipſis extuberãte, fructus edit magnos, qui quidem in vno genere longi, in altero rotundi, & in altero ſeſſiles viſuntur, verùm omnes in magnam extuberant molem.

LOCVS.

Idem. Seruntur paſſim in hortis, & circa ſepimenta.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. Cucurbita humidæ, frigidæq; temperaturæ eſt, vtraque qualitate ſecundi ordinis.

VIRES.

DIOSC. Illita cruda, tumores, & abſceſſus mitigat. Ramenta eius illinuntur vtiliter ſinciputi infantibus, contra capitis ardorem, quem ſyriaſim vocant, oculorum inflammationes, podagrasq; refrigerãt. ſuccus è ramentis per ſe, aut cũ roſaceo infuſus, aurium doloribus auxiliatur. aduſtiones cutis in ardenti febre illitu adiuuat. Totius feruefactæ, & expreſſæ cremor, cum melle exiguo, & nitro potus, aluũ leniter ſoluit. Vinum in cucurbitam recentem excauatam infuſum, ſi miſtum ſub diuo teneatur, potum aluum læuigat. *Matt.* Folia recentia iumentis illita, affricta; muſcas abigunt: eadem mammis puerperarum admota lac ſiccant. oleum, quod è cucurbitarum floribus paratur, iis in eo diutius inſolatis, rerum caloris inunctum extinguit, & capitis dolores, præſertim in febribus mulcet: aridæ cinis ambuſta, & pudendorum vlcera ſanat. Eſtur paſſim æſtate in cibis cum iuſculis elixa, tum quoque in oleo, aut butyro frixa, farina prius circumlita, & acerbæ vuę ſucco aſperſa.

CVCVRBITA Indica, Italis, *Zucche Indiane, oltra marine*.

CVCVRBITA INDICA. Ger. Indianisch Kürbs

GENERA ET FORMA.

Varia huiuſce cucurbitæ habẽtur genera, magnitudine, facie, & colore differentia. Referunt tamen omnes melopeponum effigiem, ſed aliæ magnæ, imo maximę, vẽ tricoſæque, aliæ paruę, aliæ mediocres, & alię oblongę, aliæ rotundæ, aliæ vario colore ſpectãtur: foliis noſtratibus lõgè maioribus, firmioribusq;, aſperis vitigineis, & rigenti petiolo adnexis, ſarmenta illi craſſa, anguloſa, aſpera, hirſutaque. Ea humi ſerpũt, lõgo admodum tractu, atque etiam ſcandunt, & pergulas, & attegias opacant, flores edit: magnos, lilij ferè effigie, aureo colore. Semen in vẽtre gerunt magnũ, albũ, in quo nucleus concluditur dulcis, & ſuauis, ſapor fructibus ſubdulcis, non vt noſtratibus vſq; adeo inſipidus. *Matt.*

LOCVS.

Planta eſt peregrina ex Indiis, & aliis fortaſſe longinquis regionibus ad nos allata, ſed iam diu Italico ſolo proueniunt. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Cum ſubdulci ſint ſapore, crediderim has primo exceſſu refrigerare, & humectare ſecundo. *Idem*

NOMINA.

CVCVMIS sativus, Græcis, Σίκυος ἥμερος.] Arabicis, *Chathe, seu Chethete.*] Italis, *Cocomero.*] Hetruscis, *Cedruolo.*] Germanis, *Cucumern vnd Citrullen.*] Hispanis, *Cogombro.*] Gallis, *Cocombre.*

CVCVMIS SATIVVS.

GENERA.

Matt. Duo habentur genera, vnum Citrei mali figura, alterum longum anguium formam referens.

FORMA.

Idem. Planta est sarmentosa, humi repēs, foliis vitigineis, asperis, scabrisq;, flagellis pariter scabris, atq; rigentibus, flores edit melinos, fructu sub ipsis extuberante, qui tandē in longum protensus citrei mali modo viridi primum fit colore, & dum matureſcit flauo cortice verrucis scatente.

LOCVS.

Idem. Seritur passim ab olitoribus in hortis.

QVALITATES.

Gal. li. 8 simp. me. Cucumis esculentus, maturus quidem tenuioris est essentiç, qui verò immaturus est, crassioris: ambo tamē, abstergēdi facultate participant, superat in eis humida, frigidaque temperies, non tamen magnopere, sed quasi in secundo censetur ordine. Attamen si quis, aut semen, aut radicem arefaciat, haud etiam humidæ fuerint naturæ, sed iam desiccantis, idq; in primo quodammodo ordine, aut in secundo incipiente. est & in istis maior abstergendi facultas, quàm in fructus ipsius carne.

VIRES.

DIOSC. Prodest vesicæ morbis: olfactu deliquio animi affectos reuocat. semen vrinam mouet, & cum lacte, aut passo, vesicæ exulcerationibus subuenit. illita cū vino folia morsus canum sanant, epinyctidas cū melle. Veniunt frequenter in cibis crudi, sed prauos generant succos, nam etsi nonnulli cucumeres rectè concoquant in ventriculo, dum tamen in hoc sibi affatim iis se replent, temporis tractu gelidum, & frigidum q; crassium humorem in venis aceruant, qui non facilè in probum sanguinem conuerti potest: proinde abstinere ab illis consuluerim: clam enim, sensimq; post longum tempus prauus in venis succus ex ipsis accumulatur, qui vel leuicula putredinis arrepta occasione, febres fœuissimas, & mirè contumaces excitabit.

Gal. 2. de alim. fac.

CENSVRA.

Non est eorum admittenda opinio, qui vulgarem cucumin peponem esse contendunt.

CVCVMIS longus, Italis, *Cocomero ſerpentino.*] Hetruſcis, *Cedruolo longo.*

Ger. engliſch Lang Cummers oder gürckſen.

CVCVMIS LONGVS.



FORMA.

Non differt tota ſua facie ab altero, niſi in fructu, qui lõgus eſt, & ſerpẽtis modo curuus, ſtriis per longitudinem protenſis. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis, & præſertim in Apulia. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Eædem illi ſunt facultates, quæ alteri. *Idem.*

PEPON, Græcis, Πέπον.] Mauritanis, *Batecha, seu Bathiecha.*] Italis, *Mellone.*] Hetruscis, *Popone.*] Germanis, *Melaon.*] Hispanis, *Melon.*] Gallis, *Melons*.

PEPON.

FORMA.

Matt. Serpit Peponum, & Melopeponum planta longis, ac viticulosis sarmentis, cucumeris modo, foliis vitigineis, minoribus tamen incisuris, scabris, hirsutisq; : floribus luteis, fructu grandi, humani capitis instar, & sæpe maiori cortice cartilagineo. Sed non omnibus idem est color. Namq; alij herbaceo sunt colore, alij pallido, nonnulli flauo, quidam albo, plerique cinereo. Sunt etiam qui tota cute textura quadam reticulari magno naturæ artificio proueniant. striati ferè sunt omnes, Toris secundum longitudinem circumquaq; prominentibus. Interna pulpa gustatu suauis est, versicolor tamen, in altero.n. genere rubet, in altero albicat, aut in albo rufescit. Qui præstãt (plurimi sunt, qui nulla commẽdantur gratia) præter odoris iucunditatem, dulces, & suaues sunt: Semen intus ingerunt copiosum, oblongum, nucleo intus dulci, albo contectum putamine.

LOCVS.

Idem Gaudent læto, & aprico solo, ac etiã libertate, qua possint vlro vagari: seruntur in hortis, & agris.

QVALITATES.

Gal. 8. simp. me. Vniuersa Peponũ natura frigidior, cum larga humiditate existit, sed habent quoq; quendam abstergendi vim: atqui melopepones minus humidi, quam pepones sunt.

VIRES.

DIOSC. Peponis pulpa in cibis sumpta, vrinam ciet, & inflammationes oculorum illita sedat: ramenta eius sinciputi admota syriasin infantium tollit, & oculorum fluxiones auertit. succus cum semine, farina exceptus, & in sole siccatus, cogitur in smegmata, quæ faciem repurgant: radix sicca ex hydromelite pota drachmæ pondere vomitiones mouet. *Gal.* ¶Gignit pepo in corpore vitiosum humorem, potissimè, quando non probe coctum fuerit, tum verò morbum etiam, qui cholera dicitur inducere consueuit.

CENSVRA.

Errant toto cælo, qui pepones vulgares Cucumeres faciunt.

ANGVRIA, Arabibus, *Dullaha.*] Italis, *Anguria.*] Hetruſcis, *Cocomero.*] Germanis, *Gurchen.*] Hiſpanis, *Cogombro.*] Gallis, *Cocombres.*

ANGVRIA.

FORMA.

Folia promit Colocynthidis medicamentoſæ maiora, aſpera, & per ambitum diuiſa. Caules ſarmentoſos humi repentes, melopeponis modo. Flores edit aureos: & fructus mirum in modum extuberantes, ponderoſos, ſubtotũdosq; : Cortice læui, herbaceo colore; maculoſo tamẽ: carne intus humida, aquoſaq;, in quibuſdam prædulci, in nonnullis verò ſubacida, inſipidave, ſitiq; extinguendę per quã idonea. Semen concludit latũ, cucurbitæ paulò minus, rufo, nigrove putamine. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis, & viridariis, ac etiam in agris. *Idem.*

QVALITATES.

Frigida eſt, & humida ordine ſecundo, ſitiq; arcendæ idonea. *Idem.*

VIRES.

Succoſa eius pulpa confert ardentibus febribus, & linguæ ariditati quã maximè: acutos humores vincit, & iis præſertim auxiliatur febrientibus: qui humorum prauitate, magis, quàm abundantia ſcatent, illisq; præſertim conuenit, qui tenuis, & imbecillis, ſunt temperamenti, macri, & exangues, cùm iis alterantibus magis opus ſit, quàm ducentibus humores. *Matt. Serap.*

LACTVCA, Græcis, Θρίδαξ.] Arabibus, *Cherbas, ſeu Chàs.*] Italis, *Lattuca.*] Germanis, *Lactuck.*] Hiſpanis, *Lechuga, ſeu Alfalſa.*] Gallis, *Laictue*.

LACTVCA.



GENERA.

Matt. Plura, ac diuerſa ſunt lactucæ genera. Eſt etiam & ſylueſtris. Inter ſatiuarum genera habetur, quæ à criſpis foliis, Criſpa appellatur: quemadmodũ & altera à lato caule, Laticaulis dicitur: Eſt & quæ ſeſſilis vocatur. Nos verò in capitatam, rotundam & criſpam, genera diuiſimus: Differũt etiam foliorum colore: alia enim ſaturatè viridis eſt, alia ſubuiridis, & quæ cruentis maculis ſit reſperſa.

FORMA.

Idem Criſpa foliis exit criſpis, maiori Intybo ſimilibus: Rotunda in orbẽ ſpargitur, rotundioribus foliis, tenerioribus, & vnà ſeſe ſtipãtibus. capitata autem parum foliis à rotunda differt, ſed in globum folia conglomerantur, braſſicæ capitatę modo: in quo genere & ea quo que rccenſetur, quæ vulgo Romana nuncupatur; cæteris in cibis gratior, quòd candidior, tenerioráq; habeatur: caulem edunt omnes albicantem, brachiatum: floſculis melinis: & ſemine tum albo, tum etiam nigro.

LOCVS.

Idem Seritur paſſim ab olitoribus, & ab aliis quibuſcunque, in hortis.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Humidum, ac frigidum olus lactuca eſt, non tamen extremè, perinde ac aqua fontana.

VIRES.

DIOSC. Stomacho in cibis gratæ omnes habentur: ſomnum conciliant, aluum emolliunt, lac euocant, verùm decoctæ magis alunt, ſtomachicis proſunt, ſi illotæ edantur: Semen aſſiduas in ſomno imaginationes libidinoſas compeſcit, & venerem repellit. Ipſæ vero frequentius in cibo ſumptæ oculorum claritati officiunt: inflammationibus, & ignibus ſacris opitulantur. ¶ Ea-

Matt. rundem ſuccus fronti, & temporibus illitus, febrientibus tum ſomnum conciliat, tum capitis dolores mulcet. teſticulis illitus nocturnas pollutiones compeſcit, & ſeminis profluuium, addito caphuræ momento, ſed venerem reſtinguit: Seminis cremor vrinę ardoribus opitulatur: cauendus autem lactucarum vſus ſuſpirioſis, ſanguinem excreantibus, pituitoſisque: ſed iis maximè, qui procreandis liberis dant operam.

LACTVCA floreſcens, Italis, *Lactuca fiorita*.

Ger. Blumdre Lactuca ob Salat.

LACTVCA FLORESCENS.

FORMA.

Folia, quæ ad terram ſunt exoleta paucioraq; ſpectantur, caulis illi brachiatus paruis foliolis, ipſisque acuminatis refertus: floribus melinis non magnis, qui in pappos euaneſcunt. *Matt.*

LOCVS.

Scatent ea horti ferè vniuerſi in fine Æſtatis. *Matt.*

QVALITATES,

Amaro percipitur guſtu: quam ob cauſam abſtergendi facultate nõ vacat, & præſertim lacteus eius ſuccus. *Matt.*

VIRES.

Lacteus caulium liquor oculorum argemas, & maculas delet, & vitia cutis emendat. *Matt.*

LACTVCA ſylueſtris, Græcis, Θριδακὶς ἀγρία.] Italis, *Lactuca ſaluatica.*
Ger. wilde Lattich oder Salat.

LACTVCA SYLVESTRIS.

FORMA.

Matt. Sylueſtris Lactuca folio exit oblongo, hyeracij maioris modo per ambitum laciniato, candidiore, graciliore, aſperioreque quàm domeſticæ, quin etiam aculeato, poſt quã caulem ediderit, amaro guſtu. Caulẽ mittit floreſcentis domeſticæ quadantenus ſimilem, & flores pariter ſimiles.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in aruis, & incultis locis.

QVALITATES.

Matt. Abſtergit eius lacteus ſuccus, & ſomnum conciliat, ſoporiferus etiam eſt, prouocat, & deiicit.

VIRES.

DIOSC. Lacteus eius liquor aquam per aluũ eiicit, ſi ex mulſo bibatur duorũ obolorũ pondere: argemas, coliginesq; repurgat, oculis inſtillatus: illinitur efficacius cum lacte muliebri aduſtionibus: ſomnum allicit, doloris leuamentum præſtat, menſes trahit, & contra ſcorpionum, & phalangiorum ictus bibitur. ſemen ſatiuæ modo libidinum imaginationes in ſomno amolitur, ac Venerem arcet.

CENSVRA.

Non deſunt Pharmacopæi, qui è ſylueſtri lactuca aquas per alembicũ parant, quam deinde pro Intybi aqua vendunt, decepti ſuperiorum myropolarum inſcitia.

GINGIDIVM, Græci, Γιγγίδιον.] Italis, *Gingidio*.

GINGIDIVM.

FORMA.

Est gingidium pastinacæ sylueſtri haud absimile, amarius tamen, caule ramoso, rotundo, sesquipedali, striato, subnigricante, geniculatoque, vmbella in cacumine alba, minoribus circumquaque comantibus foliis: ipsisque laciniatis. E floribus semen prodit, quo matureſcente, vmbella in seſe contrahitur, vt in pastinacam, & tactu lutingosa percipitur, radicem habet candicantem, spithamæ longitudine, subamaro sapore. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Copiosum in Syria nascitur, vnde in Italiam aduectum semen, iam seritur in hortis. *Matt.*

QVALITATES.

Sicuti gustu amaritudinem, & adstrictionem præfert, sic temperamento quoque ipso caliditatem, & frigiditatem. secundum verò vtrãque qualitatem deſiccatorium est, sed stomaco amicum, vt pote non paruã obtinens adstrictionem, quãobrem non admodum conspicuam caliditatem possidet: secundo autem recessu deſiccat. *Gal.* 6. *simp. me.*

VIRES.

Olus hoc crudum, coctum, conditumque estur magna stomachi vtilitate: vrinã citat. Decoctum ex vino haustum veſicæ vtilis est. ¶ Perspicuum verò est, quod hæc herba medicamentum potius, quàm alimẽtum est, quippe quæ adstrictionis, & amaritudinis non obscure, nec exigue particeps est. DIOSC. *Gal.* 2. *de alim. facul.*

CENSVRA.

Eorum sententiæ minime subscribendum est, qui volunt vulgare ceroſolium legitimum esſe gingidium.

CEROFOLIVM, Græcis, χαιρύφιλλον.] Italis, *Cerofoglio.*] Germanis, *Koerffel, siue Kerbelkraut.*] Gallis, *Cerfueil.*

CEROFOLIVM.

FORMA.

Matt. Fragilis, ac tenera est planta, senis ab vno pediculo emergentibus foliis, vulgaris petrosilini modo per ambitum incisis. Caulibus sesquipedalibus, pinguibus, subrufescentibus, geniculatis: Vmbellã in summis caulibus gignit, flosculis albis stipatã, è quibus tenuia, rectaque exeunt cornicula in racemi ferè modum, ex vno petiolo emergentia, in quibus semen longiusculũ concluditur, pullo colore. Radix illi breuis in plures diuaricata fibras.

LOCVS.

Idem. Seritur passim in hortis.

QVALITATES, ET VIRES.

Matt. Tota planta dulcis est, & odorata acriusculo quodam accedente sapore, vix ferè sensibili: quo fit vt aliis oleribus addita, ea gustui gratiora reddat. Estur cruda in Acetariis, vnà cum aliis plãtis ad hoc idoneis, ac etiam cocta cum beta aliisque oleribus.

CENSVRA.

Qui hanc Myrrhim esse autumant, non diligenter eius notas expenderunt.

ISNAGA, Italis, *Viſnaga*.

VISNAGA.

FORMA.

Facie paſtinacam agreſtẽ eo vſq; refert, vt recte dici poſſit, Paſtinaca ſylueſtris maior. Nam caulium craſſitudine, longitudineque: quin etiam vmbellæ magnitudine, Vulgarem ſylueſtrẽ Paſtinacam ſuperat. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur copioſa in Syria: etiam nunc ſeritur in hortis in Italia. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Eadem omnia poteſt, quę ſylueſtris paſtinaca. *Idem.*

CENSVRA.

Non deſunt, qui hanc plantam Gingidiũ eſſe credunt: Sed procul dubio falluntur.

NOMINA.

PECTEN veneris, Italis, *Pettine di Venere.*] Germanis, *Vuild moren.*

PECTEN VENERIS.

FORMA.

Matt. Radice nititur candida: cauliculis pedalibus: foliis Anthemidis proximis, exilibus: floribus albis: emergentibus, turmatim ab eodem capitello cõpluribus acuminatis roſtellis, inter ſe diſiunctis, quæ pectines ferè referũt, quibus linum mulieres concinnant, ſiue pectunt.

QVALITATES, ET VIRES.

Matt. Huius radix cum malua tuſa, corpori infixa extrahit; Eadem cum herba, & floribus calefacta, cũ albo meraco, & butyro, additis petroſilini foliis pubiq; adhibita, remorantem vrinam elicit.

CENSVRA.

Non recte ſentiunt, qui hanc plantam ſcandicem eſſe contendunt.

CAVCALIS, Græcis, Καυκαλὶς.] Italis, *Petroſello ſaluatico.*] Gallis, *Perſil ſauuage.* Ger. wild parsley.

CAVCALIS.

FORMA.

Caule exit dodrãtali, & ſæpe maiori, dauci, aut paſtinacæ ſimili, ſubhirſuto, foliis apio ſimilibus. ſed quę in caule, ac ramis ſunt, fœniculi modo per extrema multifidis, hiſpidisque, candida in cacumine vmbella. Semine odorato; Radice paſtinacæ. DIOSC *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in campeſtribus, inculto pręſertim ſolo. *Idem.*

QVALITATES.

Guſtu, ac viribus Dauco ſimilis eſt: nam excalfacit, vt ille, & pariter deſiccat. ¶ Aperit, prouocat, abſtergit, attenuatque. *Gal. 7. ſimp. me. Matt.*

VIRES.

Cruda, coctave oleris modo eſtur. Vrinam cit. ¶ Cordis affectibus auxiliatur. Epotus ſuccus calculos, & arenas pellit, & iocinoris, lienis, renumque pituitas attenuat: Semen hauſtum oculorũ aciẽ acuit, & menſes fœminarum trahit. Datur viris contra ſeminis profluuia ynà cum aſpleno, & viticis ſemine. Steriles prolificas facit, aſſidue ex vino potum: præſtat aduerſus Trigonis, Draconis, & Scorpionis marini ictus, vulneri illitus. Herba tota ex aceto manſa, & vomitione reddita aluum purgat, appetitum languentem excitat, nauſcæ faſtidia diſcutit. Melancholicos iuuat, tum herba ipſa in cibis ſumpta, tum eius ſuccus epotus, tum ſemen, tum totius plantæ decoctum: proinde datur vtiliter quartanariis, ſcabioſis, & gallica lue affectis, DIOSC. *Matt.*

ERVCA, Græcis, *Δρυφὰν.*] Mauritanis, *Lergir, seu Giargir.*] Hetruscis, *Ruchetta.*] Cæteris Italis, *Rucola.*] Germanis, *Vueis ſenff.*] Hiſpanis, *Oruga, & Arugua.*] Gallis, *Roquette*.

ERVCA.

GENERA.

Matt. Duum eſt generum, Satiua, & ſponte naſcens.

FORMA SATIVAE.

Satiua foliis exit oblõgis, profunde laciniatis, Siſymbrij aquatici modo: ſapore acri, & amariuſculo: caule ſeſquipedali, floribus in cacumine albicantibus: ſemine in tenuibus corniculis concluſo. Radix illi alba, tenuis, & acri, vt herba guſtu.

LOCVS.

Idem. Seritur paſſim copioſa in hortis.

QVALITATES.

Gal. 2. de alim. fac. Excalfacit per quàm manifeſtè, adeò, vt non facilè, atque adiunctis lactucæ foliis edatur, ſiccat, attenuat, aperit, incidit, flatus pellit, & extergit.

VIRES.

DIOSC. Eruca in cibis ſumpta, genitale ſemen auget, & venerem excitat: concoctioni prodeſt, aluo per quàm accõmodata. *Gal ibidem.* §Semen potum muris aranei morſibus medetur, ventris tineas necat, lienemque extenuat. Tritum, & ex melle illitum nigras vulnerum cicatrices ad candorem reducit. §Cum melle verò vitia cutis *Matt.* in facie emendat, & lentigines emaculat.

ERVCA ſylueſtris, Græcis, *Ἔρωμὸν ἄγριον.*] Italis, *Ruchetta gentile, & Rucola ſaluatica.*] Germanis, *Vild vueiſz ſenff.*] Gallis, *petite Roquette, & Roquette ſauuage.*

ERVCA SYLVESTRIS.

FORMA.

Foliis prouenit ſatiuæ anguſtioribus, ac magis laciniatis, guſtu acriori ſapidioriq́ue: caulibus numeroſis: floribus luteis: corniculis in vniuerſa ferè planta copiosis, ſurſum ſpectãtibus: ſemine ſinapi ſimili, acri, & amariuſculo. *Idem.*

LOCVS.

Prouenit ſponte locis aridis, adeo, vt in muris quoque naſcatur. *Idem.*

QVALITATES.

Magis excalfacit, ſiccat, attenuat, aperit, incidit, extrahit, extergit, prouocat, quam ſatiua. *Idem.*

VIRES.

Ea omnia præſtare poteſt quæ ſatiua, valentius tamen. Cocta, & deuorata infantium tuſſi medetur, addito ſaccharo. Tradidere quidam tria ſylueſtris erucæ folia, ſiniſtra manu decerpta, illicoque deuorata, auriginoſos ſanare. DIOSC. *Matt.*

OCIMVM, Græcis, ὤκιμον.] Italis, *Basilico.*] Mauritanis, *Berendaros, & Bedarog.*] Germanis, *Basilien, & Basilgram.*] Hispanis, *Albahaca.*] Gallis, *Basilic.*

OCIMVM.

GENERA.

Matt. Tria ocimi habentur genera omnibus cognita.

FORMA.

Matt. Primum quod maius vocant, folia mittit Amarantho lõgè maiora, lata, oblonga, crassaque, Citreæ mali quadantenus æmula; flores spicatos, albo colore, è quibus semen gignitur subnigricans. Tota planta suauiter spirat.

LOCVS.

Idem. Seritur in hortis, & fictilibus.

QVALITATES.

Gal.li.8 simp.me. Excalfacit secundo ordine, habet quoque recrementitiam humiditatem, quare esui minime idoneum iudicatur: pellit, aperit, prouocat.

VIRES.

DIOSC. Copiosiore cibo oculorũ aciẽ hebetat, aluum emollit, flatus mouet, vrinam pellit, lac euocat, ægre tamen concipitur. Illitum cum hordeacea farinæ polline, ex aceto, & rosaceo, pulmonum inflammationibus auxilio est. Draconis marini, & scorpionum ictibus per sese prodest, & cũ vino albo odorato oculorũ doloribus. Succus instillatus, caliginem oculorum abstergit. Semen potum datur vtiliter insanientibus, ægrè mingentibus, inflatisque. Naribus haustum sternutamenta mouet, *Matt.* sed oculos comprimere oportet cum sternutamentum vrget. ¶ Additur in Antidotis, quæ ad cordis affectus parantur.

OCIMVM alterum siue medium, Græcis, ὄκιμον ἕτερον.] Italis, *Basilico mezzano*. Ger. Basilienkraut der Andrist genennt.

OCIMVM SECVNDVM.

GENERA.

Duum est generum, odore tantum differentium. *Matt.*

FORMA.

Foliis exeunt maioris similibus, sed duplò minoribus. odore in altero quidem plebei ocimi, in altero verò citrei mali, adeo simili, vt nulla sit odoris differentia. Proinde hoc citratum Arabes vocauere. *Idem.*

LOCVS.

Seritur, & hoc in hortis, & fictilibus. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Ea omnia præstare potest, quæ maior. *Idem.*

OCIMVM minus, siue tertium, Græcis, ὤκιμον μικρότατος.] Italis, *Basilico gentile*.

FORMA.

Serap. Foliis constat paruis, odore cæteris fragrantiore, quare Mauritanis ocimum Caryophyllatum nuncupatur.

LOCVS.

Matt. Seritur, & hoc in hortis, & fictilibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Quanto cæteris est odoratius, tantò quoque ad omnia efficacius.

OCIMVM MINVS.

OROBANCHE, Græcis, ὀροβάνχη.] Italis, *Orobanche.*] Officinis, *Cauda leonis.*

OROBANCHE.

FORMA.

Cauliculum edit asparagi instar, sine foliis, in cacumine hypocistis faciem referentem, subrubeũ, hirsutum, mollem, pinguẽ, fistulosum, sesquipedalem. Flos illi subalbicans, hirsutus, è calyculis prodiens: Radix fungosa, digitali crassitudine, breuiq; . DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in segetibus, inter legumina, in campestribus, in pratis: secus itinera, & prope sepes . *Idem.*

QVALITATES.

Est frigidę, siccæque naturæ in primo ordine . *Gal. li. 8 simp. me.*

VIRES.

Estur vt olus asparagi modo, legumentis addita concoctionem accelerare creditur. ¶Hæc plan DIOSC. *Matt.*

ta à nonnullis herba tora vocatur, quod vaccæ ea deuorata illico taurum admittere soleant .

BARBVLA hirci, Græcis, Τραγοπώγον.] Italis, *Barba di becco.*] Hetruſcis, *Saſſefrica.*] Germanis, *Bochs bart.*] Hiſpanis, *Barba de Cabron.*] Gallis, *Barbe de bouc.*

BARBVLA HIRCI.

GENERA.

Duum eſt generum, alterũ flore aureo, alterum purpuraſcente.

FORMA.

Matt. Primum genus foliis exit Croci latioribus, ac longioribus, floribus aureis, magnis, è calycibus prodeuntibus. Hi ſereno cœlo fatiſcunt, nubiloſo autem contrahuntur, occludũturq;, cõcluſo calycis vertice. barba dependet incana, prolixaque, inde illi nomen. E floribus pappoſum oritur caput, in quo ſemen continetur oblongum. Radice nititur longa, alba, dulci, iucundaque, qua vtimur nos in acetariis.

LOCVS.

Idem. Prouenit copioſa in pratis ac etiam ſaxoſis locis.

QVALITATES.

Idem. Radix excalfacit, at etiã primo ordine humectat.

VIRES.

Idem. Glutinat hęc recentia vulnera ſi foliorum ſuccus vel etiam ſtillatitia aqua in ſpleniis admoueatur. Eſtur quoque in cibis.

ARBVLA hirci altera, Græcis, Τραγοπώγον ἕτερον.] Italis, *Barba di Becco porporea.* Ger. Bockbarts dro andra gos[illegible]

BARBVLA HIRCI ALTERA.

FORMA.

Prodit hęc foliis alteri fi- *Matt.*
milibus, aut paulò la-
tioribus, & nume-
roſioribus robuſtiori-
busque: caule quo-
que ſimili, geniculā-
to, conſpicuis propè
genicula alis, è quibus
rami prodeunt. Flo-
res mittit in cacumi-
ne purpuraſcentes, mi
nores tamen quàm in
altera, radiantibus cir
cumquaq; calycis api-
cibus in ſtellæ ferè mo
dum. Radice quoque
firmatur grandiore, ro
buſtioreq;, lacteo ſuc-
co referta, non quidē
vt in altera dulci, ſed
adſtringenti, & ama-
riuſculo.

QVALITATES, ET VIRES.

Radicis lacteus ſuccus *Idem*
adſtringit, cohibet, fir
mat, & modicè abſter-
git, eſui tamen inido-
nea eſt.

SCORZONERA, siue Scurzonera, seu Viperina. Italis, *Scorzonera*.

FORMA.

SCORZONERA HISPANICA.

Matt. Folia fundit hęc plãta Tragopogono (cuius ꝑcul dubio ſpecies eſt) lõgè latiora, & quę ſolo ꝓpinquiora ſunt ꝑ ambitũ ſinuata, lõgo, preſſoque pediculo, à radice ꝓdeũtia, humiq; accubãtia. Caulẽ edit ſeſqdodrantalẽ, & ſępe maiorẽ, teretẽ, geniculatũ ĩ quo folia anguſtiora, minoraq; ſpectant. Flores profert aureos, Tragopono adeò æmulos, vt alterũ ab altero vix cognoſci poſſit. Hi flac ceſcẽtes in pappoſum mutant orbem, in quo ſemẽ cõtinet Tragopogono ſimile. Radice nitit ſeſqdodrãtali polli cari craſſitudine, raris adnatis fibris, vegeta, tenera, fructu facili, alba intus pulpa, lacteo ſucco ꝑgnante, dulci, & guſtatu iucũda. Floret æſtate.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in ſyluis, vliginoſo ſolo, ac etiam alibi.

QVALITATES, ET VIRES.

Matt. Foliorũ, radicũve ſuccus dat ꝑſentaneo remedio potãdus aduerſus viperarũ, cęterorũq; venenoſorũ animaliũ ictus, quinetiã ad quoſcũq; peſtiferos morbos. Radix recẽs, ſicca, aut ſaccharo cõdita, quotidie deuorata, peſtilẽtiæ cõtagia arcet, & venenis ꝗbuſcunq; reſiſtit. Dat eadẽ, aut eius ſuccus vtiliter quoq; comitialibus, cardiacis, vertiginoſis, animi deliquio, cordisq; tremore, aut pulſu laborãtibus. cõmãducata ꝑ ſe radix, triſtitiam diſcutit. Lacteus radicis ſuccus, oculorum nubeculas delet. In ſumma tota planta, magni eſt ad omnia vſus.

SCORZONERA BOEMICA. Böhmische Natterwurz.

Duas Scorzoneræ imagines hic appingi curauimus, quòd Hiſpanica à Boemica differat, cum radice, tum etiam foliorum amplitudine. *Matt.*

ORNITHOGALVM, Græcis, ὀρνιθόγαλον.] Italis, *Ornithogalo.*] Gallis, *Churles.*

GENERA.

Matt. Duo Ornithogali obſeruauimus genera.

FORMA PRIMI.

DIOSC. Primum cauliculus eſt tener, cãdicans, tenuis, ſeſquipedalis, tribus, aut quatuor in cacumine mollibus agnatis, à quibus flores prodeunt foris herbacei, & cum ſe pandunt lactei viſuntur, perinde ac Lilia, inter quos cachryos modo, diſſectum capitulũ emicat. Radix illi eſt bulboſa, albicans.

LOCVS.

Matt. Oritur in aruis inter ſegetes.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Coquitur cum pane, vt melanthium. Radix cruda coctave manditur: eſt enim dulcis, & ſuauis.

CENSVRA.

Matt. Malè ſentiunt, qui Ornithogalum inter ſaxifragas reponunt.

ORNITHOGALVM I.

ORNITHOGALVM alterum, Græcis, ὀρνιθόγαλον ἕτερον.] Italis, *Ornithogalo ſecondo*.

ORNITHOGALVM ALTERVM.



FORMA.

Caulem promit tenuem, folia croci æmula, quæ ab imo ad ſummũ caulem circumueſtiunt: Flores in ſummitate albicantes in quinque diuiſos apices, qui dum pateſcunt, ſtellæ faciẽ referunt. Radice regitur bulboſa, alba, alteri ferè per omnia ſimilis. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit ſpontè inter ſegetes. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Ea omnia præſtat, quę alterũ præſtare diximus. *Idem.*

TRASI, ita Veronenſibus appellati. *Venetis, Dolzolini, & Traſi dicuntur.*

TRASI.

FORMA.

Matt. Foliis exeunt longis, in cacumine mucronatis, Cyperi modo, quem quidem planta tota plurimum æmulatur. Caules enim edit cubitales, & anguloſos, in quorum cacumine folia exiliora, in ſtellæ modum radiantur. Inter quæ flores ſpectantur ſpicati, ſubfulueſcentesque. Radices habet numeroſas, è quibus globuli dependent bulboſi, oblongi, ſubrufeſcentes, fabarum magnitudine, ac etiam grãdiores, alba, dulcique intus medulla caſtanearum ſapore: ſcabro putamine.

LOCVS.

Idem. Nuſquam proueniunt ſponte in Italia, niſi in agro Veronenſi.

QVALITATES.

Idem. Excalfaciunt, & humectant ordine primo, leniunt, læuigant, emolliunt.

VIRES.

Idem. Radicum bulboſarũ cremor lacteus, pectus, & pulmones expurgat hauſtus, quo fit, vt tuſſientibus opem nõ modicam præſtet. Tundun tur ergo radices, macerantúrq; carnium iure, & deinde per linteolum exprimitur cremor, quem etiam recentiorum non nulli venereis potionibus admiſcent. Præſtat idem hauſtus ad vrinæ ardores, & prẹſertim ſi melo peponum, cucurbitarum, & cucumerum ſemen addatur. Veronenſes, pro bellariis iis radicibus veſcuntur, ſed flatus excitant.

TVBERA, Græcis, *Idra.*] Mauritanis, *Ramech, Alchamech, Tamer, & Kema.*] Italis, *Tartufi, & Tartufole.*] Germanis, *Hirst, & Brunst.*] Hiſpanis, *Turmas de tierra.*] Gallis, *Truffes, ſiue Truffles.*

TVBERA.

GENERA.

Duo in agro Romano reperiuntur genera: quorum alteri candida, pulpa, alteri pulla ſubeſt. Habentur, & alia genera, ſed ignobilia, & eſui ingrata. *Matt.*

FORMA.

Rotundę radices (ſi recte radices appellari debent) tubera ſunt, ſed omnino inæquales, nigro, ac ſcabro, putamine, ſine foliis, ac ſine caule, nullis quoque adnatis fibris inſipida intus pulpa: cum alba (vt prædiximus) tum etiam nigra. *Idem.*

LOCVS.

Abundat Tuberibus optimis Hetruria. Atqui aliis in Italiæ locis copioſa proueniunt ſitientibus locis, ac ſabuloſis, fruticoſisque. *Idem.*

QVALITATES.

Nullam euidentem habent qualitatẽ, qui ergo iis vtuntur ad excipienda condimenta tanquam materiam habent, ceu alia qualitatis expertia. *Gal. li. 2. de alimẽ. facul.*

VIRES.

Terrena magis, quam aquea ſunt, omniq́ue prorſus ſapore expertia: Atrabiliarios, & craſſos gignunt humores, magis quàm cætera ciborum genera, quo fit, vt frequenter deuorata apoplexiam, aut paraliſim excitent. Sunt & concoctu contumacia, & ventriculum agrauant. ¶ Expetuntur magnatibus in cœnis, bellariorum vice: quin etiam iis, qui putant Venerem iis deuoratis cum pipere excitari. *Auicen.* *Matt.*

APPENDIX.

Tubera re vera, radices non ſunt. Nullas enim fibras, adnatas habent, nec ſata vnquam proueniunt, nec etiam terræ cohærent, itaque terræ callum potius ſunt appellanda, & in fungorum potius, quàm radicum genere recenſenda.

SMILAX hortenſis, Græcis, Σμίλαξ κηπαία.] Mauritanis, *Lubia.*] Italis, *Smilace delli horti, & fagiuolo Turcheſco.*] Germanis, *Vuelßch bonen.*] Hiſpanis, *Feyones.*] Gallis, *Faſolz de Turquie, & Faues peintes.*

SMILAX HORTENSIS.

GENERA.

Matt. Varia Smilacis hortenſis habentur genera (Phaſeoli hortēſes ſunt ſeminum diuerſitate differentes ſiquidem) quidam.n. candidi, alij rubeſcentes, non nulli melini, plerique diuerſis, variiſq; maculis inſecti, reperiuntur.

FORMA.

Matt. Horū planta tota ferè facie vulgaribus faſiolis perſimiles viſitur, peculiariter autem differt in ſiliquarum, & ſeminū magnitudine, quę omnia in hortenſibus maiora, latioraque ſpectātur, differunt etiam caule. Hortenſium enim planta arbores ſcandit, ſmilacis aſperæ modo, itaque ſequaci ſarmentorum, clauicularumque reptatu, teſtudines, attegias, pergulas, & tabernacula conueſtit.

LOCVS.

Idem. Seritur paſſim in hortis, & viridariis.

QVALITATES.

Auicen. Excalfaciunt ſemina, & humectant ordine primo.

VIRES.

Matt. Semina in cibum ſumpta magis inflant, & ventriculo laborē faciūt, quàm vulgares faſioli, copioſiuſque ſemen generāt, & venerem ſtimulant, præſertimque cum longo pipere, galanga, & ſaccharo aſpergūtur, quod quidem longè valētius præſtant, ſi ex lacte bubulo pinguī elixentur: cornicula dum tenerrima ſunt, elixa perbelle in acetariis veniunt, aluum emolliunt, & pectus dilatant.

APHACA, Græcis, ἄφακα.] Arabibus, *Aphaki, Apaki, siue Albikia.*] Italis, *Aphaca.*] Germanis, *Vuilde Vuicken, & Vogels Vuiken.*] Gallis, *Veße sauuage.*

APHACA.



FORMA.

Foliis est tenuibus, siliquis lenticulæ maioribus, in quibus terna, quaternave semina nigra continentur. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur non solum sponte inter segetes, sed etiã à quibusdam seritur ad columbarum saginam. *Max.*

QVALITATES.

Semen viciæ modo amarũ est, & terrenæ essentiæ, ideoq; absterſoriæ est facultatis, adstringẽdi quoque vim habet. *Idem.*

VIRES.

Seminis farina vino subacta, illinitur vtiliter ad serpentium, & quadrupedum quorumcunque morsum: melle exceptã, & illita, lentigines, vãros, & cętera cutis vitia delet. torrefactum semen, stomachi, aluiq; fluxiones sistit, si fresum lentis more decoquatur, sed melancolicos humores gignit. DIOSC.

VICIA Græcis, Βίκιον.] Italis, *Veccia.*] Germanis, *Wicken.*] Gallis, *Veße*

VICIA.



FORMA.

Matt. Folia mittit aphacæ anguſtiora, in acutũ deſinentia, corniculis oblongis, teretibus, nigro ſemine ſtipatis, Orobi magnitudine: caulem edit bicubitalem, qui clauiculis è ramuſculorum ſummitatibus prodeuntibus, ſegetibus ſeſe implicat.

LOCVS.

Idem. Oritur ſponte in aruis inter ſegetes, & ſeritur quoque ad columbarum, aliorumq; volucrum ſaginam.

QVALITATES.

Idem. Excalfacit, & ſiccat, mundat, abſtergit, & adſtringit.

VIRES.

Non differt ab Aphaca, peculiariter autem vrinam ciet, & tabidos iuuat, ſi ex ptiſana frequenter ſumatur.

PORRVM Græcis, Πράσον.] Mauritanis, *Curat, seu Kurat.*] Italis, *Porro.*] Germanis, *Lauch.*] Hispanis, *Puerro.*] Gallis, *Porreau.*

PORRVM.

GENERA.

Duum est genera capitatũ, quod Græcis, κεφάλοτον dicitur, & Sectile. *Matt.*

FORMA CAPITATI.

Capitatum foliis prouenit allio latioribus, longioribusq;, carinatis, & in acumen desinentibus. Ceruix illi longa, bulbosaque, candicans, crassiori capite, numerosis radicibus, ipsisq; tenuib⁹, & capillatis: tunicis quoque numerosis conglomerato. Bimum in caulem prosilit cæpæ modo, longum, cauumque, floribus in cacumine in orbem congestis, semine nigro, cæpaceo simili. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis. *Idem.*

QVALITATES.

Corpus excalfacit, crassos humores extenuat, glutinososque incidit. ¶Inflat, noxium succum creat, tumultuosum somnium parit. *Gal. 6. de alim. facul.* DIOSC.

VIRES.

Vrinam ciet, aluum mouet, oculorum aciem hebetat, menses pellit, sed lædit exulceratam vesicam, renesque, cum ptisana verò coctum, esu, pectoris vitia extrahit. Coma in aqua maris, & aceto cocta, in desessionibus ad præclusiones, & duritias vuluæ vtilis est. Semen acrius est, & quãdam adstrictoriam vim habet, qua re cum aceto, & thure, sanguinis profluuia sistit. Venerem stimulat. valet contra omnia thoracis vitia: arteriam esu purgat, sed si assiduè estur, visus obscuritatem inducit, stomaco aduersatur, succus cum aceto aut thuris polline, lacte, aut rosaceo vtiliter aurium doloribus, & sonitui instillatur. Semen veteres sanguinis reiectiones cohibet, duarum drachmarũ pondere cum æquali baccarum myrti quantitate potum. DIOSC. ¶Illinuntur decocta folia ad tumentes, dolorificasq; hæmorrhoidas. Eædem melle subacta illinuntur ad venenosorum omnium ictus. caput cum ceruice ex melle delinctum præstat ad omnia pectoris, & arteriæ vitia. sumitur sub cineribus tostum, ad fungorum venena. Idem crapulam, & ebrietatem discutit. *Matt.*

Matt. PORRVM sectile, Græcis, Πράσον τμητὸν.] Italis, *Porro minore*.

PORRVM COMMVNE.



FORMA.

Idem. Non differt à Capitato, nisi quod capite sit tenuiore, ac etiam ceruice.

LOCVS.

Idem. Seritur in hortis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Ea omnia præstare valet, quibus capitatum polere diximus.

AMPELOPRASVM, Græcis, ἀπελόπρασον.] Mauritanis, *Nabati.*] Italis, *Porro ſaluatico, & Porandello.*] Germanis, *Vuild lauch.*] Hiſpanis, *Ayos, & Puerros de las vinbas.*] Gallis, *Porree de Chien, ſiue Porreau ſauuage.*

AMPELOPRASVM.



FORMA.

Ampelopraſum porri faciem repreſentat, ſed foliis, ceruice, capiteq; lõgè minoribus, & ad mãdendũ durius, acriusq;. *Matt.*

LOCVS.

Oritur ſponte in Vinetis, vnde illi nomen, ſecus ſepes, & in agrorum marginibus. *Idem.*

QVALITATES.

Acrius, & ſiccius ſatiuo habetur, attenuat, & craſſa incidit, & obſtructiones aperit, & prouocat vrinam. *Gal. li. 6 ſimp. me.*

VIRES.

Stomacho magis quàm domeſticum aduerſatur, plus autem excalfacit, & vrinas, & menſes vehemẽtius ciet. Eſtur vtiliter, atque etiam illinitur ad ſerpentium morſus. ¶Lentos, craſſosque humores potentius incidit, valentiusq; infarcta organa obſtructione liberat. DIOSC. *Gal. il*

CAEPA, Græcis, Κρόμμυον.] Arabibus, *Baſil, ſeu Baſſal.*] Italis, *Cipolla.*] Germanis, *Zuuibel.*] Hiſpanis, *Cebolha.*] Gallis, *Fiboule, & Oignons.*

CAEPA.



GENERA.

Theop. Matt. Cæparum genera plura, diuerſaque habentur (vt Theophraſtus eſt autor.) Atqui nos de quatuor tantũ generibus ſcribemus, nempe vulgari, communique, Sectili, Fiſſili, & Aſcalonico.

FORMA VVLGARIS.

Matt. Cępæ foliis prodeunt longis, fiſtulatis, teretibus, & acuminatis. caule verò cubitali, maioriq;, tubæ faciẽ præſeferente, inani, ac fragili, in cuius ſummitate, flores exeunt in globum ſeſe ſtipantes, è quibus ſemen oritur nigrum, porraceo ſimile. Radice nititur bulboſa, ſeſſili, rapi rotundi inſtar, & inferiori parte fibrata, ſed etiam in his notantur differẽtiæ. Forma.n. aliæ maiores, aliæ minores, quædã longæ, quædã rotundæ, quędam verò ſeſſiles proueniũt. Sicut colore rubentes, & ſubrubentes aliæ, quædam virides, & albæ non nullæ. Quin etiam ſapore, vel acerrimæ, vel mediocriter acres, aut nihil ferè acredinis habentes.

LOCVS.

Idem. Seruntur, traſplantãturq; in hortis.

QVALITATES.

Gal. 7. ſimp. me. Cæpa excalfacit ordine quarto: Eſſentia autem eius potius eſt craſſarũ partiũ. Porrò ſi ſuccũ eius exprimas, q; reliquũ eſt, terreę admodũ eſt ſubſtantiæ, eiusq; calidæ, at ſuccus aqueæ, aereæq; caliditatis.

DIOSC. ¶ Lõga longè acrior eſt, quàm rotunda, itẽ flaua, q̃ cãdida, & ſicca q̃ viridis, & cruda quã cocta, oẽs tñ mordent, flatus gignunt, appetentiam inuitant, ſitim mouent, extenuant, & expurgant.

VIRES.

DIOSC. Cæpa repurgata à putaminibus, & in oleo coniecta, & pro balano ſubdita, hæmorrhoidas, reliquosq; excretionum exitus referant. Succus ex melle illitus, oculorũ hebetudinibus, argemis, nubeculis, & incipientibus ſuffuſionibus auxiliatur, menſes ſuppreſſos pellit, Naribus infuſus caput purgat, vitiligines ſanat, in ſole illitus. In auribus ſonitum, & grauitatem emendat. In alopeciis illitus, capillos reuocat. Largiore cibo deuorata cæpa, capitis dolores excitat, cocta vehementius vrinam pellit. Elixa cum vuis paſſis, & fico tubercula admota concoquit, & celerrimè rumpit: ſub cineribus toſta, belleq; macerata, datur vtiliter ex melle, aut ſaccharo deuoranda anheloſis, aſthmaticis, & tuſſientibus. ¶ Eiuſdem ſquama ſub feruenti cinere toſta diuturnum capitis dolorem ſedat, vbi fruſtulum eius calidum in dolentis lateris aurem introducatur ſuperaſperſo roſaceo, & laurino oleo ſuccidaque addita lana, quæ totam operiat aurem: Succus cum acerrimo aceto miſtus, Sanguinem è naribus manantem ſiſtit, iis immiſſus.

Matt.

CAEPA sectilis, Græcis, Κρομμυὸν τμῆτον.] Italis, *Cipolle settuole*. *Matt.*

CAEPA SECTILIS.



FORMA.

Foliis exit, caule, floribus, & semine, vulgaris cepæ similibus, sed longè minoribus, tenuioribusque. Bulbis verò, ac ceruice, oblongis, tenuibus, & minimè capitatis; ob idq; germinatio tota in foliis, sæpiusq; retondetur, vt porrum. *Idem.*

LOCVS.

Seritur in hortis ad obsonia, & condimenta paranda. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Iisdem pollet facultatibus, quibus vulgaris cepa dotatur. *Idem.*

CAEPA fiſſilis, Græcis, Κρόμμυου σχισὸν.] Hetruſcis, *Cipolle maligę*.

CAEPA FISSILIS.



FORMA.

Matt. Facie tota Aſcaloniá refert, niſi quod omnibus ſuis partibus maior ſpectatur. Bulbi plures ab vna tantum radicum coma oriuntur, longa, tenuiqúe ceruice nitentes, Aſcaloniæ modo, ſed acredine differentes.

LOCVS.

Idem Habentur paſſim in hortis, in Hetruria.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Ea omnia poſſunt, quę, & cętera genera.

AEPA ascalonia, Græcis, Κρόμμυον ἀσκαλωνίον.] Italis, *Scalogna*. Ger. Zschalg. Fristkauch.

CAEPA ASCALONIA.



FORMA.

Foliis prouenit tenuib⁹, longis, teretibus, fistulosis in acutum desinentibus, ceruice pariter tenui, bulbis numerosis, ab imo radicũ cespite prodeuntibus, paulò nucis auellanę maioribus parui fici faciem representãtibus, sapore admodũ acri, haud tamen ingrato. *Matt.*

LOCVS.

Seruntur Ascalonię Cæpę in hortis ad ciborũ condimenta. *Idem*

QVALITATES.

Ex calfaciunt, & siccant: incidunt, aperiunt, puocant, deiiciunt. *Idem*

VIRES.

Nõ solum ea omnia præstare possunt, quæ cætera cæparum genera, sed cibi appetentiam faciunt, vermes intestinorum necant, & caput non adeo lędunt. *Idem*

ALLIVM, Græcis, Σκόροδον, *Pœnis, Chaum, & Cairin.*] Italis, *Aglio, & Aio.*] Germanis, *Knoblauch.*] Hiſpanis, *Ajos.*] Gallis, *Ail, & Aux.*

ALLIVM.

GENERA.

Matt. Duum eſt generum, Satiuum, & Syluestre. Huius plura ſunt genera, nempe Ophioſcorodon, Elaphoſcorodon: Vrſinum, & Anguinũ alterum.

FORMA.

DIOSC. Satiuum foliis prouenit porro ſimilibus, minoribus tamen, ceruice longa, capite bulboſo, quod pluribus coagmentatur nucleis, ſiue ſpicis, ſapore acri, ſed ori non ingrato, quod autem in Ægypto prouenit ſingulari, vt porrum capite conſtat, candido, ac minus acre. Syluestre ὀφιοσκόροδον, Græcis vocatum, ſingulari capite conſtat nullis diuiſum nucleis, ſatiuoq; longè minus, ſed odore, ſaporeq; non abſimili. foliis anguſtioribus, gracili caule, in cuius cacumine flos emicat purpureus, & ſemen ſubſequitur nigrum. *Matt.* ¶ Huic ſimile ferè eſt, quod ἐλαφοσκόροδον, Græci vocãt, .i. ceruinum Allium. De cæteris inferius dicetur.

LOCVS.

Matt. Satiuum in hortis, & campis ſeritur. Syluestre verò in collibus, & montibus ſponte prouenit.

QVALITATES.

DIOSC. *Gal. 7. ſimp. me. facul.* Vis illi acris eſt, mordet, excernit, digerit, pellit, aperit, incidit, prouocat, excalfacitq;, & ſiccat ordine quarto.

VIRES.

Gal. 12. Meth. DIOSC. Aluum turbat, flatus diſcutit, coli dolores minuit, vbi à flatu prouenerint. Sitim gignit, oculorum aciem hebetat. Latas ventris tineas eſu abigit, vrinam ciet. Prodeſt, contra viperæ, & peculiariter hæmorrhois ictum, ita vt non illud magis, ſi cum vino aſſumatur: præſtat quoq; contra rabioſorum morſus, tam illitum, quam potum, vocem clarificat, veterem tuſſim coctum, crudumve lenit: Ex origani decocto potum, pediculos, & lendes necat vitiligines, lichenas, lentigines, manantia capitis vlcera, lepras, & furfures. cum melle, & thure eximit. cum thure, tædaq; decoctum dentium dolorem mulcet in ore detentum. Coma feruefacta, & in deſeſſionibus addita, menſes, & ſecundas extrahit. Hydropicis quoque eſt vtile, & præſertim Timpanite laborantibus.

ALLIVM anguinum. Italis, *Aglio ſerpentino.*

ALLIVM ANGVINVM.

FORMA.

Folia profert lilio conual lio ferè ſimilia, anguſtiora tamen, & nigris maculis reſperſa; quin etiam caulis iiſdem inficitur notis, Dracunculi maioris modo, quo factũ eſt, vt a nobis allium Anguinũ fuerit appellatũ: Ceruice nititur longa: radice bulboſa, inuolucris, vt in croco circũtecta, numeroſis inferna parte fibris, vulgaris allij odore, ſapo req; prædita. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in Mõtibus excelſis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Excalfacit, & ſiccat perin de ac alium agreſte, & ſuis in facultatibus illi per omnia ſimile exiſtit. *Idem.*

Plin. lib. 19. c. 6. in fine. ALLIVM vrſinum, Italis, *Aglio de gli Orſi.*] Germanis, *Berr, & Hundts, Knoblauch.*

ALLIVM VRSINVM.



FORMA.

Matt. Foliis exit latis, minoris plátaginis ferè æqualibus, frequenter ſtriatis, caulibus angulosis, in quorū ſummitate flores ſunt in vmbellæ ferè modum ſe diffundentes: Radice nititur bulboſa, ſpicataque, lilij albi modo, dependētibus ima ſede capillamentis.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in collibus, in ſyluis, & aliquādo inter ſegetes.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Ea omnia præſtare poſſe creditur, quæ cęteris agreſtium alliorū generibus aſſignantur.

SCORODOPRASVM, Græcis, Σκοροδόπρασον.] Italis, *Agliporro.*] Germanis, *Aber knoblauch.*] Gallis, *Ail porreau.*

SCORODOPRASVM.



FORMA.

Magnitudine Porrum æquat, foliis, ceruice, & capite quoq; similibus. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur sponte in pratorum, agrorumque marginibus, & propter sepes. *Matt.*

QVALITATES. ET VIRES.

Scorodoprasum, sicut gustu, & odore mediam allij, & porri qualitatē possidet, ita & vires. *Gal. 7. simp. me.*

¶Coctum porri modo, dulcescit, & in olerum vicem transit. DIOSC.

SINAPI, Græcis Σίναπι.] Hetruſcis, *Senape.*] Italis quibuſdam, *Senauro.*] Mauritanis, *Cardel, & Chardel.*] Germanis, *Seneff.*] Hiſpanis, *Moſtaza.*] Gallis, *Seneue*.

SINAPI.

GENERA.

Matt. Trium eſt generum, quorum vnum rapitiam frondem exprimit: alterum gracili eſt folio: tertium verò Erucæ folio laciniatur.

FORMA PRIMI.

Plin. 19. *cap.* 8. Quod rapi foliis prouenit cæteris maius, domeſticum eſt: caulem mittit vegetum, ſubhirſutum, à quo ramuſculi ſuperiore parte creſcunt, in quibus ſemen ſubrufum in corniculis prouenit, acerrimo ſapore, ac etiam olfactu infeſtum.

LOCVS.

Matt. Seritur in hortis paſſim ab olitoribus.

QVALITATES.

Gal. l. 8. ſimp. me. Calefacit, & ſiccat ordine quarto.

VIRES.

DIOSC. Ad extenuandum, incidendũ, detergendum, extrahendũq; efficax eſt. Manditur ad eliciendam capitis pituitã, contra veterem, calloſamq, arteriæ ſcabritiem. Succus ex aqua, & melle vtiliter gargarizatur: tritũ, & naribus admotum ſternutamenta ciet: fœminas vuluæ ſtrangulatu oppreſſas excitat; illinitur auxilio magno lethargicis, deraſo capite, cum ficis admiſtum, donec rubeſcat locus: quinetiam eodem modo ad iſchiadicos dolores. Additur in emplaſtris extrahentibus ſcabiemq; extenuantibus, magno ſanè vſu.

Matt. ¶ Seminis farina aceto ſubacta, illinitur ad ſerpentium, & ſcorpionum ictus, pota verò fungorum venenis auxiliatur, illinitur & hydropicis ex impubis pueri vrina, ſordities omnes corporis abſtergit, cuti natiuum conciliat nitorem. Datur quoque vtiliter ſuſpitioſis, & aſthmaticis.

SINAPI alterum, Græcis, Σίναπι ἑτέρον.] Italis, *Senape, siue Senauro saluatico.* Ger. Solstmff.

SINAPI ALTERVM.

FORMA.

Folia habet tenuiora, plura ex vno ramusculo ꝑ deuntia, caulem rectũ, firmum, asperum, scabrum, hirsutumque, à medio ramosum: corniculis numerosis, atque hirsutis. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur locis incultis, in campestribus, & inter rudera. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Ea omnia præstare potest semen, quæ satiuo sinapi assignantur. *Idem.*

SINAPI Tertium. Italis, *Senape bianca, siue Rocchetta.*] Gallis; *Mouſtarde blanche, & douce.*

SINAPI TERTIVM.

FORMA.

Matt. Foliis exit ſilueſtri erucæ ſimilibus, frequẽter laciniatis, ramis tenuibus, in caulis ſummitate exeuntibus, in quibus vtrinque ſiliquulæ ſpectantur, albo intus ſemine, non adeo, vt in aliis generibus acri.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Cum non ſit, vt in cęteris generibus eius, ſemen acre, nõ adeo, vt illa excalfacit, & ſiccat. Itaque & ſi ad omnia vtile habeatur, ad quę cętera genera, imbecillius tamẽ eſt. Atqui ſemen pęculiariter in vinum muſtum contectum, diutius eius dulcedinẽ tuetur, atque eam deficere prohibet.

NASTVRTIVM, Græcis Κάρδαμον.] Mauritanis, *Norf, Alchef, seu Narf.*] Italis, *Nasturtio, & Agretto.*] Germanis, *Kressen, & Garten kress.*] Hispanis, *Nasturtio, & Malpica.*] Gallis, *Cresson de iardini, & Nasitor.*

NASTVRTIVM

FORMA.

Herba est tenuis, foliis paruis, laciniatis, caule tenui, sesquipedali, flore albo, semine in rubeum nigricante, folliculis orbiculatis, squamosisque incluso Thlaspi modo, acri sapore. *Matt.*

LOCVS.

Seritur passim in hortis, & vsurpatur ad ciborum condimenta, & intinctus, & venit quoque aliis cum herbis in acetariis. *Idem.*

QVALITATES.

Semen adurentis facultatis particeps est, excalfacit, & siccat ordine quarto, folia viridia multò inferiora semine sunt, adeo vt mordacitas eorũ moderata sit. ¶ Attenuat, mundat, aperit, prouocat, incidit, vrit, & resoluit. *Gal. 7. simp. me.* *Matt.*

VIRES.

Stomacho aduersatur, aluum turbat, ventris tineas excutit, lienem minuit, partus exanimat. Illitum cum melle lienem extenuat, fauos expurgat: sorbitionibus incoctum, pulmonum vitia extrahit: serpentium venenis potum resistit, atque eas suffitu fugat, capillorum defluuia cohibet, coxendicibus cõmodè ex aceto illinitur. ¶ Animum exacuit. Succus dentium dolores mulcet, si calidus in aure dolentis lateris fuerit instillatus, semen denariorum decem pondo ex aqua potum, bilem subducit, capitis vitia purgat, & visum acuit. DIOSC. *Matt.*

THLASPI, Græcis, Θλάσπι.] Barbaris, *Nasturtium tectorum.*] Italis, *Thlaspi*] Germanis, *Bisen Kraut.*] Hispanis, *Paniqueso de flor blanco.*] Gallis, *Seneue sauuage.*

THLASPI.

GENERA.

Matt. Quatuor Thlaspi obseruauimus genera, vt ex eorum imaginibus hic seriatim appictis patebit.

FORMA.

DIOSC. primũ foliis est angustis, digitali longitudine, in terrã versis, subpinguibus, in cacumine diuisis, cauliculo tenui binum dodrantum, non sine adnascentibus ramis, fructu circa ipsum totum, ab extremo in latius se pandente: semine Nasturtij vasis inclu so, lenticulæ effigie, nisi ꝙ infringitur, vnde nomen accepit. flos illi albicat.

LOCVS.

Matt. Nascitur in semitis, sepibus, & fossis, quin etiá inter rudera, & in vetustis edificiorum muris, & tectis.

QVALITATES.

Gal. Semen habet & ipsum fa-
Matt. cultatẽ acrem. ¶ Excalfacit, exiccat, attenuat, vrit, extrahit, prouocat, expurgat, & incidit perinde ac Nasturtij semen.

VIRES.

DIOSC. Semen bilẽ vtrinque extrahit acetabuli mensura potũ: prodest ischiadicis infusum: potũ sanguinẽ educit: internas suppurationes rũpit,
Matt. menses ciet, sed fœtum enecat. ¶ Additur in antidotis, ideoq; in theriacam ingreditur.

THLASPI ſecundum, ſiue alterum, Græcis, Θλάσπι ἕτερον.] Italis, *Tlaſpi maggiore*.

THLASPI II. SIVE ALTERVM.

FORMA.

Fóliis exit alteri maioribus, latioribusque, prope caulē diuiſis, & per ambitū ſerratis, caule firmo, ramoſoque, ſiliquis latioribus in cacumine diuiſis, preſſisq;, in quibus ſemen minutum continetur, aureo colore. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in agrorū marginibus, & inter ſegetes. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Semen minus mordet, minusq; longè calefacit, & ſiccat, atque etiam cætera minus præſtat, quàm alterius. *Idem*

THLASPI tertium, Italis, *Tlaſpi della tertia ſpetie*.

Das Dritt Hirtentäſchlkraut.

THLASPI III.

FORMA.

Foliis prouenit a radice numeroſis, oblongis, ſubalbicantibuſq; minime guſtatu acutis; caulibus, & ramis tenuibus, tenuibuſque folliculis circũquaq; ſtipatis, in quibus ſemẽ Thlaſpi ſimile acerrimi guſtus.

LOCVS.

Naſcitur locis ſaxoſis, & aſperis.

QVALITATES, ET VIRES.

Excalfacit, & ſiccat perinde ac alia genera, & cætera quoque præſtat, ſed non adeo vehementer.

THLASPI quartum, Italis, *Tlaſpi della quarta ſpecie*.

das vierdt Bersenkraüt

THLASPI IIII.

FORMA.

Folia profert longa, angu ſta, raraque : caulem ramoſum, & foliculos in vmbellis congeſtos, in quibus ſemen.

LOCVS.

Naſcitur in incultis lo- cis, & in collibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Semen cum acerrimo ha beatur ſapore pariter calefacit, & ſiccat, & ea omnia prẹſtare po- teſt, quæ primi gene- ris Thlaſpi adſcribun tur.

BVRSA paſtoris, Italis, & Officinis eodem nomine appellatur, quin etiam ſanguinaria aliquibus, non nullis herba cancri, & aliis criſpula quoque vocatur. Germanis, *Seckel Kraut, & Teſcel kraut.*] Gallis, *Bourſe à Paſteur.*

BVRSA PASTORIS.

FORMA.

Matt. Caules edit teretes, ſeſquidodrã tales, ramis tenuibus in ſummitate emergentibus, folia eius prima verbenacæ proxima ſpectantur, ſed quæ in caule ſunt Thlaſpi æmula ſunt. radicem habet tenuem, candidamque: flores edit in ſummis ramulis albosè, quibus preſſæ oriuntur ſiliquæ, cordis ferè imaginem referentes, ſemine intus paruo, ac minuto.

LOCVS.

Idem. Naſcitur ferè vbique, præſertimq; ſecus vias, in antiquis edificiorũ parietibus, in hortis, & vineis, & interrudera.

QVALITATES.

Idem. Eſt hęc planta ex refrigerantiũ, & adſtringentium genere.

VIRES.

Idem. Prodeſt attrita, & illita cùm inflammationibus, tum etiam ſacris ignibus, decoquitur pluuiali aqua cum plantagine, & Armenio luto, bibiturque eius decoctum ad dyſenteriam, & cruentas excreationes, herbę ſuccus recentia vulnera glutinat, & auribus purulentis infuſus medetur. ſiſtit menſium abundantiam. ſi in eius, & perſicariæ decocto inſideant mulieres. Eſturque ad idem, & contra denique omnes ſanguinis fluxiones efficax eſt, tam deuorata, quàm admota. additur in emplaſtris, quę ad capitis vulnera parantur in calceos coniecta, & nudis pedibus preſſa auriginem tollit.

ARABIS, siue Draba, Græcis, Ἀραβὶς, & Δράβη.] Italis, *Draba.*] Barbaris, *Nasturtium Orientale.*

ARABIS, SIVE DRABA.

FORMA.

Ad cubiti altitudinem assurgit, tenues spargens ramos, & ex vtroque latere folia, lepidij æmula, sed molliora, & candidiora, in cacumine verò sambuci vmbellã gerit, candidos flores habentem. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in cãpestribus, & agrorũ marginibus. *Matt.*

QVALITATES.

Insignis est acrimoniæ, & Nasturtio per omnia similis, itaq; valenter excalfacit, & siccat, *Serap.*

VIRES.

Herba cũ ptisana coquitur ad pituitosa pectoris vitia: semen aridum pro pipere obsoniis admiscetur.

IRIO Latinis, Græcis verò Ερύσιμον.] Italis, *Eriſimo, & Irione.*] Germanis, *Hederich, & Vuilder ſeneff.*] Hiſpanis, *Rinchaon.*] Gallis, *Velar, ſiue Tortelle.*

IRIO, SIVE ERISIMVM.

GENERA.

Matt. Duo eius habentur genera, foliorum magnitudine differentia.

FORMA.

DIOSC. Foliis exit Erucę ſylueſtris, cauliculis in lori modũ lentis, & obſequioſis: floribus luteis: ſiliquis in cacumine gracilibus, acuminatisque, in quibus ſemen recõditur exiguum vrentis guſtus.

LOCVS.

Matt. Oritur iuxta vrbes, rudera, atq; hortos, quinetiam in plateis, & ædificiorum areis.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Acrimonia pollet, vt Naſturtium, & Sinapi.

VIRES.

Cõtra thoracis effluxiones efficax eſt, & purulenta extuſſiẽtibus auxiliatur, regio morbo, & coxendicibus prodeſt, bibitur etiam vtiliter contra deleteria pharmaca: illinitur ex aqua, aut melle cæcis carcinomatis, parotidibus, mammarum duritiis, & teſtium inflammationibus. In totum extenuat, & excalfacit.

VVLGARIS Irio, Italis, *Irio, o vero Eriſimo commune*.

Ein ander wild Senffkgraut.

IRIO ALTER VVLGARIS.

FORMA.

Folia mittit hortéſis Erucę, caules lentos, flexilesque, ramis in ſummitate tenuibus: rotundis, acutis, tenuibusq; corniculis vndique ſtipatis, ſurſum ſpectantibus, in quibus ſemen cõcluditur minutum, flauo colore. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit, vt alter iuxta Vrbes, rudera, hortosque. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Idẽ pręſtat eius ſemen, quod alteri quoque adſcribitur, peculiariter autem ſeſquidrachmę põdere, ex ouo ſorbili, deuoratum tribus cõtinuis diebus, ſeminis profluuium cohibet, & ex vino renum calculos pellit.

PIPER, Græcis, Πέπερι.] Mauritanis, *Fulfel, & Fulful.*] Italis, *Pepe, & Penero.*] Germanis, *Pfeffer.*] Hiſpanis, *Pimienta.*] Gallis, *Poyure.*

PIPER.

GENERA.

Matt. Plura Piperis ſunt genera, nempe nigrum, album, longum, Æthiopicum, & quod vocãt Itali Indicum.

FORMA.

Idem. Seritur Piperis planta, q̃ repat clematidis alterius modo, prope proceras plantas, ſuper quas repit ad faſtigiũ vſque, foliis raris, citrei mali effigie, ſed minoribus, guſtu aliquãtulum acribus. Fructum profert racemoſum, vuarum modo ſed minorem, perpetuo virentem donec ſiccetur, & plenam maturitatem conſequatur, quæ conficitur Ianuario mẽſe, radice nititur puſilla. Huic nigri piperis plãtæ, perſimilis omnino eſt, quæ Piper album gignit.

LOCVS.

Idem. Piperis prouentum maximũ habetur in Malauar locis maritimis, quæ a Cocorin ad Canabor vſq; pertinent: quin etiam in Malache maritimis, & in inſulis, quę circa Iauam ſunt: vnde per mare Erythronæum ad nos comportatur.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Excalfacit, & ſiccat valenter, incidit, attenuat, cõcoquit, prouocat, diſtrahit, diſcutit, & abſtergit, febrium horroribus tam potum, quam illitu ſubuenit: ſerpentium morſibus auxiliatur, partus extrahit: tuſſi, omnibusq; pectoris vitiis a pituita exortis, tum in potu tum in eclegmate ſuccurrit: cum melle vtiliter anginis illinitur: tormina diſcutit, cum recentibus lauri foliis hauſtum: cum vua paſſa manducatum pituitam a capite elicit: valetudinem tuetur, dolores ſinit, appetentiam mouet, concoctionem adiuuat: ſtrumas cũ pice diſcutit, & vitiligines cum nitro emaculat.

Matt. Vnius grana quinque numero quotidie deuorata, iis auxiliãtur, qui vẽtriculi dolore, tũ ex flatu, tũ cruditatibus exorto, laborãt.

CENSVRA.

Matt. Deluſi ſunt antiqui omnes, quòd crediderint ex eadem planta prouenire nigrum Piper, & lõgum, ſiquidem alia valde diuerſa planta Piper longum mittit, quod in Begala naſcitur.

PIPER Æthiopicum, siue nigrorum. Italis, *Pepe d'Ethiopia*.

pfeffer aus Mormelandt.

PIPER AETHIOPICVM



FORMA.

Prouenit hoc Piperis genus in siliquis nigris racematim exeũtib⁹, pisorum, aut phaseolorum similibus, semine intus, nigri piperis baccis paulo minore, ac pertinaciter siliquis inhærente. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur ī Æthiopia, vnde nomen inuenit apud Arabes. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit, & siccat vehementer, attenuat, incidit, prouocat, aperit, digerit, resoluit. *Idem.*

VIRES.

Vtuntur eo Æthiopes ad dentium dolores.

CENSVRA.

Manifestè cęcutiunt, qui Æthiopum Piper Carpesium esse contendũt.

INDICVM PIPER siue Siliquastrum. Italis, *Pepe cornuto, aut Pepe d'India.*] Germanis, *Indianisch Pfeffer.*] Gallis, *Poyure de Inde.*

PIPER INDICVM

FORMA.

Matt. Foliis exit hortensis solani maioribus, oblõgioribusque, caule sesquicubitali, viridi, ramis compluribus brachiato, geniculatoque. Floribus candicantibus, è quibus vaginę oriũtur corniculorum speciem referẽtes, viridi primũ colore, & deinde coralliorum modo rubescẽte, pellucido, gustu acerrimo, adeò vt piper omne sua ingenti acredine superet. In his semen cõcluditur minutum, colore subalbicante, eiusdem protinus gustus.

LOCVS.

Idem. Serit in hortis, & fictilib⁹.

QVALITATES.

Idem. Excalfacit, & siccat excessu quarto. Ideoq; valenter vrit, & exulcerat corpus admotum recens.

VIRES.

Recentia cornicula tusa, & illita Ischiadicos iuuant, siquidem locum exurunt.

CENSVRA.

Non desunt doctissimi viri, qui hoc piperis genus Cardamomum faciunt, manifesto tamen errore.

CARYOPHILLVS Græcis, Καρυοφύλλον.] Mauritanis, Perſis, Turcis, Indis, *Calafur.*] Hetruſcis, *Garofani.*] Italis verò cęteris, *Garofoli.*] Germ. *Naegel.*] Hiſp. *Clauos de eſpetia, ſiue Clauellos.*] Gall. *Girophles.*

CARYOPHILLI.

FORMA.

Arbor, quæ Caryophillos profert, lauri faciem refert, foliis tamen anguſtioribus ſalicis, aut perſicæ mali ſimilibus, ſenſim per ambitum ſinuatis, multis prędita ramis, floribus numeroſis in primis candidis, deinde vireſcētibus, poſtremo verò rufeſcentibus vſq; adeo odoratis, vt reliquos flores odoris ſuauitate ſuperēt, è quibus caryophilli proueniunt, qui nil aliud ſunt, quā rudimentum fructus. Flores.n. qui quaternis foliolis conſtant, huic fructus rudimento inſidet, fibris numeroſis refertus, perinde ferè ac Myrti flores. Proueniūt caryophilli in extremis ramulis Myrti modo. Ad hæc pediculi, quibus caryophilli nitūtur ij ſunt, qui officinis vulgari idiomate appellantur Fuſti. Naſcitur autem arbor ipſa ſponte ex decidentibus caryophillis. Adoleſcit intra octennium, perduratq; in cētesimū annū vſq;. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur magno prouētu tantum in Moluccis Inſulis. Nam quāuis in zeilan, & nonnullis aliis Indię locis proueniat arbor, nuſquā tamē fructum edit, præterquam in Moluccis. Excutiuntur ibi flagellis, emundato prius circa arborem ſolo. *Idem*

QVALITATES.

Caryophilli calidi, & ſicci ſunt ordine propemodum tertio, odorati, acres, ſubamari, nō ſine leuicula adſtrictione. Itaq; roborant, aperiunt, incidunt, attenuant, digeruntque. *Idem*

VIRES.

In cibis deuorati ventriculi, iocinoris, cordis, & capitis affectibus auxiliātur. In puluerem hauſti ex vino auſtero & cydoniorum malorum ſucco, vomitiones cohibent, cœliacos iuuant, nauſeam remouent, & cibi appetentiam reuocant, roborantq; cum ventriculum, tum etiam caput. Frigefactum iecur belle excalfaciunt, olfacti auxiliantur animi deliquiis, māſiq; anhelitum commendant. conferunt comitialibus, reſolutis, conuulſis, ſtupidis, & veternoſis. cōcoctionem adiuuant, alui fluores torrefacti cohibent. Illinuntur quoq; per quàm vtiliter cum maſtice, rhoe, coralliis, & punicæ arboris floribus, ad ventriculi imbecillitatē. Exacuunt præterea oculorū aciē, & caligines tollūt, quinetiā nubeculas, & argemas in tenuiſſimū puluerē triti, & oculis inditi. Addūtur in Antidotis, & ī ſaccis, q vētriculo, & capiti roborādo parātur. *Idem*

CARYOPHILLI flores domeſtici, nonnullis Vetonicum. Italis, *Garoſoni, & Garoſoli.*] Germ. *Graſzbluam, ſiue Naiglin bluom.*] Gallis, *Oeilletz, ſiue Girosfloes.*

CARYOPHILLI FLORES DOMESTICI.

GENERA.

Matt. Varia ſunt horum florum genera, colore, & foliorum ſtipatu differentia. Alij.n.maiores ſunt, alij minores, alij coccineo colore rutilant, alij ſaturata purpura nitēt, alij candido, alij carneo colore gaudent. Sunt,& verſicolores nōnulli albo,rubroq; colore miſtim reſperſi, quin etiam ſpontè naſcentes habentur cum rufeſcentes, tum albicantes.

FORMA.

Idem. Planta foliis eſt Tragopogoni modo longis,breuioribus tamen,carnoſioribus, pinguioribusque, in curuis, & in acutum deſinentibus: Caules edit numeroſos, geniculatos,læues,cubitales,tribus, quatuorvè in ſummitate adnatis, in quorum cacumine teres, longiuſculusque calyx ſpectatur ſuperiore parte ferrę modo denticulatus,è quo flos ſpecioſiſſimus oritur caryophillorum odore prędituſ. Atqui flores in omni genere omnes ferè ſtipātur numeroſa foliorū ſerie, perinde ac roſa.

LOCVS.

Idem. Seruntur à mulieribus, eoluntur q; in fictilibus, aut capſulis ligneis trāſpoſiti, ſępiusq; irrigati, ſuper feneſtras, ac etiam in hortos.

QVALITATES.

Calida, ſiccaq; pollere facultate hoſce flores iudicio eſſe poteſt odoris fragrantia, & ſaporis amarulentia quædam.

VIRES.

Idem. Qui purpureo colore nitent præſtāt ad omnes cordis affectus, ad vertiginem,apoplexiam, paralyſim, & conuulſionem,ex Betonicæ,aut amaraci decocto poti. Aſſeruantur ſaccharo, perinde ac roſæ,non ſolum ad prædicta omnia vtiles,ſed etiam aduerſus venena, venenoſorūq; animaliū ictus. Dantur contra peſtilentiæ contagia. Id quod valentius operatur ſuccus, ex vniuerſa planta expreſſus. Hauſtus enim quatuor vnciarum pondere, vbi morbus inuaſerit, liberat.

CARYOPHILLI ſylueſtres. Italis, *Garofani, & Garofoli ſaluatichi.*] Germanis, *Donder neglin.*] Gallis, *Armoiries, & Oeilletz ſauuage.*

CARYOPHILLI FLORES SYLVESTRES.

FORMA.

Foliis, caulibº, floribusq; exeunt altilibus ſimilibus, ſed longè minoribus, tenuioribusque, floribus cum rufeſcentibus, tum etiam albis, nullo tamẽ odore præditis. *Matt.*

LOCVS.

Proueniunt ſpontè locis incultis, & aridis, atq; ſaxoſis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Præſtant ij quoque ad ea omnia, ad quæ altiles præſtare diximus, verũ longè remiſſius operantur. *Idem.*

HYDROPIPER Græcis, Ὑδροπέπερι.] Italis, *Pepe aquatico, & Persicaria.* Germanis, *Vnasser Pfeffer, & Murchen kraut.*] Hispanis, *Hierua pexeguiera, seu manchas.*] Gallis, *Curage.*

HYDROPIPER SEV PERSICARIA.

GENERA.

Matt. Duum est generum, alterũ minus, alterum maius. Item alterũ acri admodum sapore. Alterũ verò omnis acredinis expers, & aspero tantum stringentiq; gustu præditum.

FORMA MINORIS.

DIOSC. Caulem edit geniculatũ, solidum alis multis concauum. Folia menthæ maiora, molliora, candidioraque, gustu piperis acri, citra tamen vllam odoris gratiam. Fructũ acrẽ, in surculis paruis, propè folia racematim cohærentem.

QVALITATES.

Gal. l. 8. simp. me. Matt. Calidum est. sed non tantum, vt Piper. ¶Incidit, extenuat, aperit, resoluit, exulcerat, discutit, & digerit.

VIRES.

DIOSC. Folia cum semine illita, tumores, veteresq; duritias discutiunt, suggillata delent, quæ postquam inaruerunt, tusa pro pipere in obsoniis admiscentur. ¶Herba recens commode thalamis sternitur, pulicibus necandis. Suillę carnes salsæ, circũducta herba præseruantur à tineis, & vermibus. Quare succus instillatus vermiculosis auribus, opem mirificam præstat. *Matt.*

PERSICARIA altera. Italis, *Persicaria magiore*.

PERSICARIA ALTERA

FORMA.

Eadem illi facies eſt, quæ alteri, niſi quod folia maiora ſunt, & nigris maculis infecta, caules vegetiores humi accubantes, & racemi grandiores. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur hęc non ſolum humecto ſolo, ſed etiã in ſicco, in agrorũ marginib⁹, & ſecus itinera. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Cum guſtantibus manifeſtã relinquat adſtrictionem: nec vlla ſit acredine prædita, excalfacere perinde ac altera haudquaquam poteſt, ſed potius refrigerare, ac ſiccare. *Idem.*

PTARMICA, ſiue Sternutamẽtaria. Græcis, πταρμικὴ.] Italis, *Ptarmica*.
Ger. Niesswurtz. Wilder pfeffer.

PTARMICA.

FORMA.

Matt. Surculos habet tenues, ſeſquidodrantales, rotundos, & circa eos folia oblõga, oleę modo atq; multa: & per ambitum ſerrata. Flores mittit in cacumine anthemidis figura, minores tamen & vmbilico dilutiore. ſapore adeo acri, vt nõ deſint qui pyrethrum eam faciant.

LOCVS.

Idem. Naſcitur ſpontè in montibus, ſaxoſis locis.

QVALITATES.

Ptarmicę flores ciẽdę ſternutationis vim obtinẽt, eſt enim temperies eius calida, & ſicca, viridis etiamnum ordine ſecundo, ſiccatæ tertio.

VIRES.

Folia cum floribus illita, ſuggillationes rapiunt. Flores ſternutamenta efficaciſſimè mouent.

PTARMICA ALTERA. Ein andre unbekannt Art wilder pfeffrany.

Sunt qui plantam, cuius hic imago ſpectatur, Dioſcoridis Ptarmicam faciunt : ſed re vera falluntur.

PSEVDOSTRVTHIVM, quidam Theriacariam vocant.

PSEVDOSTRVTHIVM.

FORMA.

Matt. Folia profert longa, ſubpinguia, caules multiplices, folioſoſque, in quorũ ſummitate ſpicati prodeunt flores. Radice nititur candida, longa, digitali craſſitudine, & raphani modo acri.

LOCVS.

Idem Naſcitur incultis locis, ſecus itinera, & in agrorum marginibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Radix excalfacit, & ſiccat ordine tertio. Incidit, attenuat, reſoluit, aperit, digerit. Sunt etiã, qui eam præferant cõtra venenoſorum animalium ictus, nõ modo vulneri admotam, ſed etiam in potu ſumptam. Quinetiam aduerſus peſtilentiæ contagia.

CYCLAMINVS, Græcis, Κυκλάμινος.] Mauritanis, *Buchomaricn.*] Officinis, *Cyclamen, Panis porcinus, & Arthanita.*] Italis, *Pan porcino.*] Germanis, *Schweim prot, & Dopffel.*] Hiſpanis, *Pan de Puerco.*] Gallis, *Cyclamen, ſeu Pain Porcin.*

CYCLAMINVS.

FORMA.

Folia habet hederæ aduerſa parte purpurea, in quibus ſupra, infraq; albicant maculæ, caules nudos palmari longitudine, floribus in eorum ſummitate purpureis, coronatis prominente quodam è medio apice, odoris iucundi, radice nigra ſeſſili aliquantum lata, rapi ferè effigie. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur vmbroſis locis, & maximè ſub arboribus, & in fructetis, ſecus itinera. DIOSC. *Matt.*

QVALITATES.

Varias vires obtinet, nam abſtergit, incidit, venarum ora aperit, attrahit, digerit, detergit, & prouocat. *Gal. 8. ſimp. me. Matt.*

VIRES.

Radix tam hauſta, quàm cliſtere infuſa lentã pituitã mirificè detrahit. Coli cruciatus tollit à pituita progenitos, aut ab induratis excrementis. Succus in errhinis additur ad expurgandũ cerebrum. Finit enim diuturnos capitis dolores, ac etiam Hemicranios: reſolutis opitulatur, ac omnibus cerebri, & neruorum affectibus, à frigiditate obortis. ¶Aqua è cyclammi radicibus diſtillata ſi naribus ſurſum trahatur, fluentẽ inde ſanguinem mirum in modum ſiſtit. eadem pota ſex vnciarum pondere, admiſta ſacchari vncia, manantem è pectore, aut ventriculo, aut iocinore ſanguinem mirificè cohibet. contuſæ radices recentes illinuntur vtiliter ſcyrrhoſis, duriſq; tumoribus, & ſtrumis: additur quoq; ſuccus commodè in vnguentis, quæ ad ſplenis tumorem duritiemq; parantur. affricta recens radix hæmorthoidas eiicit, earundem ſuccus auribus inſtillatus vnà cum roſaceo, aut vini modico, aurium ſonos, & ſurditatem tollit. Abdomini illitus ventrem ſubducit, illita radix ſerpentium ictibus auxiliatur. Eadem excauata, oleo repletur, & addito ceræ momento, cineri feruenti imponitur. Coquiturq; vnguentum ad perniones vtile. *Meſues.* DIOSC. *Matt.*

DRACVNCVLVS maior. Græcis, Δρακοντία μεγάλη.] Arabibus, *Luf, ſiue Alluf.*] Officinis, *Serpentaria maior.*] Italis, *Dragontea, & Serpentaria maggiore.*] Germanis, *Natter Vurtz.*] Hiſpanis, *Taragontia.*] Gallis, *Serpentine.*

DRACVNCVLVS MAIOR.

GENERA.

Matt. Tria Dracunculi reperiuntur genera Maior, Minor, Aquaticus.

FORMA MAIORIS.

DIOSC. Maior, caulem habet rectum, bi cubitalem, læuem, baculi craſſitudine, verſicoloribus, ſerpẽtium maculis, purpureis tamẽ pluribus, folia rumicis ſibi inuicem implicita. Fructum ſummo caule facit racemoſum coloris primũ cineracei per maturitatem verò crocei, in purpuram vergentis, radicem habet prægrandem, rotundam, candidam, tenui cortice obductam.

LOCVS.

DIOSC. Gignitur in vmbroſis, præſertim circum ſepta.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Quiddã Aro perſimile obtinet, tum radice, tum foliis, verùm acrius eſt, & amarius, ac proinde magis calfactoriæ, & ſubtilium partium, quin etiam leuiter adſtringit.

VIRES.

DIOSC. Radix cruda, coctave delingitur ex melle vtiliter anheloſis, aſthmaticisq;, quin etiam cõuulſis, tuſſientibus & deſtillationibus obnoxiis: ex vino pota venerem ſtimulat: vlcera, quæ cacoethe vocantur, & phagædœnica expurgat, præſertim cum bryonia. fiunt collyria ex ea, & melle ad fiſtulas, & partus euocandos: illinitur cum melle efficaciter ad vitiligines: polypos, & carcinomata abſumit. ſuccus præſtat ad oculorum nubeculas, albugines, atque caligines. idem ex oleo infuſus aurium doloribus medetur. à vipera feriri non poſſe affirmant, qui folia, aut radicem manibus affricuerit.

DRACVNCVLVS minor, Græcis, Δρακοντία μικρὰ.] Italis, *Dragontea, & Serpentaria minore.*] Germanis, *Cleynnatter vurtz.* Gallis, *Petite Serpentaire.*

DRACVNCVLVS MINOR.

FORMA.

Folio cõstat hederaceo magno, candidis maculis insignito, caule recto, bicubitali, versicolore, purpureis maculis respersо, ita vt anguem planè referat, baculi crassitudine. ¶ Fructus summo caule è vagina quadam externa parte herbacea, interna verò nigricanti purpura infecta, corniculi speciem præ se ferens exoritur, qui tandem facto corniculo in racemi, vuæve modum emergit, feruẽti, ac mordaci gustu, radice nititur rotunda, bulbosa, acri, tenui libro obducta. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in sepibus vmbrosis. DIOSC

QVALITATES, ET VIRES.

Iisdem pollet viribus, quibus maiorem pollere diximus. Peculiariter autem folia caseum à putredine defendunt, qui iis inuoluitur. Estur radix cruda, coctave placentarum loco in conuiuiis cum multo melle in Baleari-bus insulis. *Idem*

DRACVNCVLVS aquaticus. Italis, *Serpentaria aquatica.*] Germanis, *Vuaſſer natter vurtz.*

DRACVNCVLVS AQVATICVS.

FORMA.

Foliis exit corni arboris ſimilibus, radice arũdinacea, geniculata, lõga, & Ari modo feruens. inſuper ex geniculis ipſis numeroſæ exeunt fibræ, quibus pertinaciter humi inhæret: a radice folia prodeunt oblonga, è quorũ exortu alia exurgunt longis pediculis nitentia, ſed iis grandiora, tenuioraq, habentur, è quorum nõ nullis, quæ concluſa ſunt, fructus racematim enaſcitur. baccis per maturitatem rufeſcentibus, in quibus ſemen eſt nigrum, paruum, & oblongum, craſſo quodam ſucco obductum.

LOCVS.

Naſcitur in montanis locis, ſed humectis, & paluſtribus.

FACVLTATES, ET VIRES.

Non differt viribus ab Aro, & aliis Dracunculi generibus, ſed facultate imbecilliore habetur.

DRACVNCVLVS hortensis, Italis, *Dragoncello, & Dragone.*] Gallis, *Targon*, Ger. Garston Rattencouff.

DRACVNCVLVS HORTENSIS.

FORMA.

Caules fundit numerosos, tenues, in quibus folia exeunt lõga lini modo, acri admodum gustu: radicibus cohæret humi repentibus. floribus pusillis, albicantibus, racemosis semine superuacuo. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis ferè omnibus. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Cũ insigni acrimonia plãta tota sit prędita, haud verendum est quin valenter excalfaciat, atque siccet, incidat, digerat, aperiat, & prouocet: mansa pituitam ciet: dentium dolores mulcet: concoctionem adiuuat, & vrinas mouet, *Idem.*

Estur passim in acetariis vnà cum lactucis, aliisque oleribus.

OPHIOGLOSSVM, Græcis, ὀφιόγλοσσον.] Italis, *Lingua ſerpentina, Argentina, ſiue herba Lucciola.*] Germanis, *Natter Zuonglin.*] Gallis, *Herbe ſans chouſture, ſiue Langue de ſerpent.*

OPHIOGLOSSVM.



FORMA.

Matt. Vno tantùm prouenit folio pingui, plantaginis aquaticæ quadantenus ſimili, nulla per mediũ excurrente coſta: è cuius inferiore ſinu, caulículus exit, pallidam, ſerpentis modo, in ſummitate ligulam gerens, vnde illi nomen.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in pratis. ſed ocyſſimè deperit, cùm tantũ menſe Maio perduret & appareat.

QVALITATES.

Idem. Exiccat, citra inſignem caliditatem.

VIRES.

Recentia folia vulnera mirifice glutinant, & enterocellas ſanant. Maceratur in oleo, quo diutius inſolato, vtuntur chirurgici cõmodiſſimè ad prędicta. Datur potanda ex aqua equiſeti ad intrinſeca vulnera: auxiliatur ſanguinẽ reiicientibus, pota ex aqua foliorum quercus alba vteri excrementa ſiſtit: decoquitur in vino auſtero ad collachrymantes oculos. Illinitur recens cum adipe gallinaceo ad vulnerum inflammationes.

RVM Græcis, ἄρον.] Mauritanis, *Iaurus, siue Sara.*] Siris, *Lupha.*] Officinis, *Aron siue serpentaria minor.*] Hetruscis, *Gigaro.*] Germanis, *Clein natter vurtz.*] Hispanis, *Yaro.*] Gallis, *Vit de chien.*

ARVM.

GENERA.

Duum est generũ: maius, & minus. *Matt.*

FORMA.

Hederaceis prouenit foliis, sed magnis, dracunculi maioribus, minimè dissectis, maculosis: caulẽ edit dodrantalem, è cuius fastigio erumpit folliculus in acutũ desinens, in quo fructus reconditur solidus, pistilli faciem referens, aureo colore: in cuius infima parte crocea quædam veluti semina spectantur: quæ deinde acinosa fiunt & per maturitatem rubescunt, botrũq; circa caulem efficiunt: frumenti Indici modo. Radix subest alba, bulbosa, oblõga acerrimi gustus. *Idem*

QVALITATES.

Terrena essentia constat, sed calida, proinde extergẽdi vim possidet, verùm non valentem, veluti dracontium: est itaq; in exiccando, calefaciendoq; primi ordinis. *Gale. 8. simp. me.*

¶Abstergit, incidit, attenuat, digerit, & aperit. *Matt.*

VIRES.

Radix, semen, & folia dracunculi vires habent. Priuatim autem radix ex fimo bubulo podagris vtiliter illinitur. ¶Decocta radix, melleq; excepta; medetur pituitosis pectoris morbis. quare asthmaticos maximè iuuat. Datur elixa, vel feruentibus cineribus tosta ex amygdalino oleo vtiliter tussiẽtibus. Id quod commodius præstat lac, in quo ipsa fuerit incocta. Elixa subiicitur oleo, & tumentibus hæmorrhoidibus vtiliter illinitur. Radicis succus exedentia, & contumacia vlcera sanat: semen drachmæ pondere potum, menses, & secundas pellit. DIOSC. *Matt.*

CENSVRA.

escio sanè qua ratione scripserit Galenus, Arum, quo degustato os totum exuritur, & acerrimum sentitur, calidum, siccumq; ordine tantum primo haberi.

NOMINA.

ARVM minus, Græcis, ἄρον μίκρον.] Italis, *Gigaro minore*.

ARVM MINVS.

FORMA.

Matt. Foliis exit ſagittę imaginem pręſeferentibus, caule recto, glabro, dodrantali, botrum in cacumine habenti, rubẽtibus baccis ſtipatũ, in acutum deſinentẽ: Radices fundit tenues, numeroſasque, è quibus bulboſi quidã globuli fabarum magnitudine dependent, guſtu per quã acerrimo.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in montibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Excalfacit, & ſiccat ordine quarto: Ideoque vrit, attenuat, incidit, & abſtergit. Sunt qui radicum farina vtantur ad arcendos à ſuis menſis paraſitos, & voraces lurcones; eandem delicatis cibis admiſcentes: nã vbi fauces occupauerit, tam vehementi, ac cõtumaci ardore afficit, ne poſt hac quicquam vorare queant, niſi lacte bubulo diutius gargarizato, aut recenti butyro ſenſim delincto.

BONVS Henricus, Italis, *Herba infarinata.* Germanis, *Schmerbel, siue Guot henrich.*

BONVS HENRICVS.

FORMA.

Planta candicat tota per inde ac si tenuissimo farinę polline consper-sa esset: quin etiam tactu, adeò lævis percipi tur, vt vnguine aliquo peruncta videatur: Folia habet Ari quadantenus similia, caules plures, folioſos, in quo rum fastigiis racemosi emergunt flores; Radicem habet vegetam, crassam, multifidāque: croceo colore, acuti la pathi modo: cuius speciem esse censemus. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur sponte ferè vbique in pagorū plateis. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit, siccat, aperit, abstergit, resoluit, & digerit. *Idem.*

VIRES.

refertur ad venenosorum animalium ictus: Radicis succus illitus, scabiem sanat, & cutis maculas extergit, præsertim, si cum aceto misceatur. *Idem.*

ARISARVM Græcis, Ἀρίσαρον.] Italis, *Arisaro.*

ARISARVM.

FORMA.

Matt. Foliis prouenit Ari, longè tamen minoribus: cauliculum edit tenuem, in cuius summitate vaginula quædam oritur, altera parte diuisa, è qua ligula tenuis, exigui germinis modo se se exerit, pallido colore. Radix illi oliuę instar magna, oblonga, candicãs, adnatis pluribus vbiq; emergentibus.

LOCVS.

Idem. Nascitur in collibus, & campestribus.

QVALITATES.

Gale. 6. sim. med. Acrius multò Arisarum, quàm Arum est.

VIRES.

DIOSC. Radix illita, nomas sistit: fiunt collyria ex ea ad fistulas efficacia: illitu radicis, genitale animalis cuicũque in perniciem agitur.

ARISARVM alterum: siue Pseudo arisarum. Italis, *Arisaro falso.*

ARISARVM ALTERVM



FORMA.

Folia mittit longa, angusta, longis pediculis nitentia: radicem bulbosam, iuglandis magnitudine, numerosis vbique adnatis fibris, gustu etiam acri. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur frequens in agro Romano. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Excalfacit radix, siccat, incidit, abstergit, digerit, & aperit. *Idem.*

HASTVLA regia, Græcis, Ασφόδελος.] Mauritanis, *Cheunce, Biruach, seu Axeras.*] Italis, *Asfodillo.*] Germanis, *Gold vurtz, seu Heidnisch.*] Hispanis, *Gamones, seu Gamonites.*] Gallis, *Aprodiles.*

HASTVLA REGIA, SEV ASPHODELVS.

FORMA.

Matt. Plãta est à radicibus folios: foliis porraceis, carinatis, caulẽ edit cubitalem, & sæpe maiorem, insigniter leuẽ, flores in cacumine albicantes, & quãdoque melinos, numerosos, in stellæ modũ; è quibus baccæ proueniunt subrotundæ, herbacei coloris: semine intus nigro triquetroque: Radicibus nititur numerosis, nigricantibus, bulbosis, oblongis, viresceteintus pulpa, ima parte vẽtricosis, & in tenuem caudam desinentibus, succosis: gustu acri, atq; amaro.

LOCVS.

Idem. Nascit' in montib. pingui solo.

QVALITATES.

Gal. 6. simp. me. Radix extergentis, & discutientis est facultatis; vstę autem cinis calidior, & desiccantior, subtiliorq; est, & ad digerendum potentior.

VIRES.

DIOSC. Radices epotæ vrinas, & menses ducunt: auxiliantur à serpẽte demorsis triũ drachmarum pondere hausto, sed tota plãta ex vino morsus illinire oportet. valent quoq; ad sordida, & depascentia vlcera; mammarum quoque, & testium inflãmationes, tuberacula, forunculosque. Radicis succus per se, prodest ad purulentas aures: in contrariam aurem infusus, dentium dolorem mitigat: cinis è radice illitus, pilos, capillosq; in alopeciis replicat. oleum in excauatis radicibus feruefactũ, pernionibus, & ambustis medetur: in auribus distillatum, surditati auxiliatur. Semẽ in vino potum scolopendrę & scorpionũ venenis mirum in modum resistit. ¶ Illinuntur vtiliter radices in aceto decoctæ lichenosis, scabiosisque: crispantur quoq; capilli abraso capiti affricta sæpe radice, decoctæ & illitæ parotidas sanant.

Matt.

BVLBVS vomitorius, Græcis, Βολβὸς ἐμετικὸς.] Mauritanis, Zir.] Italis, *Cipolla canina*. Orr. Hundszwibel.

BVLBVS VOMITORIVS.



FORMA.

Folia habet esculẽto bulbo multò latiora, & lõgiora, radicem similem, nigro obductam inuolucro. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur cliuosis locis. *Matt.*

QVALITATES.

Calidioris est temperatu rę, quàm bulbus esculentus. *Gale. 8. simp. me.*

VIRES.

Radix mansa, aut decoctum eius potum, vesicę malis medetur. vomitiones mouet. DIOSC.

SCILLA Græcis, Σκίλλα.] Arabibus, *Haſpel, Hanſel, Aſchil, ſiue Alaſchis .*] Italis, *Squilla.*] Germanis, *Meerzuuibel.*] Hiſpanis, *Cebolla albatrana.*] Gallis, *Squille, carpentaire, ſiue Oignon marin.*

SCILLA

FORMA.

Matt. Bulbo nititur ingenti, ſubrubro, radicibus inferna ſede numeroſis: ſquamis craſſis, lento ſucco prægnantibus, acri, & amaro, folia mittit aloes ſimilia, caulē ſeſquicubitalem, læuē, & flores in ſummitate ſubpurpureos.

LOCVS.

Idem Naſcitur maritimo tractu.

QVALITATES.

Qualitatem admodum incidentem obtinet, non tamen admodum calidam, itaq; ſecūdi ordinis excalfacientium fuerit: præſtat autem, aut aſſam, aut elixam ſumere, ſic enim virium illius vehementia exoluitur.

VIRES.

DIOSC. Interna ſcillæ pars in oleo feruefacta, rimis pedum vtiliter admouetur. decocta in aceto illinitur ad viperarum morſus: toſta, & odoratis medicamentis admiſta, hauſtaq; vrinā ciet, hydropicos, ſtomachicos, auriginoſos, torminibus, & tuſſi vetere laborantes, ſuſpirioſos, & reuomentes iuuat, tribus obolis ex melle ſumpta, quin etiam comitialibus & reſolutis auxiliatur. ſed cauēdus ſcillæ vſus his, quorum inteſtina vlceribus afficiuntur. ¶ Scillinum quoq; acetum admirabilis eſt ad multa facultatis, ſiquis.n.quotidie parum ebiberit, illi quidem faucium, orisq; partes nunquam male valebunt: os ventriculi bene valebit: facilè ſpiritum ducet: oculi acutiſſimè cernent: flatus nullus in vētre excitabitur, & bene ſpirans, beneq; coloratus deget. hoc aceto qui vtitur cibum bellè conficiet, etiam ſi licentioſius edat: nihil ſuperuacui in corpore reſidebit, non flatus, non bilis, non cruditas, non ſtercus, non vrina, aluus lubrica omnino erit. Morbo comitiali diuturno efficaciter profuit, incipiens verò ac nouum perfectè diſcutit: ad podagras præterea, & cęteros articularios morbos, & ad iecoris, lienisq; duritias efficaciter facit.

Pithagoras.

CAPPARIS, Græcis, Κάππαρις.] Arabibus, *Cappar.*] Italis, *Capparo.*] Germanis, *Capren.*] Hiſpanis, *Alchapparras.*] Gallis, *Cappres.*

CAPPARIS.

FORMA.

Aculeatus eſt frutex, qui in terra ſtratus, magis in orbem euagatur: ſpinas, vt rubus habet in hami modū aduncas: folia mali cotoneę, rotunda: fructū oleæ ſimilem, qui cùm dehiſcens panditur, florē candidū promit: quo excuſſo, non nihil glandis oblongæ figura inuenitur, quod apertum grana acinis punicorum ſimilia oſtēdit, parua, rubicunda. Radices ſpargit lignoſas, grandes, numeroſasq;. DIOSC.

LOCVS.

Tenui ſolo, aſperisque locis, in inſulis, & iuxta rudera naſcitur. *Idem.*

QVALITATES.

Radicis cortex vincentem habet qualitatem amaram, proximam acrē, deinde acerbā: quibus palam eſt, ꝙ diuerſis, & pugnantibus cōſtet, facultatibus. quippe abſtergere, purgare, & incidere pōt ſua amaritudine, excalfacere verò, incidere, digerere, acrimonia: porrò dēſare, cōſtringere acerbitate: radicis cortici fructus virium proportione reſpōdet, quin, & folia, & caules, verū imbecillius operantur. *Gal. 7. ſimp. me.*

VIRES.

Fructus drachmis duabus in vino potus quadraginta diebus, lienē abſumit, & vrinam pellit: bibitur vtiliſſimè Iſchiadicis, reſolutis, cōuulſisq;, menſes ciet, & caput purgat: ſeminis, aut aridę radicis ex aceto decoctū, colluto ex eo ore, dentium dolores mulcet. radicum cortex, vlcera vetera omnia, & ſordida, calloſaque expurgat: lienoſis, cum hordei farina vtiliter illinitur: cū aceto trita, albas vitiligines abſtergit: Radix foliaq; intrita, ſtrumas, ac duritias diſcutiunt, foliorū ſuccus infuſus aurium vermiculos enecat. ¶ Fructus in ciborum vſum venit, ſed parūm alit: valet tamen ad excitandam cibi appetentiam, & deradendam, deiiciendamque pituitam, quæ ventriculo inhęſerit, & ad lienis, & iecoris morbos. DIOSC. *Matt.*

LEPIDIVM, Græcis, Λεπίδιον.] Mauritanis, *Saitaregi, Hanſab, Aſceita regi, ſiue Scitharegi.*] Ital. *Lepidio, ſeu Iberide.*] German. *Vuilder kreſz.*] Hiſp. *Naſturtio monteſino.*] Gal. *Paſſerage ſauuage, ſiue Naſitort ſauuage.*

LEPIDIVM PAVLI, ET PLINII, VVLGO PIPERITIS.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Folia gerit naſturtii: vere virentiora, caulem cubitalem, aut minorem, florem album, tenuemque. ¶Semẽ circum ſummos tenuesque cauliculos in ſiliquis, naſturtij æmulis, ſed minoribus, minuto intus ſemine. Radicẽ albam, acri ſapore.

LOCVS.

Democr. Naſcitur locis incultis, ſaxoſis: in tẽplorũ areis, atque ſepulchris, ſecus itinera, in ruderibus, & agrorũ extremitatibus.

QVALITATES.

Matt. Excalfacit, & ſiccat, magis quàm naſturtium extrahit, attrahit, incidit, attenuat, aperit, digerit, & vrit.

VIRES.

DIOSC. *Damocr.* Pręſtat mirũ ĩ modũ Iſchiadicis, ſi cũ Helenij radice, quarta parte horæ illinatur. Idẽ pręſtat contuſa radix & cum ſalſa axungia illita, quaternis horis. ſed deinde in balneum deſcendere ęgrum oportet. & locum cum oleo inungere; addita lana. herba licnoſis admota prodeſt. eadem lepras eximit.

CENSVRA.

Qui Lepidium, & Iberidem duas faciunt plantas, manifeſtè falluntur.

LEPIDIVM Paulo Æginetæ, & Plinio : posterioribus Græcis, Λεπιδίον.] Italis, *Piperite, & Peperella.*] Gallis, *Passerage, siue Poyuree.*] Germanis, *Pfeffer Kraut*.

LEPIDIVM.

FORMA.

Caulibus cubitalibus fruticat, subalbicantibus : foliis lauri, maioribus tamẽ, robustis, floribus in cacumine spicatis, tenuibus, ac albicantibus. Radice alba, acerrimi gustus, perinde, ac folia. quæ dentibus attrita os vniuersum accendunt. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis, ac etiam quibusdam in locis spõte nascitur. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Excalfacit & siccat vehementer. ac ea omnia potest, quæ lepidium primum, cęterum longè valentius operatur. *Idem.*

RANVNCVLVS, Græcis, Βατράχιον.] Italis, *Ranoncolo, ſiue Pie corbino.*] Germanis, *Hanon fuoſz.*] Hiſpanis, *Yerua belida.*] Gallis, *Grenoillette, ſiue Baſſintz.*

RANVNCVLVS.

GENERA.

Matt. Sex nobis Ranunculi recenſentur genera: de quibus inferius dicetur.

FORMA.

DIOSC. Foliis exit coriandri latioribus, pinguibus, ſubalbidisque: floribus luteis, & interdum purpureis; caule gracili, cubitali: radice alba, exigua, amara, & ellebori modo fibrata.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in limitibus humidis.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Omnia facultatem vehementer acrem poſſident, adeo, vt cum dolore exulcerent. Radix arefacta, ſternutatorium eſt medicamentum, ſimiliter aliis omnibus, quæ vehementer deſiccant, & vt ſemel dicam, calida & ſicca valde eſt, tum radix, tum vniuerſa herba, adeò vt ſua exiccatione, ſicca radix dentes quoque frangat.

VIRES.

DIOSC. Folia, flores, & cauliculi recentes cuiuſcunque generis, exulcerant illita, & cruſtas non ſine dolore exciatāt: quare ſcabros vngues eximunt: ſcabiem detrahunt, & ſtigmata delent: penſiles, & formicantes verrucas, alopeciasque pauliſper illita, tollunt, tepente decocto fouentur vtiliter perniones: ſicca radix, tritaque ſternutamenta cier, naribus indita.

CENSVRA.

Qui Ranunculum coronopum eſſe contendunt: ij ſanè delirio agitantur.

RANVNCVLVS SECVNDVS. Der andre Hanenfuß.

FORMA.

Ranunculus secundus, lanuginosior, hirsutior quàm primus est, longioribus caulibus, & pluribus foliorum incisuris. DIOSC.

LOCVS.

Plurimus in Sardinia nascitur: quàm acerrimus. quem syluestre apium appellant. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Apium risus quidam hoc ranunculi genus appellauere, quòd si herbam hanc, quispiam in eduliis vorauerit, eius nerui contrahantur, rictuque os diducatur: vt grauissimi testantur autores. ita vt qui mortē oppetunt, veluti ridentium facie intereant. *Matt.*

RANVNCVLVS TERTIVS.
Der Dritt Hanenfuß.

FORMA.

Minoribus prouenit foliis, floribus melinis: sed tota planta grauem spirat odorem.

RANVNCVLVS QVARTVS. Der vierdt Hainfuß.



Non eſt abſimilis tertio. folia tamen magis diuiſa ſunt. florem edit lactei candoris: Radices numeroſas, fibroſasque. DIOSC. *Matt.*

RANVNCVLVS quintus, Italis, *Pie di Gallo.*] Germanis, *Drúoſz vurtz* Gallis, *Pie pou.*

Der fünfft Hanen fuß

RANVNCVLVS QVINTVS.

FORMA.

Matt. Folia mittit ſecundi ferè ſimilia, atque etiam hirtiora, radices albas, numeroſas, ellebori modo, inter quas medium occupat locum, tuberoſa radix dependens veluti ex funiculo, nucis iuglandis magnitudine, albicãs rapi modo, ſed acris, & exulcerãs.

LOCVS.

Idem. Naſcitur locis incultis, & ſecus itinera.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Excalfacit, & ſiccat ordine quarto: vlcerat, extrahit, incidit, digerit. Radix recens tuſa, & admota, veſicas excitat: quare iſchiadicis vtiliter illinitur.

RANVNCVLVS SEXTVS.

FORMA.

Folia mittit anemonis primi similia: caules cubitales, striatos, flores in summitate magnos, aureo colore: radices numerosas, fibrosas q;. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in riguis, & humectis locis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Cęteris minus est acris, qua re minus excalfacit, & siccat.

Alias Argemone, uel Erraticum papauer.

ANEMONE, Græcis, Ανεμώνη.] Italis, *Anemone.*] Arabicus, [illegible]
Alnahamen, Sakaik, seu Mamira. Τοῦτο δὲ Κλαυδιανὸν καλοῦσι.

GENERA.

Matt. Plura habet genera, quorum quinque nos obseruauimus.

FORMA PRIMI.

DIOSC. *Matt.* Folio prouenit coriãdro simili, sed frequentioribus incisuris, caulibus lanuginosis, tenuibus, striatisque: in q̃bus tenuiora folia per interualla spectantur: floribus syluestris papaueris magnitudine, purpurascentib⁹, prominente vmbilicotenus capillo, nigro colore, nigrisq; capillamẽtis stipato, perinde ac in papauere. Radix illi inest oleæ magnitudine, subrotũda, fibrataq; ac sapore acri.

LOCVS.

Idem. Oritur in aruis, & aliis cultis locis.

QVALITATES.

Gal. 6. simp. me. Anemone omnes, acrẽ, extergẽdi, attrahendi, & ora vasorum reserãdi facultatem obtinent.

ANEMONE.

VIRES.

DIOSC. Succus cùm foliorum, tum radicis naribus infusus, caput purgat. cõmanducata radix pituitam trahit: decocta in passo, & illita, sanat oculorum inflammationes, cicatrices eorundem, & hebetudines emendat: sordida vlcera abstergit. Folia, & caules, si cum ptisana cocti edantur, lactis copiam præbent: & in vellere folia suppositа, menstrua cient, & lepras illita eximunt.

ANEMONE secunda, Italis, *Anemone secondo.* Ist andre Gattung der Klappos: Rosen.

ANEMONE SECVNDA.

FORMA.

Foliis prouenit maioribus, frequentius laciniatis, cynoctoni aconiti modo, caulibus alterius similibus, sed aliquanto crassioribus, inanibus, & in rectũ spectantibus, quibus flores insunt in summitate dilutiore purpura nitescentes: capitulo circũquaq; comato: perinde, ac altera. Radicem habet breuem, rapunculi ferè figura, fibris adnatis multis: acri gustu. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur locis cultis, & præsertim in aruis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Nihil suis in facultatibus à priore differt. *Idem.*

ANEMONE TERTIA.

FORMA.

Matt. Foliis eſt ranunculi primi ſimilibus, caulibus tenuibus, ſeſquipalmaribus, rotundis, in quorum cacumine flores exeunt albi, ac diluta quadam purpura nitescentes, inferiori præſertim ſede roſarū magnitudine, radicem habet fibratā, ac tenuem.

LOCVS.

Idem Naſcitur in collibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Tota plāta cęteris mitior eſt, quare minus excalfacit, & ſiccat.

ANEMONE QVARTA.

FORMA.

Folia profert frequẽter laciniata, caulẽ ramosum, flores in summitate purpureos, radicem globosam, & paruam, fibris numerosis stipata. *Matth.*

LOCVS.

Prouenit cultis locis. *Idem.*

ANEMONE QVINTA.



FORMA.

Matt. Parùm differt à quarta: minoribus tamẽ eſt foliis, tenuioribusque: floribus aureis, radice parua, fabę magnitudine.

LOCVS.

Idem. Oritur cultis locis, & in aruis.

PVLSATILLA, Italis, *Pulſatilla.*] Germanis, *Ruchen ſchell, ſeu Hocken kraut.*

PVLSATILLA.



FORMA.

Cùm primùm erumpit folia mittit incana, & admodum hirſuta, minutim laciniata, ſapore p quam acri: flores prodeunt anteaquàm folia emergant purpurei, nigricantes, atq; hirſutis, caulẽ rotundũ, tenuem atq; incanum. Radix illi ſubeſt pedali lõgitudine, exeſa chamæleonis albi modo, ſapore potius ſubdulci, quàm acri. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit locis incultis, aridis, & ſaxoſis. *Idem.*

QVALITATES.

Folia, caules, & flores cũ acerrimo ſint guſtũ, excalfaciunt, & ſiccant ordine quarto: incidunt, attenuãt, attrahunt, digerunt, expurgãt, & exulcerant. Radix verò cùm ſubdulcis ſit, non lõgè aberit à tẽperatis. *Idem.*

VIRES.

Sunt qui radicem maximè præferant contra peſtilentiæ contagia, & pota venena, & virulentorum animalium ictus, ſi cum vino bibatur, drachmarum duarũ pondere, quare in antidotis additur. Aqua è foliis diſtillata, vulnera ſanat, & pota ſudorem prouocat. *Idem.*

ANAGALLIS Græcis, Ἀναγαλλὶς.] Italis, *Anagallo.*] Officinis, *Morsus Gallinæ.*] Germanis, *Gauch heil.*] Hiſpanis, *Muruges.*] Gallis, *Murgelline, ſeu Mouron.*

ANAGALLIS MASC.

GENERA.

DIOSC. Duum eſt generum, Mas alterũ, alterum fœmina.

FORMA MARIS.

Idem. Planta eſt parua, humi iacens, foliis in quadrangulo caule puſillis, ſubrotundis; floribus phœniceis, & paruo, ac rotundo ſemine.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in hortis, culto, ac læto ſolo.

QVALITATES.

Gale. 6. ſim. med. Admodum extergentis eſt facultatis, habet etiam quendam calorem attractorium: vis etiam mitigandi illi ineſt.

VIRES.

Inflammationes arcet: adactos corpori aculeos extrahit, nomas cohibet: ſuccus gargarizatus, capitis pituitam purgat: & naribus infuſus, dolorem dentium lenit, ſi in aduerſam narem iniiciatur: argemas cmu melle emendat: prodeſt contra viperarum morſus, iocinoris, & renum vitia ſi ex vino bibatur.

ANAGALLIS fœmina, Græcis, ἀναγαλλὶς θήλυς.] Italis, *Anagallo fœmi.*

ANAGALLIS FOEMINA.

FORMA.

Nihil ab altera differt, niſi floris colore, qui in hac cæruleus, in illa phæniceus ſpectatur. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur cultis, & incultis locis. Et ſæpe in hortis. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Vt forma ſimiles ſunt, ita facultatibus, & viribus: peculiariter autem hęc, procidentem ſedem admota reprimit: altera verò euocat, vt quidam volunt. DIOSC

NOMINA.

SVCCISA, Officinis, *Morſus diaboli.*] Italis, *Morſo di diauolo.*] Germanis, *Teuffels abiſſz.*

SVCCISA, SEV MORSVS DIABOLI.

FORMA.

Matt. Foliis conſtat plãtagini anguſtifoliæ ſimilibus, læuioribus tamen, caulibus ſeſquicubitalibus, in quibus minora ſunt folia per ambitum denticulata, flores edit ſcabioſæ ſimiles. Radicem habet pollicarẽ, ſed ſucciſam, & veluti demorſam, à qua complures oriuntur fibræ, ellebori modo.

LOCVS.

Idem. Prouenit locis incultis, ſaltibus, ac dumetis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Herba trita, & admota, prę ſentaneo auxilio, carbunculis peſtiferis medetur, aut ſi vinum bibatur, in quo incocta fuerit. Radix per ſe, aut vinum in quo efferbuerit potum, non modo vteri dolores mulcet, ſed peſtilentiæ contagia ſuperat. Guſtu admodum amara eſt: quare excalfacit, & ſiccat.

HEDERA, Græcis, Κισσὸς.] Mauritanis, *Cussus*] Italis, *Hedera, seu Lella.*] Germanis, *Mauer, siue Epheuu baum, siue Ebich.*] Hispanis, *Hedera, seu Eda.*] Gallis, *Lierre*.

HEDERA.

GENERA.

Hedera differentias multas in genere sortitur: summas autem genere tres, nam altera candida, altera nigra, & tertia, quæ Helix appellatur. ¶Nos autem alteram maiorem, alteram minorem appellamus. DIOSC. *Matt.*

FORMA MAIORIS.

Maior, quam arboream vocant, nō solùm in syluis excelsas arbores scandit, sed etiam antiqua ædificia, vrbium mœnia, sepulchraque adeo occupat, vt tandē suo arctiori complexu, ea omnia diruat, & vnà cū iis collābatur: foliis, suo exortu prouenit oblongis, quæ deinde temporis tractu triquetra euadunt, lęuia, crassa, robustaque: Florere incipit ad finem Autumni, floribus muscosis, pallescentibus, è quibus racemosi hyeme nascuntur corymbi, baccis ligustrinis maioribus. *Idem*

LOCVS.

Nascitur in syluis, in cāpis, in hortis, & ędificiorum muris. *Idem*

QVALITATES.

Ex contrariis composita est facultatibus, habet. n. quiddam adstringentis substantiæ quam terrenā, & frigidam esse constat. habet & nonnihil acris, quam calidam esse, vel gustus cōprobat: nec deest tertia: aqueam nanque substantiam quandam tepidam detinet, si viridis sit. in ficca. n. exhalauit. *Gal. 7. simp. me.*

VIRES.

Recentia folia ex aceto decocta, aut cruda, cum pane detrita, lienes sanant. Foliorum, & corymborū succus naribus infusus, cum melle, pituitam deponit: valet idem contra veteres capitis dolores, si cum aceto, & rosaceo perfundatur: purulentis, aut dolentibus auribus, cum oleo medetur. baccæ quinq; tritæ, & in malicorio, cum rosaceo feruefactę, si instilletur oleum in contraria aure, dolorem dentium mitigant: corymbi triti, ac subditi, menses mouent. Insti latus succus, putrida tædia narium, grauecolentiamq; emendat: Lachryma psilothrum est. Illita pediculos necat. ¶Foliorum succus ex vino austero potus, lienosos sanat: consuta recentia folia, in pilei formam papulosis, exulceratisq; infantium capitibus, vtiliter imponuntur. DIOSC. *Matt.*

HEDERA minor, Græcis, Κισσὸς ἕλιξ.] Italis, *Hedera minore*.

HEDERA HELIX, SIVE MINOR.

FORMA.

Matt. Folio exit triquetro, ac maculoso: sarmentis albicantibus, ac lignosis. Hæc humi repit, & saxis hæret: fructu nullo neque flore.

LOCVS.

Idem Prouenit aridis, & saxosis locis, circa sepes, & saxa grandiora.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Potest ea omnia, quæ maior: sed inefficacior tamen est.

HEDERA terreſtris, Græcis, Κισσὸς χερσαῖος.] Italis, *Hedera terreſtris*.

HEDERA TERRESTRIS.



FORMA.

Longo hæc reptatu humi ſerpit, quadrangularibus funiculis, è quibus folia prodeũt rotunda, criſpa, ſubaſpera, & per ambitum ſerrata, flores edit in purpura albicantes, puſillos: Radicibus tenuibus, è funiculorũ geniculis prodeuntibus. Planta tota amara eſt.

LOCVS.

Naſcitur in opacis, circa ſemitas, vrbium muros, & in hortis.

QVALITATES.

Amaro guſtu tota planta eſt, quare abſtergere, extenuare, aperireque facilè poterit.

VIRES.

Additur in potionibus quę ad viſcerum internorum vulnera parantur: ſuccus cum ærugine miſtus, inſtillatur vtiliter cuniculoſis vlceribus: Fit è foliis recentibus oleum, iis in eo maceratis, diuq; æſtate in ſolatis, admirabilis ſanè facultatis ad tormina, & cæteros inteſtinorum cruciatus, cùm potum, tum infuſum.

CHELIDONIVM maius, Græcis, Κελιδόνιον μέγα, *Kauroch, ſeu Memiram.*] Italis, *Celidonia maggiore.*] Germanis, *Schel Kraut.*] Hiſpanis, *Celiduena, ſiue Yerua dellas golundrinas.*] Gall. *Chelidoine, ſeu eſchlere.*

CHELIDONIVM MAIVS.

FORMA.

DIOSC. Caule eſt gracili, cubitali, aut altiore, agnatis foliosis; folij ranunculi, mollioribus tamen, & colore ceſiis: flore violæ albæ, ſecundū ſingula folia prodeunte, ſucco tota pláta madet croceo: q̄ mordax, & acris eſt, ſubamarus, & grauiter olens. Radix ſupernè ſingularis, infernè in multa crocea capillamẽta fibratur: ſiliqua ceu corniculati papaueris, tenuis, in metæ figurā longa, in qua ſemen recluditur.

LOCVS.

Matt. Prouenit propter ſepes, in ſcrobium ripis, ſecus vias, inter rudera, & in muris, & parietibus.

QVALITATES.

Gale. 8. ſimp. me. Extergentis admodum, & calidę facultatis eſt, ſuccus eius, & ad acuendum viſum, cōmodus eſt: vtque in quibus craſſum quiddam, quiddam in pupilla colligitur digeſtione indigens.

VIRES.

DIOSC. Radix cum aniſo, & vino albo pota, medetur regio morbo. & vlceribus, quæ ſerpunt impoſita cum vino. ſuccus oculorū claritatē affert.

CHELIDONIVM minus, Græcis, Κελιδόνιον μικρὸν.] Arabibus, *Memiten.*] Hetruſcis, *Fauoſcello, ſeu Celidonia minore.*] Germanis, *Feigon vvurtz, Blanter Kraut, ſeu Pfaffen, hoedlim.*] Hiſpanis, *Scrofolaria menor.*] Gallis, *Couilos de Preſtres, ſeu petite eſchlere.*

CHELIDONIVM MINVS.



FORMA.

Foliis prouenit hederæ minoribus, rotundioribus, teneris ac ſubpinguibus, humi accubãtibus, ſine caule: Radices habet ex eodem. callo complures, puſillas, in granorum tritici modum aceruatim congeſtas, quarum tres, aut quatuor in longitudinem exeũt. DIOSC.

¶ Flores fundit luteos, tenuibus pediculis nitentes: Breui deperditur tempore: vere.n. & naſcitur, & areſcit. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur vliginoſo ſolo, iuxta aquas, ſtagna, & lacus. DIOSC.

QVALITATES.

Cùm acrius ſit maiore, illitum celeriter cutem exulcerat, itaque hęc herba quarti ordinis iam abſoluti, tum in calfaciẽdo, tum in ſiccando fuerit. *Gale. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Succus eius per nares purgat, vt pote admodum acer. ¶ Pſoras, & ſcabros vngues eiicit: Decoctũ eius ex melle gargarizatum, caput purgat. idem facit ſuccus è radicibus expreſſus; omnia pectoris vitia decoctum extrahit. *Gal.* DIOSC.

CENSVRA.

Amentium cuculla digni ſunt, qui Chelidonium minus, Vergilij Amellum eſſe contendunt.

APPENDIX.

Chelidonium minus tametſi Dioſcoridi, & Galeno adeò ſit acre, vt admotum corpori celeriter exulceret, quod facilè de eo credendum eſt, quod in Gręcia prouenit: cùm tamen Italicum nulla ſit acredine prædituin, calidis, ac ſiccis qualitatibus penitus deſtituitur.

AQVILINA, siue aquilegia, Italis, *Aquileia*, *Celidonia maggiore, seu Celidonia saluatica.*] Germanis, *Ackelex.*] Gallis, *Ancholies*.

AQVILINA, SEV AQVILEIA.

FORMA.

Matt. Planta est fruticosa, foliis maioris Chelidonij quadātenus similibus, subalbicantibus, per ambitum diuisis: caules edit numerosos, tenues, sesquicubitales. Flores in cacumine emicant purpurei, aut candidi, aut lutei, in stellę modum radiantes, quatuor inferiori sede corniculis, concauis, & sursum reflexis, è quibus capitula suboriuntur melanthii modo, quæ nigrū, pellucidumque concludunt semen.

LOCVS.

Oritur in montibus, syluosis locis, & seritur in hortis.

QVALITATES. ET VIRES.

Semen drachmæ pondere potum ex Cretico vino, & croci momento icteritiam sanat: sed ægros subinde in lecto sudare oportet.

CARYOPHILLVS Indicus, Italis, *Garofano Indiano*.

Indianische Dürfft garthen Negelin.

CARYOPHYLLVS INDICVS.

GENERA.

Duo habet genera: Maius, & Minus.

FORMA MAIORIS.

Planta eſt fruticoſa, caulib⁹ bicubitalibus, & quandoq; maioribus ſtriatis, rectis, ſubrufeſcẽtibus, è quibus numeroſa ꝓdeũt folia, tanaceti ęmula, ſed maiora, & magis diuiſa: flores è calice oblõgo toroſoq́; ac longo pediculo nitentes exeũt aurei, magni, numeroſis admodũ ſtipatis foliis, odore minus quã in altero graueolẽti, ſemine tenui, oblõgo, nigro: Radix illi eſt breuis, multifidaq́;. *Matt.*

LOCVS.

Seritur ĩ hortis, colitur in fictilibus, & arculis, ſpectaculi gratia. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Excalfacit, & ficcat, quo fit, vt in medicum vſum venire poſſit. vbi abſtergere, extenuare, digerere, ac reſerare ſit opus.

NOMINA.

CARYOPHILLVS Indicus minor: Italis, *Garofano Indiano minore*.

CARYOPHILLVS INDICVS MINOR.

FORMA.

Matt. Flore tantum à maiore distat, quippe qui in hoc genere minorum spectat bino, ternoq; foliorum stipamento: color illi ineſt aureus, subnigricansque, & leui quadam purpura adumbratus, aspectu admodum iucundo, adeo quòd ex oloserico, quod velutum vocamus, à natura facti videantur: sed odore sunt graui, & qui caput feriat.

LOCVS.

Visitur passim super feneſtras in fictilibus, atque etiã in hortis.

QVALITATES, ET VIRES.

Excalfacit, siccat, attenuat, incidit, & abstergit, ac aperit valentius, quàm maior.

VRICVLA muris, Græcis, Μυὸς ὠτίον.] Italis, *Orecchia di topo.*] Germanis, *vuild mangololt nut blauuen bluomen.*] Hiſpanis, *Oreya de ratton.*] Gallis, *Orelge de ratte.*

AVRICVLA MVRIS.

FORMA.

Planta eſt caulibus pluribus ab vna radice, aliquatenus ab imo rubẽtibus, & concauis, foliis anguſtis, oblongis, dorſo acuto, ac eleuato, nigricantibus, per interualla aſſiduè germinatis, atque in mucronem deſinẽtibus, & tenuibus cauliculis ex alarũ ſinu prodeuntibus, floſculo, vt anagallidis, cæruleo. Radix digitali craſſitudine, multis capillamentis fibrata. DIOSC.

LOCVS.

Oritur in pratis, in campis, & hortis. *Matt.*

QVALITATES.

Deſiccat ordine ſecundo: cæterùm nullam euidẽtem caliditatẽ poſſidet. *Gal. 7. ſimp. me.*

VIRES.

adix illita ęgilopas ſanat. DIOSC.

ISATIS domeſtica, ſiue Glaſtum, Græcis, *ἰσάτις ἡμέρος.*] Italis, Guado domeſtico.] Germanis, *Vueid.*] Hiſpanis, *Paſtel.*] Gallis, *Gueda, ſeu Paſtel.*

ISATIS DOMESTICA.

FORMA.

Matt. Folia profert plantagini ſimilia, verum pinguiora, nigrioraque: caulis ille eſt bicubitalis, floribus in ſummitate numeroſis, paruis, tenuibusque, aureo colore.

LOCVS.

Idem. Seritur paſſim in campis ad lanificia cæruleo colore inficienda.

QVALITATES.

Gale ſimp. me. 7. Facultatis eſt valéter exiccantis, nondum tamen mordentis: eſt etiam ſimul amara, atq; adſtringens.

VIRES.

DIOSC. Illita folia tumores omnes diſcutiunt: cruenta vulnera glutinant: ſanguinis profluuia ſiſtunt, ignem ſacrum, exedentia, putreſcentia, ac ſerpentia vlcera ſanant.

ISATIS ſylueſtris, Græcis, *ἰσάτις ἀγρία.*] Italis, *Guado ſaluatico.*] Germanis, *Vuildt, Vueidt.*] Gallis. *Paſtel ſauuage.*

ISATIS SYLVESTRIS.

præſtat, potu, & illitu lienoſis auxiliatur.

FORMA.

Folia fert maiora, lactucæ proxima: caules tenuiores, multifidos, quadãtenus rubentes, in quorum cacumine folliculi multi dependent, quãdam linguarum faciem referẽtes, in quibus ſemen: flore luteo, tenui. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in campeſtribus, incultis locis, & in paſcuis. *Matt.*

QVALITATES.

Manifeſtè iam acre quiddam tum guſtu tum actione præfert, proinde valentius, quam ſatiua deſiccat. atq; valentius humidis putredinibus reſiſtit. *Gale. 7. ſim. med.*

VIRES.

Eadem quæ & ſupradicta DIOSC.

TELEPHIVM, Græcis, τηλέφιον.] Italis, *Faua graſſa.*] Gallis, *Repriſe: Ioubarbe des vignes.*] Germanis, *Wundt kraut.*

TELEPHIVM SIVE FABARIA.

FORMA.

DIOSC. Folia promit portulacę ſimilia, quin etiã caules non abſimiles; alas binas in ſingulis foliorũ geniculis, annectit. Ramuli à radice ſeni, ſeptemvè prodeunt, foliis referti cęruleis, craſſis, lentis, carnoſis, flore luteo, aut candido.

LOCVS.

Idem Matt. Naſcitur in cultis, & maximè inter vites. ¶ Quin etiam ſaxoſis locis, in tectis, & antiquis parietibus.

QVALITATES.

Gale. 8. ſimp. me. Telephium exiccantis, extergenſisq; eſt facultatis, non tamen inſigniter calidæ: verũ in hoc forſitan quiſpiã ipſum primi eſſe ordinis cenſeat: deſiccat tamen ſecũdo ordine intẽſo, aut certe principio tertij.

VIRES.

DIOSC. Telephij folia ſenis horis illita, vitiliginem ſanant, ſed poſtea locus hordeacea farina illini debet: peruncta exaceto in ſole, idem quoq; præſtant. ſed vbi inaruerunt, abſterguntur.

APPENDIX.

Fabaria Telephij notas omnes habet. verùm de viribus dubitandũ eſt.

Libri Secundi, Finis.

AGARICVM, Græcis, Ἀγαρικὸν.] Maurit. *Garicum.*] Italis, *Agarico & fongo di larice.*] Ger. *Dannen ſchwam.*] Hiſp. *Agarico.*] Gal. *Agaric.*

AGARICVM. Erdfan ſchwam.

GENERA.

Duo eius habentur genera, Mas alterum, alterum Fœmina.

FORMA.

Fungus eſt in Larice naſcens, non tamen vna & eadem ſemper mole proueniens. Qui autem fœmina vocatur rotundior, candidior, friabilior, leuiorq; habetur, quin etiã primo guſtu dulcis, mox amarus percipitur. & facie ſumma rimoſus ſpectatur. Mas verò qui rotundior habetur, cùm compactior, durior, villoſior, lignoſiorq; ſit, inutilis putatur. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur plurimum in Tridentinorum montium ſyluis, vbi larices arbores creſcunt. *Matt.*

QVALITATES.

Is primo quidem guſtu (vt prædiximus) dulcis, ſed paulò poſt ſubamarus percipitur, acrimoniæ ac leuiculæ adſtrictionis particeps, quin etiam laxa conſiſtentia præditus, quibus omnibus palam eſt, quòd compoſitum ſit ex aërea, ac terrea ſubſtantia à caliditate extenuata. Hac itaq; ratione & digerendi, & calfaciendi, vim habet, & craſſitudinem incidendi, tum viſcerum infarctus expurgandi. *Gale. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Efficax eſt contra tormina, & crudi- DIOSC.
tates: prodeſt contuſis, & ab alto deuolutis: ictericis, hydropicis, ſuſpirioſis, iocinoroſis, nephriticis mirificè auxiliatur: ſi vrina ægrè excernatur, ſi vuluæ ſtrangulatus vrgeat, ſi pallor in corpore adſit, drachmę pondere dari ſolet. Tabidis ex paſſo, lienoſis ex oxymelite vtiliter propinatur. Manditur ac poſtea deuoratur ſiccus vbi ventriculus cibi tenax non ſit, & acidos mittat ructus: ſanguinis reiectiones ſiſtit tribus obolis ex aqua hauſtus: menſes ciet & vteri inflationibus medetur. Aluum purgat, & vtrãque bilem, & pituitam pellit: venenorum antidotum eſt. Serpentium venenoſorũ morſibus mirifice auxiliatur, tribus obolis ex vino ſumptũ. verũ agarici propriũ eſt cerebrũ, neruos & omniũ ſenſuum organa expurgare, pulmones, & pectus, a lentis, craſſisq; & putreſcentibus excrementis detergere, atq; contumacẽ materiam omnẽ in articulis exiſtentẽ exoluere. Reſolutis, ſtupidis, comitialibus, vertigino-ſis, diuturno capitis dolore affectis, oĩbusq; quibuſcũq; morbis ab infarctu proueniẽtib⁹, mirũ in modũ auxiliatur. Recẽſetur quoq; inter medicamẽta, q̃ ad cordis affectus p̃ſtare dicũtur.

RHABARBARVM, Italis, *Reobarbaro*. Rhabarbara

RHABARBARVM.

FORMA.

Caule prouenit à radice breui, sed crasso, è quo circũquaque folia numerosa exeunt, ex angusta origine, in amplum desinentia, deorsumq; spectantia; lanugine quadam per ambitum obducta. Hæc dum adolescunt viridia, adulta vero lutea spectantur. E medio foliorum stipatu cauliculus assurgit, qui summo fastigio flores mittit cæruleos: odore acuto simul, & graui. Radix pedalem longitudinem superat, colore ex rufo nigricante. Crassitudo radicis non omnibus plantis eadẽ inest: verum quæ ad summam crassitudinem excreuerunt, humani cruris molem æquare solent: numerosis adnatis vndique fibris. Interna pulpa aureo colore nitet, rubris quam plurimis intercursantibus venis: succo madet copioso tum croceo, tum purpureo, qui suo lentore manus implicat, & colore inficit.

LOCVS.

Oritur in Traglodytica regione, quæ proprie Barbaria appellatur, vnde illi nomen: quinetiam, in Catai Regno, eminẽtibus quibusdam mõtibus & saxosis. sunt qui scribant Rhabarbarum in India oriri.

QVALITATES.

Constat tum aqueis, tum terrenis qualitatibus, quæ adstringẽtem illi facultatem tribuũt, quin etiam aëreis, & igneis.

VIRES.

Omnis penitus noxa vacat: adeo, vt quouis tempore dari possit non solùm pueris ætate tenellis, sed & vtero gerentibus. Sinceri macerati dilutum, vbi absterſione, deiectione, & infarctus liberatione sit opus, mirificè cõfert. Atqui vbi adstringere, ac roborare oporteat, ipsum quidem in puluerem cõtritum exhiberi debet. Id quod vehementius operatur, quod igni prius fuerit tostum: Deiicit Rhabarbarum cum bilem, tum pituitam: eiq́ue propria facultas est abstergendi, roborandiq́; cum ventriculum, tùm etiam iecur: atq; eorum functiones amouendi. Sanguinem pellucidum reddit, obstructiones aperit, & qui ab his proueniunt morbos, sanat. Idcirco ictericos, hydropicos, lienosos, ac diuturna febre laborantes iuuat. Datur vtiliter ab alto deuolutis drachmæ pondere addito Mumiæ, & rubiæ radicis momento ex vino austero. Opitulatur singultientibus, ac dysentericis, præsertim illud, quod igni fuerit tostum.

GENTIANA, Græcis, Γεντιανὴ.] Arabibus, *Gentiana, seu Genthiana.*] Italis, *Gentiana.*] Germanis, *Entian vurtz, siue Creutz vurtz.*] Hispanis, *Gentiana.*] Gallis, *Gentianne*.

GENTIANA.

GENERA.

Trium est generum. Maior. Minor. Minima. DIOSC.

FORMA.

Maior foliis prouenit partim proximè radicem plãtagini similibus, subrubris, partim à medio caule, & præsertim iuxta cacumen paulum dissectis: caule cauo, ac læui, digiti crassitudine, geniculato, bicubitali: semine in calicibus lato, læui, glumoso, satis ad sphondylij semen accedente. Radice longa, crassa, amara, subluteo colore.

LOCVS.

Nascitur in sublimium montiũ iugis, vmbrosis, & vliginosis locis. ¶Ac etiã in eorundem montiũ pratis, ac pascuis. DIOSC. *Matt.*

QVALITATES.

Radix efficax est, vbi extenuatione, purgatione, abstersione, obstructionis liberatione opus sit. Nec mirum si hæc possit, cùm impense sit amara. ¶Ex calfacit ordine tertio, & siccat secundo. *Gal. 6. simp. me.* *Auicen.*

VIRES.

Radix datur vtiliter drachmarũ duarum pondere cum vino, pipere, & Ruta à serpente demorsis. Eiusdem succi drachma, laterum dolore affectis, è sublimi deturbatis, ruptis, & conuulsis prodest: Epaticis, & stomachicis ex aqua pota subuenit. Radix collyrij modo subdita partus eiicit. Imposita, vt Lycium, vulneraria est, & ad cuniculosa vlcera vtilis. Id quod etiam facit succus. Radix vitiliginem abstergit. Aqua è radicibus distillata febres ab infarctu prouenientes, mirificè pellit. ventris tineas necat, maculas qualescunque in facie delet.

NOMINA.

GENTIANA minor, Græcis, Γεντιανὴ μικρὰ, ſive ϛαυρότιπος.] Italis, *Gentiana minore.*] Officinis, *Cruciata.*] Germ. *Creutz wurtz, Speren ſtich, ſeu Madelgeer.*

FORMA.

Matt. Caule exit rotundo, geniculato, dodrantali, ac etiã maiore, in cacumine rufeſcente. folia in caule prodeunt è geniculorum alis bina, paribus interuallis diſtincta, oblõga, ſubpinguia, vulgaris ſaponariæ æmula, ſuperioribusq; gentianę foliis ſimilia. Flores, qui purpureo ſunt colore, ſummo caule in orbem exeunt. Radix illi alba, longa, locis pluribus in crucis modũ ſecta, amaro admodum guſtu.

LOCVS.

Naſcitur ſecus itinera in montibus & locis non cultis.

GENTIANA MINOR.



QVALITATES, ET VIRES.

Radix præſtat contra peſtilentiq contagia in antidotis addita. Eaque omnia poteſt, quæ Gentiana maior.

GENTIANA minima, Italis, *Gentianella, & Petimborſa.*

Gentiana die kleine.

GENTIANA MINIMA.

FORMA.

Radicibus, prouenit numeroſis, tenuibus, albicantibus, per quàm amaris. cauliculis lentis, humi accubantibus. floribus ex cęruleo purpuraſcẽtibus: minoris Gentianæ ſimilibus, per inde ac foliis.

LOCVS.

Naſcitur in collibus, locis incultis, & in campeſtribus.

QVALITATES, ET VIRES.

Parum viribus à Gentiana differt. Contuſa radix, & vẽtri adhibita, teretes tineas necat. Exulceratas ſtrumas ſanat radicum ſiccarũ puluis inſperſus: Cũ melle autem illitus, cutis vitia quęcunque, & maculas abſtergit.

ARISTOLOCHIA, Græcis, ἀριστολοχία.] Arabibus, *Zaraund, Maſmocra, ſeu Zaraued.*] Germanis, *Oſterlucci.*] Hiſpanis, *Aſtronomia.*] Gallis, *Sarraſine, ſiue Ariſtologie.*

ARISTOLOCHIA.

GENERA.

Trium eſt generum Rotunda quæ στρογγύλη, longa, quæ μακρά, & Tertia, quæ χλιματῖτις dicitur.

FORMA ROTVNDÆ.

DIOSC. Rotunda, quæ fœminæ vocatur, foliis creſcit hederaceis, præſtanti odore, cum acrimonia quadam, mollibus ſubrotundis: multis ab vna radice germinibus, prælõgisque palmitibus. ¶Floribus ſubalbicantibus, oblongis, ex paruo capitulo in auriculæ modum deſinentibus, graueolentibusq;, colore intus ex atro purpuraſcente, fructu viridi, rotundo, iuglandis magnitudine: Radice rotunda, tuberoſa, mali quãtitate, vegeta, põderoſa, buxeo intus colore, graui autem, & amaro ſapore.

Matt.

LOCVS.

Naſcitur in campeſtribus, in pratis. & in Apulia Monte Gargano.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Omnium generum ſubtiliſſima eſt rotunda, & ad omnia efficacior. Itaque in quibus craſſum humorem validius extenuare oportet, illic vſus eſt rotundæ. ¶Excalfacit ordine tertio inchoante, & ſiccat ſecundo.

Meſue.

VIRES.

DIOSC. Rotundæ omnibus venenis reſiſtit, & venenoſorum animalium morſibus: eadem cum vino, pipere & myrrha pota drachmæ pondere menſes, ſecundas, partus & cætera vuluarum onera eiicit: idem quoque ſubdita facit: ſingultibus, ſuſpiriis, horroribus, laterũ doloribus, lienoſis ac conuulſis ex aqua pota ſingulariter auxiliatur. Aculeos, & ſpicula extrahit, oſſiũ ſquamas illitu adimit, vlcera putrida exeſt, ſordida expurgat, cauaque cum iride, & melle replet: gingiuas, & dentes extergit. ¶Dolores ab infarctu, aut craſſitie crudorum humorum, flatuumq; exortos curat: præſtat & ad aſthmaticos, comitiales, podagricosq;. ¶Radix drachmæ pondere pota, pituitam deiicit, quare humidæ tuſſi, & aſthmati etiam antiquo non ſolum hauſta, ſed ſuffitu prodeſt: Ad hoc. n. parantur ex ea paſtilli hoc modo. Sumuntur ariſtolochiæ rotundæ, auripigmenti eiuſq; partes æquales, & excipiuntur oui vitello, & formantur inde paſtilli. E quibus vnus incenditur. Et fumus per infundibulum per os ſumitur.

Gal. 6. ſimp. me. Meſue

CENSVRA.

Errant, qui maiorem Fumariam Ariſtolochiæ rotundæ vice in vſum trahunt.

ARISTOLOCHIA longa, Græcis, ἀριστολοχία στρογγύλις.] Italis, *Aristologia longa*.

Ὀστρουθίη, ἁπλῆ μακρὴ ἑλικώνιος.

ARISTOLOCHIA LONGA.

FORMA.

Longa, quæ maſcula & dactylitis appellatur, folia mittit rotundæ latiora, longioraq́; caulibus tenuibus, ſeſquidodrantalibus: Floribus, vt in rotunda auricularem formā referentibus. aliquanto tamen maioribus. è quibus fructus enaſcuntur virides piri ſimilitudinem referentes: in quibus ſemen: Radice nititur digiti craſſitudine, dodrantis longitudine: buxeo intus colore, & amaro guſtu. DIOSC.

LOCVS.

Vera prouenit in Italia: ſed tantum in Apulia & Calabria. *Matt.*

QVALITATES.

Minus tenuitatis obtinet, quā rotunda, ſed nec ipſa ineffi- *Gale. 6. ſimp. me.*
cax eſt, verùm abſtergendi, vtque excalfaciendi vim poſſidet, minus quidem, quàm rotunda abſtergit, & digerit, ſed nō minus calefacit, imo forſan plus quoque. Itaque in quibus vſus eſt modicę abſterſionis commodior eſt longa, nempe in carnium exulcerationibus, & fomentationibus vteri. At in quibus craſſum humorē validius extenuare oportet, illic rotundę vſus eſſe debet.

VIRES.

Ad ea omnia præſtat, ad quæ rotunda, peculiariter autem aduerſus anguium venenoſorum morſus, & venena, tum ex vino drachmæ pondere pota, tum quoque exterius illita. Menſes, partus, & ſecundas eiicit, pota cum pipere, & myrrha. Id quod etiam præſtat ſubdita.

NOMINA.

Dvlcis radix, Græcis, Γλυκύῤῥιζα.] Mauritanis, *Sus.*] Italis, *Regolitia.*] Officinis, *Liquiritia.*] Germanis, *Leckritz, siue Suezbultz.*] Hispanis, *Regaliza*] Gallis, *Recliſſe, siue Regaliſſe, seu Heculiſſe*.

DVLCIS RADIX.

FORMA.

DIOSC. Surculis fruticat bicubitalibus: foliis lentiſci, denſis, pinguibus, ac gummoſis: floribus hyacinthinis: fructu platani ferè ſimili, aſperiore tamen, qui ſiliquas lētium modo habet, easq; fuluas & paruas. Radicibus eſt longis, ſarmentoſisque, buxeo colore, guſtu dulci ac ſubacerbo.

LOCVS.

Matt. Naſcitur ſponte in monte Gargano Apuliæ, ac etiam in Germania in agro Pambergenſi, & ſeritur in hortis, & viridariis.

QVALITATES.

Gal. 6. simp. me. Familiaris eſt radicis natura noſtræ temperaturæ, ſed cū adſtrictio quædam adiuncta ſit, vniuerſum eius temperamentum quantum ex caliditate, & adſtrictione eſt, tepidæ potiſſimùm caliditatis fuerit, quàm proximè accedens ad temperamentū. ¶ Abſtergit, mūdat, læuigat, mulcetque humorum acrimoniam. *Matt.*

VIRES.

DIOSC. Radicis ſuccus ī arterię ſcabritia efficax eſt, ſi linguæ ſubditus eliqueſcat: æſtuāti ſtomaco, iocinori, thoraciq; conuenit. Sanat veſicæ ſcabiem, & renum dolores, cum paſſo potus. Idem ſitim ſedat, vulnera conglutinat illitus. Eiuſdem farina pterygiis vtiliter adhibetur. *Matt.* ¶ Ardoribus vrinæ mitificè auxiliatur. Manſa radix, præſertimque recenter effoſſa, non ſolùm ſitim ſedat, ſed etiam famem, ſeruatque vires diebus pluribus. Idem præſtat concretus ſuccus in ore contentus. Pectus, & pulmones iuuat, quare datur vtiliter ſuſpiriosis, phthiſicis, pleuriticis, & tuſſientibus.

CENTAVRIVM magnum, Græcis, Κενταύριον μέγα.] Aphris, *Chantaurion kibir, ſeu Sacurion habre.*] Italis, *Centaurea maggiore.*] Germanis, *Reupontic.*] Hiſpanis, *Ruipontic.*] Gallis, *Rhepontico.*

CENTAVRIVM MAGNVM.

FORMA.

Folia promit iuglandis, oblonga, viridi braſſicarum colore, in ambitu ſerrata. Caulē ceu rumicis bicubitalē tricubitalemve, multis ab radice ādnatis: in quibus capita ſunt oblonga, papaueris magnitudine, Cnici figura: è quibus flos exit cæruleus, & ſemen Cnico ſimile, pappoſa lanugine circunſtante. Radix eſt illi craſſa, ponderoſa, ſolida, tripedalis, rubeo ſucco prēgnās, cum adſtrictione aliqua, & dulcedine acris, & rufeſcens. DIOSC.

LOCVS.

Plurimum prouenit, idque præſtans in Gargano Apulię mō te, quin etiam in Monte Baldo in Veronenſi agro, ac etiā in aliis non nullis Italiæ mō tibus, ſed Apulo longè infirmius. *Matt.*

QVALITATES.

Radix ſicut guſtu cōtrarias qualitates, ita in vſu contrarios effectus demonſtrat. Guſtu itaque acris, ſimulque adſtringens apparet, cum leuicula quadā dulcedine. Lenit, trahit, aperit, roborat, adſtrīgit, prouocat, vulnera glutinat. *Gale. 7. ſimp. me.*

VIRES.

Radix medetur ruptis, conuulſis, pleuriticis, ægre ſpirantibus, diuturnę tuſſi, ſanguinēque expuētibus duarum drachmarum pondere in aqua pota, ſi febris ſit: ſin autem, in vino. Præſtat & ad tormina, & vteri dolore: ſubdita menſes, & partus extrahit. Tuſa recens, aut arida ante madefacta vulnera glutinat & coniungit. Carnes in ollis coaleſcunt ſi tuſa ſimul decoquatur. Datur vtiliter hydropicis Ictericis & Iecinoroſis, tum vino macerata, tum in puluerem pota: Eiuſdem ſuccus vnciæ pondere hauſtus, ac etiam vulneri illitus, auxiliatur à ſerpente demorſis. DIOSC. *Matt.*

CENSVRA.

Qui putant Centaurij magni radicem legitimum eſſe Rhaponticum, magno in errore verſantur.

CENTAVRIVM minus, Græcis, Κενταύριον μικρὸν.] Arabibus, *Chantaurion ſege, & ſegir, ſeu katarion ſages.*] Italis, *Centaurea minore.*] Hetruſcis, *Biondella.*] Germanis, *Tauſent gulden kraut, Fieber kraut, Erdt gall, ſiue Biber kraut.*] Hiſpanis, *Fel de tierra.*] Gallis, *Repeyeret, ſiue Centaure poulet.*

CENTAVRIVM MINVS.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Herba eſt hyperico, aut Origano ſimilis, caule anguloſo, palmũ excedente: floribus in vmbellę ferè modum comãtibus, è puniceo in purpuram vergentibus, foliis oblongis ac paruis: ſemine tritico ſimili: radice puſilla læui, & ſuperuacua.

LOCVS.

Naſcitur in pratis, paſcuis, & campeſtribus.

QVALITATES.

Gale 7. ſimp. me. Radix prorſus inefficax eſt, ſed ramuli eius, & potiſſimũ folia, & flores, vtiliſſima ſunt. Vincit in eis qualitas amara, paululum habens adſtrictionis, atque ob huiuſmodi temperamentum, admodum exiccatorium eſt medicamen, expers mordacitatis.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Herba recens tuſa vulnera glutinat, vetera vlcera purgat, & cicatrice obducit: bilem, craſſoſque humores per aluum ducit, ſi decocta deuoretur. Ius decocti cõuenientiſſimè iſchiadicis infunditur. Succus cum melle miſtus caliginem oculorum purgat. In vellere ſubditus, menſes, & partus extrahit, hauſtus verò neruorũ vitiis medetur. Datur foliorum, & florum decoctum vtiliter potandum tertianariis, quòd bilem per inferna deiiciat. Idem, pariterque ſuccus iocinoris, ac lienis, obſtructiones, & duritias tollit: alui tineas pellit, cùm potus ex melle drachmæ pondere, tum vmbilico illitus. Herbæ, comæque decoctum varos, alphos, lentigines, ac cæteras cutis infectiones exterit. Inſtillatur ſuccus vermiculoſis auribus, quin etiam illinitur contra papulas, & manantia capitis vlcera.

CHAMELEON albus, Græcis, Καμαιλέον λευκὸς.] Mauritanis, *Chameleon lente, ſeu Chamalium.*] Italis, *Carlina, & Chameleone bianco.*] Hiſpanis, *Cardo pinto.*] Gallis, *Carline, ſiue Chameleon blanc.*

CHAMELEON ALBVS.

FORMA.

Folia habet ſylibo, aut ſcolymo ſimilia, aſperiora tamen, acutiora, ac nigro Chamęleone validiora. Caulem non promit, verùm ex medio ſpinas Echini marini, aut Cinaræ modo erigit. Flores emittit purpureos veluti papparum lanugines: ſemen cnico ſimile: radicē in lętis collibus, craſſam, in mōtoſis vero graciliorem, in profundo albam, aliquatenus odoratam, dulcē, & odore graui. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in collibus cū in lętis, tum in montoſis locis, quin etiam in incultis arido ſolo. *Matt.*

QVALITATES.

Excalfacit ordine ſecundo abſoluto, ſiccat verò tertio. *Gale. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Pota radix acetabuli menſura latas interaneorum tineas pellit. Hydropicis datur commodiſſime drachmæ pondere ex vino albo. Eiuſdē decoctum potum vrinę difficultatibus ſubuenit. Hauſta in vino ſerpentium venenis reſiſtit. Enecat tamen canes, ſues, & mures. ¶ Vulgus radicem magnifacit contra peſtilentiæ contagia, ſi quotidie drachma deuoretur. DIOSC. *Matt.*

CHAMAELEON niger, Græcis, Καμαιλέον μέλας.] Arabibus, *Chamæleon melamos.*] Italis, *Chameleone nero.*] Germanis, *Eber vurtz.*] Hiſpanis, *Cardo pinto.*] Gallis, *Cardonette.*

CHAMAELEON NIGER



FORMA.

DIOSC. Foliis exit ſcolymo minoribus, tenuioribus, & rubro colore diſtinctis, caule dodrãtali, digitali craſſitudine, ſubrubro, & in vmbella flores ſpinoſos, tenues, hyacintino colore, verſicoloresvè. Radice craſſa, nigra, denſa, interdum exeſa: quę diſſecta flaueſcit, & commanducata mordet.

LOCVS.

Idem. Prouenit in Campeſtribus, & in Maritimis, ſiccis, & cliuoſis locis.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. Radix lethale quiddam obtinet, detergit, digerit, & emollit. ſiccat ordine tertio, & excalfacit ſecundo abſoluto.

VIRES.

Trita radix cum chalcanti exiguo, & axungia ſcabiem abigit: cocta in aceto, addito ſulphure, & bitumine impetigines, vitiligineſq; ſanat. Decoctum in ore detentum, dentium dolorem mitigat, phagedænas tetraq; vlcera illitu ſanat.

CHAMAELEON NIGER ALTER.

Nō desunt qui hanc plā tam legitimum nigrū Chamæleonē esse contendunt, verùm cùm plures in ea (quantū video) desiderētur notæ, ego quidem, eorū sententię haud ita facilè subscribam. *Matt.*

LABRVM Veneris, Græcis, Δίψακος.] Aphris, *Dibſacos*.] Italis, *Cardo da panni, & Diſſaco.*] Germanis, *Kartendiſtel.*] Hiſpanis, *Cardencha, ſeu Cardo penteador.*] Gallis, *Cardon, & Carder.*

GENERA.

Matt. Duum eſt generum. Satiuum, & ſylueſtre.

FORMA.

Dioſc. Satiuum caulem habet altum, ſpinis horridũ, foliis lactucæ, ſpinoſis, binis genicula ſingula cõplectẽtibus prælongis, bullisq; quibuſdã refertis, ipſisq; pariter aculeatis, concauo alarum ſinu è foliorũ cõnexu, in quo imber, aut ros aſſeruetur. In cacumine caulium ſingula furculis capitula inſunt oblonga, echinata ſpinis, quę arefacta candida ſpectãtur. diſſectaq; medullatenus vermiculos oſtendunt.

LABRVM VENERIS.

LOCVS.

Matt. Seruntur in campis ab Italis multis in locis ad lanificia. quin etiam & ſpontè naſcuntur, nõnullis in regionibus.

QVALITATES.

Gale. 6. ſimp. me. Radix exiccat ordine ſecũdo, atq; non nihil abſtergit.

VIRES.

Tuſa radix & vino decocta, vſq; dũ ſit ceræ craſſitudo, ſedis rimas & ſinus curat: ſed ęnea pyxide recõdenda pẽſilibus verrucis, & formicãtibus vtiliter adhibetur. Capitulorum vermiculi in folliculo collo ſuſpẽſi, produnt quartanis febribus remedio eſſe. ¶Expetũtur piſcatorib⁹, ꝙ iis hamis impoſitis, piſces hac eſca mirũ in modũ alliciant.

LABRVM Veneris alterum iisdem appellatur nominibus, quibus primum appellari diximus. Wolbrichgarten, Bürbenkrüt.

LABRVM VENERIS ALTERVM.



FORMA.

Facie à priori parum admodū differt, sylvestrius tamen est, & spinis longe horridius. Echinata capitula setis quoq; cōpluribus scatēt, aculeis non adeo firmis, atque aduncis, vt in altero genere. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur sponte in campestribus, in agrorum, & scrobium aggeribus, secus itinera, & propè sepes. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Non differt suis omnibus in facultatibus ab altero. *Idem.*

Matt. VIRGA pastoris, Italis, *Virga di pastore, & dissaco minore*.

VIRGA PASTORIS.

FORMA.

Idem. Foliis caule echinatis capitulis, ac cęteris suis partibus Veneris labrū æmulatur, sed omnibus gracilioribus minorib⁹, & infirmioribus capitulis adeo paruis vt oliuę magnitudinē vix ęquēt, tenuibus capillamentis refertis.

LOCVS.

Idem. Prouenit vmbrosis, & vliginosis locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Non crediderim ego hanc plantam à Veneris labro admodum distare, imbecillioris tamen esse facultatis haud negauerim.

SPINA alba Græcis, ἄκανθα λευκή.] Arabib. *Bedeguar.*] Ita. *Spina bianca.*

SPINA ALBA.

FORMA.

Folia fert albi Chamæleonis, anguſtiora tamen, candidiora, aliquãtum hiſpida, & aculeata, caulem bicubitalem, & maiorem, pollicari, aut ampliore craſſitudine, albicantem, intus cauũ. In cacumine capitulũ ineſt ſpinoſum, echini marini ęmulum, ſed minus & oblongũ: flores purpurei, ex quibus ſemẽ gignitur Cnici modo, ſed rotundius. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in montibus, & ſyluoſis. *Idem.*

QVALITATES.

Radix deſiccatoria eſt, & modicè adſtringens: ſemen verò tenuis eſſentiæ, & calidæ facultatis habetur. *Gale. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Pota radix cęliacis, ſtomachicis, & iis, qui cruenta extuſſiũt, efficax eſt: vrinam cit: tumoribus illinitur: Decoctum eius in ore detentum, & in collutionibus adhibitum, dentium dolores mulcet. Epotum ſemen conuulſis infantibus, & à ſerpente demorſis auxiliatur. DIOSC.

CARDVVS, Græcè, Σκόλιμος.] Arabibus, *Raxos, Harxos, siue facolomas.*] Italis, *Cardo, Carciofo, & Archichiocco.*] Germ. *Strobildorn.*] Hisp. *Cardo de comer, seu Cardos.*] Gallis, *Artechault, siue Carciophe.*

CARDVVS NON ACVLEATVS.

GENERA.

Matt. Plura habentur genera. sed duũ tantũ hic meminisse sat fuerit, nẽpe satiui & sponte nascẽtis. satiui duo sunt genera: alterum aculeatum, & alterum sine aculeis.

FORMA.

Idem. Qui aculeis caret, folia promit grãdia per ambitũ laciniata, auersa parte subalbicãtia numerosaque: caulẽ edit lõgũ, folioſum, capite echinato, sine aculeis tamen. Et quadantenus pini cono simile.

LOCVS.

Idem. Seritur passim in hortis, & viridariis.

QVALITATES.

Gal. 8. Simp. Excalfacit ordine secũdo cõpleto, aut tertio incipiente, & exiccat secundo.

VIRES.

Dioſc. Radix contusa, & illita, cũ alarũ grauedinẽ tũ corporis totius emẽdat. Eadẽ decocta in vino bibita copiosam, fœtidãq; vrinã ducit. Herba cũ recens teneresci, in olera asparagi modo trãsit. ¶Melancholicũ succũ gignit carduus pro obsonio sumptus. ¶Nõ solũ foliorũ carinas mãgonio elaboratas, albicantes reuerasq;, sed etiã caules vorãt Itali cũ sale, & pipere secũdis mẽsis, sed fructus quoq; tũ crudos tũ iusculis incoctos.

Gal. li. 2. de alimẽ. fac.

CARDVVS aculeatus, Græcis, Σκόλυμος ἀκανθώδης.] Italis, *Cardo, & Carciofo ſpinoſo.* Σρίβιζιν δὲ μαρσέλιν ὄλοβδον.

CARDVVS ACVLEATVS.

FORMA.

Folia gerit alterius magis *Idem.*
diuiſa, magisque laciniata, tenuibus circũdata ſpinis : caulem quoque alteri ſimilé, ſtriatum ſubalbicantẽ in cuius ſummitate echinatum, aculeatũq; extuberat caput, flore hyacinthino: ſemine Cnici minore. Radice nititur craſſa, ſuauis, non inſuaui.

LOCVS.

Colitur in hortis ad men *Idem.*
ſarum bellaria.

VIRES.

Idem præſtare poteſt, *Idem.*
quod alter

POTERIVM, Græcis, Ποτήριον.] Italis, *Poterio*.

POTERIVM.

FORMA.

DIOSC. Largè fruticat, cortice obductum tenui, ſpinis horridum, lanugine ſpiſſa, ramulis longis, tenuibus, tragacanthę proximis, foliis paruis, rotundis, flore exiguo, cādidi coloris, ſemine ſuperuacuo, ſed guſtu acuto, & odorato. Radices mittit binum, ternumve cubitorū, neruoſas, & firmas, quæ proximè terram inciſæ, ſuccū fundunt gummi ſimilē.

LOCVS.

Idem Naſcitur in aquoſis, & collibus.

QVALITATES.

Gale. 8. ſimp. me. Deſiccandi abſq; morſu facultatem poſſidet, adeo, vt & neruos in ciſos glutinare credatur. Radices eius potiſſimum ſunt eiuſmodi.

VIRES.

Radices tuſæ præciſis neruis, & vulneribus glutinandis illinuntur. Decoctum quoque earum, neruorum affectibus prodeſt.

ACANTHIVM, Græcis, ἀκάνθιον.] Italis, *Acanthio.*

ACANTHIVM.



FORMA.

Planta eſt albæ ſpinę ſimilis, foliis extremo ambitu aculeatis, & araneoſa lanugine obductis, ex qua collecta, & neta telas bombicinis ſimiles texunt. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in montibus, & locis incultis. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Folia, & radices ad remedia opiſtotoni vſurpantur in potu. DIOSC.

ACANTHVS, Græcis, ἄκανθος.] Italis, *Acantho, siue Branca Orsina.*] Germanis, *Beren Klauu.*] Hispanis, *Yerua giguante, & Branqua Vrsina.*] Gallis, *Branze Orsine*.

FORMA.

ACANTHVS.

Dioſc. Folia habet multò lactucaceis latiora, & lõgiora, erucæ diuisura, nigricãtia, pinguia, lęuia, caulẽ bicubitalẽ, digitali crassitudine, læuẽ, ꝑpe verticẽ ex interuallis circũdatum foliolis, ceu nucamenta quædam oblõga referentibus, spinosis, è quibus flos prodit albus; semen oblongũ, luteũ. Caput thyrsi specie. Radicibus nititur longis, mucosis, rubris & glutinosis.

LOCVS.

Idem. Nascitur in hortis, petrosis, & riguis.

QVALITATES.

Gal. 6. simp. me. Folia quidẽ mediocriter digerentẽ facultatẽ obtinent. At radix exiccatoria est, & leuit er incisoria, & tenuiũ partiũ.

VIRES.

Radices vstis igni, & luxatis artubus illitę subueniunt: potę vrinã cient, sed aluum cohibent: ruptis, conuulsis, tabidis mirè prosunt.

APPENDIX.

Tam, & si acanthus, qui nostris in hortis seritur folia spinosa non habeat, non tamen ob id spurium id esse fuerit credendum. Siquidem (vt Plinius est autor lib. & cap. 22.) duo Acanthi habentur genera, alterum crispum aculeatumque, alterum læue.

ANONIS, siue Ononis, Græcis, *ὀνωνὶς, siue ἀνωνὶς.*] Officinis, & Herbariis, *Resta bouis.*] Italis, *Ononide, & Bonaga.*] German. *Stallkraut, seu Hauuhechel.*] Hispan. *Gattilhos, & Gatthinos.*] Gallis, *Bugranes, siue Burgrundes.*

ANONIS, SIVE ONONIS.

FORMA.

Ramos habet fruticosos, dodrantales, aut maiores, frequentibus geniculis cinctos, cauis alarum multis: foliis lenticulę, tenuibus, pusillis: ad pratensi loti folia accedentibus, subhirsutis, non iucundè olentibus. Rami acutioribus spinis, & veluti spiculis firmioribus, horrent. Radicem mittit candidam. ¶ Est & genus aculeis vacans, flore melino, quãquam in aculeata purpureus flos perpetuo spectetur. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur plurima in pratis, quin etiam in incultis locis. *Matt.*

QVALITATES.

Radix excalfacit tertio quadantenus ordine: cortex eius maximè est vtilis habens quippiam & absterforium, & inciforiũ, proinde non tantum vrinas prouocat, sed & lapides confringit. *Gale 7. simp. me.*

VIRES.

Radicis cortex ex vino potus, vrinas ciet, calculos cõminuit, & vlcerũ margines erodit. Radicis expoſca decoctum collutione dentium dolores mulcet. Decoctũ eius potũ hæmorrhoidas sanare creditur. DIOSC.

CARDVVS lacteus. Italis, *Scardacio bianco, seu Cardo del latte.*] Germanorum Officinis, *Carduus diuę Marię, & Carduus lactarius.*] Germanis vero ipsis, *Vnser frauuen distel.*] Gallis, *Cardon de nostre Dame.*

FORMA.

CARDVVS LACTEVS.

Matt. Folia fundit magna, pinguia per ambitum laciniata, ac tenuibus acutisque aculeis circumquaque stipata: albicantibus vbique maculis: caulem profert bicubitalem, & sæpe maiorē; spinis horrentē, brachiatū. Echinatis, aculeatisque in summitate capitibus, qui æstate media florent cinaræ modo. Floribus purpureis capillaceis. Semine Cnici minore, papposa lanugine obducta. Radice nititur, valida alte descendēte, amaro sapore.

LOCVS.

Matt. Nascitur sponte in campestribus, incultis locis, secus itinera, & agrorum marginibus.

QVALITATES.

Idem. Radix excalfacit, abstergit, aperit, prouocat, & attenuat. VIRES.

Radicis decoctum datur vtiliter potandum ad iocinoris, & vasorum infarctus, & remorantes vrinas, quare confert hydropicis, ictericis, ac nephriticis. Idem menses elicit, tum potum, tum in desessionibus additum: Radicum siccarum puluis: propinatur ex ptissana cum fœniculi semine, & longo pipere ad lac augendum. Stillatitia foliorum aqua vtuntur, quidam ad lateris dolorem, valentiusque id præstare aiunt, si cum seminis drachma propinetur.

TRAGACANTHA, Græcis, Τράγακανθα.] Italis, *Tragacantha.*] Arabibus, *Chitira, Chatech, seu Alchatad.*] Germ. *Dragant.*] Hisp. *Alquetira.*

TRAGACANTHA.

FORMA.

Radice nititur lata, & summo cespite lignosa, vnde surculos humiles, frequentes, robustos latissimè fundit, in quib⁹ minuta folia, multa, & tenuia exoriuntur. quæ sub se spinas albas, rectas, & firmas occulũt. Est etiam Tragacantha lachryma, quæ vulnerata radice manat. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in Apulia in mõte Gargano: ac etiam in aliis longinquis meridianisq; regionibus, vnde ad nos comportatur lachryma. *Matt.*

QVALITATES.

Tragacantę lachryma simi lem gũmi vim obtinet emplasticã quãdam, quę humorum acrimoniam obtundit, & sanè similiter illi desiccat. *Gale. 6. simp. me.*

VIRES.

Lachryma cutis spiracula obstruit: additur in oculorum medicamentis: præstat & contra tussim, exasperatas fauces, retusas voces, & cæteras destillationes, cum melle in delinctu. subdita quoque linguę liquescit: in passo madefacta drachmę pondere bibitur contra renũ dolores, & vesicæ rosiones, misto cornu cerui vsto, & eloto, aut scissi aluminis momento: quæ tosta fuerit dysentericis auxiliatur ex cydoniorum vino hausta. In summa vbi læuigare, obtundere, & reprimere opus est, pręstantissimum semper fuerit medicamentum.

ERYNGIVM, Græcis, ἠρύγγιον.] Italis, *Sringo.*] German. *Brachon diſtel, ſiue Manſtreuu.*] Hiſpanis, *Cardo corredor.*] Gallis, *Paracault.*

ERYNGIVM.

GENERA.

Matt. Tria eius habentur genera. Montanum, ſiue campeſtre. Marinum & planum.

FORMA.

DIOSC. Mōtanum folia fert Cardui, lata, per ambitum laciniata, aſpera, guſtu aromatica, ſed vbi adoleuit circa complures caulium eminentias in ſpinas aculeatur in quorum ſummitatibus globoſa capitula duratū, acutiſſimarumque ſpinarum in ambitu ſtellatim circumuallātur; quorum colos alias virides, alias albus interdum cæruleus inuenitur. Radix oblonga, lata, foris nigra, interne candida, pollicis craſſitudine, & odorata.

LOCVS.

DIOSC. Naſcitur in aſperis, campeſtribus: & *Matt.* in fabuloſis pratis.

QVALITATES.

Gale. 7. ſim. med. Caliditate quidem aut parum aut nihil, quæ temperata ſunt ſuperat, ſiccitatem vero in tenui eſſentia conſiſtētem, non paruam obtinet.

VIRES.

DIOSC. Pota radix mēſes, & vrinas pellit, tormina inflationesq; diſcutit, contra iocinoris vitia, ſerpentium morſus, & hauſta venena, vino pota ꝓdeſt. Bibitur aduerſus plurima cū feminis paſtinacæ drachma. Appē ſa illitave tubercula diſcutere proditur. Pota cum hydromelite opiſthotonicis, & comitialibus medetur. ¶ Eiuſdem decoctum expedit iocinoris & lienis infarctus. valet aduerſus rubetas, toxica, & aconita ex ranarum comeſtibilium iure pota, vel ex anſerino vbi ranæ non ſint ad manus, valet & contra cordis affectus. Præſtat quoque contra ſtranguriam, obſtruſos renes, & vuluarum præcluſiones. Illita ex melle infixa corpori extrahit. Præſumpta copulam arcet, & aluum ſiſtit: Fit è tenellis Eryngij foliis ſtillatitia aqua. iis quàm maximè vtilis, qui morbi Gallici vlceribus laborant ſi diutius quotidie ea vtantur in potu.

CENSVRA.

Magno admodum tenentur errore, qui Eryngium Mauritanorum ſecacul eſſe contendunt.

ERYNGIVM marinum. Italis, *Iringio marino.*

ERYNGIVM MARINVM.

FORMA.

Folia edit alterius longè latiora, circinata, & in ambitu aculeata, & cæsio respersa colore. Caulem carnosiorem, crassiorē, atque striatum, capitulis cęruleis maioribusque. Radices habet pręlōgas, teneras, ac molles digitali crassitudine. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in maritimis non longè à litoribus. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Radix minus siccat quam altera, sed eaſdem pōssidet vires.

ERYNGIVM planum, siue læue. Italis, *Iringo liscio, & Iringo senza spine*

ERYNGIVM PLANVM.

FORMA.

Matt. Foliis exit latis, oblongis, minimè laciniatis, in ambitu tamen serratis caulibus complurib⁹, ramosis: paruis in summitate capitulis, ipsiq; subasperis. Radice vegeta cęteris crassiore.

LOCVS.

Prouenit in Austria in Viennensi agro, campestribus locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Radix minus quàm cætera prędscripta siccat, minusque ad omnia præstat.

ALÖE, Græcis, Αλόη.] Aphris, *Saber, Paber, siue Subar.*] Italis, *Alöe.*] Germa. *Alepatic, & Bitter Alöes.*] Hisp. *Hierua baboſa.*] Gall. *Alöes.*

Alepatica Gruuth

ALÖE.



FORMA. DIOSC.

Foliis prouenit scillę similibus, pinguibus, modicè latis, rotūdis retrorsum pandis, quæ vtrinque ex obliquo longioribus interuallis striātur, & in mutilas spinas desinunt, caule antherico non dissimili, flore albo, ac purpureo, fructu hastulæ regię cognato: Tota planta grauiter olet, & gustu est amarissima. Radice vnica ceu palo, in terram depacta.

LOCVS. DIOS

Plurima præpinguisq; in India gignitur. ex qua coactus succus affertur. Nascitur, & in Asia, & Arabia in locis quibusdam maritimis & Insulis. vt in Andro.

QVALITATES. *Gale. 6. simp. me.*

Est Alöe non simplicis naturæ, sed vt indicio est gustus, adstringit simul, & amara est: adstringit quidem mediocriter, sed vehementer est amara: subducit & aluū: Exiccat quoq; ordine tertio, excalfacit verò aut primo intenso, aut secundo exoluto. Repellit, digerit, extergit.

VIRES.

Sanguinis reiectiones sistit: regium morbum purgat drachmæ pondere ex aqua frigida. Deuorata cū resina, vel melle cocto, aluū soluit. cæteris medicamentis admista præstat vt minus stomachum lædant: sicca & inspersa vulnera glutinat, & vlcera ad cicatricem perducit cohibetque. Eadem peculiariter pudēdorum vlceribus medetur. Condylomata, & sedis rimas ex passo sanat: hęmorrhoidum abundantiam & sanguinis fluxiones sistit. Priuatim scabras lippitudines, pruriginesq; in oculorum angulis permulcet: temporibus, & fronti ex aceto, & rosaceo illita, capitis dolorem sedāt: cum vino autem capillum fluentem continet. ¶Vtile stomacho est medicamentum, vt si quid aliud. Infestissima est his, qui citra vitiatos humores, ex calida, siccaque intemperie affliguntur: proximam ab his læsionem percipiunt, qui ficcam intemperiem habent, etiam cum frigiditate coniunctā. ¶Deiicit alöe non modo bilem, sed pituitam ipsam: Quotidianus eius vsus a mortiferis morbis tuetur: sensus omnes, intellectumq; acuit: Iecur ab infarctu purgat: hęmorrhoidibus, ac cęteris sedis inflammationibus nocet (scilicet pota, nō tamen exterius admota) ex aceto & felle bubulo vmbilico, ventriq; illita, intestinorum animalia necat. DIOSC. *Gale 6. simp. me. & 8. de com. me. sec. locos. Matt.*

ABSINTHIVM Græcis, ἀψίνθιον.] Mauritanis, *Abſynthium.*] Italis, *Aſſenzo, & Aſſentio.*] Germanis, *Vuermuot.*] Hiſpanis, *Aſſentios ſiue Aloſna.*] Gallis, *Aluyne, ſiue Abſince.*

ABSINTHIVM.

GENERA.

Matt. Quatuor Abſynthij nominantur genera: vulgare Ponticũ, Marinum, ſiue Seripiium, & Santonicum: Ponticum tamẽ à vulgari non diuidit Dioſcorides.

FORMA VVLGARIS.

Matt. Caule exitramoſo, foliis incanis, amaris, multipliciter ſectis artemiſiæ modo, floribus melinis paruis, ſemine rotundo racematim dependente: radice diuulſa, duraque.

LOCVS.

Idem. Prouenit ferè vbique: & ſeritur, & per ſe quoq; in hortis naſcit.

QVALITATES.

Gale. 6. ſimp. me. Adſtrictoriam, amaram, & acrẽ ſimul qualitatem poſſidet, excalfaciens pariter & extergẽs, & roborans, & deſiccans, ex acrimonia quoq; conſtat, quod maiori portione calidum ſit magis, quàm frigidum. Itaq; calidum fuerit exceſſu primo, & ſiccum tertio. Atqui ſuccus lõgè quam herba calidior eſt.

VIRES.

DIOSC. Bilem expurgat, vrinam cit, crapulam præſumptum arcet: cũ ſeſeli, & Celtica nardo potũ, inflationibus ventris, & ſtomachi doloribus auxiliatur: faſtidia diſcutit & arquatos ſanat, epoto quotidie eius diluto, aut decocto: Menſes elicit tum hauſtum, tum ex melle ſuppoſitum. Bibitur vtiliter contra fungorum ſtrangulationes ex aceto: ex vino ſumptum aduerſatur Ixiæ, cicutæ, muris araneí, & marini draconis venenis. illinitur ex melle ad ſugillata, & oculorum caligines, quin etiam & ad purulentas aures. Admouetur tocinon præcordiisq; cum cerato ciprino, ſtomacho quoq; diuturna valetudine laboranti, cum roſaceo: aquæ intercutem cum ficis, loliacea farina. & aceto. ſubuenis & *Gal.* lienoſis. Præſtat ad ea omnia vinum, quod ex eo paratur. ¶ Contẽtam in vẽtre pituitam oblatum nihil adiuuat, nec eam, quæ in thorace, & pulmone continetur.

ABSINTHIVM Ponticum, Græcis, Ἀψίνθιον πόντικον.] Italis, Assenzo Pontico. Bonissor vermuth.

ABSINTHIVM PONTICVM.

FORMA.

Foliis, caulibus, floribus, semine, ac cęteris suis partibus; prouenit vulgari absinthio lõgè minoribus, vt ex appicta hic imagine constat. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur plurimũ in Ponto, vnde illi nomen: quinetiam in Vngaria, & Bohemia. *Idem.*

QVALITATES.

Quũ duplex in omni absinthio facultas, & qualitas sit; vtique in Pontico adstringendi qualitas non parua est, in reliquis omnibus amara quidem qualitas est vehemẽtissima; adstrictio verò, aut planè obscura, aut prorsus nulla sentit. Proinde Ponticum ad iocinoris, & ventriculi inflãmationes eligi præstat. Id aũt est tũ folio tũ flore longè quã cętera absinthia minore. Odor quoq; illi non modo non insuauis, verum etiam aromatũ quid pferẽs, ac reliquis oĩbus est fœdus, quare hęc fugere cõueniet, & Pontico semper vti. *Gal. l.* 11 *cap.* 16. *Metho. med.*

VIRES.

Fit è recẽtibus floribꝰ, & saccharo simul contusis Antidotũ ad hydropẽ pstãtissimũ, cuius lõgo vsu pplures sanatos vidimus. Parãdi rõ hęc est. Sumito florũ vnc. iij. Sacchari albi librã j. contundantur in mortario diligenter. Et deinde pyxide vitrea recõdita insolentur per mensem.

ABSINTHIVM marinum, siue Seriphium. Græcis, Ἀψίνθιον Θαλάσσιον.] Italis, *Assenzo marino.*] Aquileiensibus, *Santonio.*

ABSINTHIVM MARINVM.

FORMA.

Matt. Foliis exit, quæ ad terram sunt, vulgari absinthio similibus, sed quę in caulibus habẽtur, longè minoribus, caulibus gracilibus, minuto semine refertis, gustu amaro & odore graui.

LOCVS.

Idem. Nascitur in maritimis.

QVALITATES.

Gale. 6. sim. med. Specie, & gustu absinthio simile est.

VIRES.

DIOSC. Folia per se, aut cum oriza cocta interaneorum animalia, & teretes tineas adiecto melle enecant: aluum leuiter læuigant. Id quod cum lenticula decocta pariter præstãt. Eius pabulo pecora maximè pinguescant.

ABSINTHIVM ſeriphium Ægyptium. Italis, *Aſſenzo ſerifio d'Egitto.*

Ægyptium vermuth.

ABSINTHIVM SERIPHIVM ÆGYPTIVM.

FORMA, ET LOCVS.

Pumila eſt planta, in Ægypto proueniens, foliis minutis abrotani fœminę ferè ſimilibus: ſurculis compluribus gracilibus, breuibus, ac folioſis, minuto ſemine, guſtu amaro; nõ tamen vehementer. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Iis omnibus prędituꝫ eſt facultatibus, quibus & Italicum. *Idem.*

NOMINA.

SEMEN ſanctum. Italis, *Seme ſanto & ſemenzina.*

SEMEN SANCTVM.

FORMA.

Planta eſt admodum fruticoſa, caulibus & ramis numeroſis refertę, ſemine minuto, oblongoque racematim prodeũte, amariuſculo guſtu, odoreque non inſuaui.

LOCVS.

Affertur ex Alexãdria Ægypti, ac aliis meridionalibus locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Oblinitur paſſim ſaccharo à pharmacopęis. daturque vtiliter infantibus & pueris ad inteſtinorum vermes.

ABROTONVM, Græcis, ἀβρότονον.] Mauritanis, *Catsum, Kesum, seu Gaissum.*] Italis, *Abrotano.*] Germanis, *Stabuuertz, siue Scheszuuert, siue Gertuuertz.*] Hispanis, *Abrotono, & Hierua Lombriguera.*] Gallis, *Auron, & Garderobe.*

ABROTONVM MAS.

GENERA.

Duum est generum, alterũ mas, alterum fœmina. *Matt.*

FORMA MARIS.

Sarmentosa est planta, cauli bus gracilibus veluti absinthiũ. ¶Folia habet tenuia numerosa, longiusculáque, odore graui sed medicato: Flores mittit exiguos. semen minutũ, rotundum copiosumq́;, ramulos ferè totos comprehendens. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur sponte in collibus arido solo, ac etiã passim in hortis colitur. *Idem*

QVALITATES.

Calidum, & siccum est ordine tertio. Digerendi etiã, ac incidendi vim quandã habet, rarefaciẽdi, & mordendi: tenuium enim est partium. *Gal. 6. simp. me.*

VIRES.

Semen crudum tritum, & ex aqua feruefactum in potu auxiliatur ortophnoicis, conuulsis, ruptis, ischiadicis, vrinæ anguſtiis, ac suppressis mensibus. Ex vino autem potum exitialibus venenis, antidotum est. Horroribus ex oleo illinitur. Serpẽtes cũ substratu tũ nidore fugat: quin etiã ꝑ eorũ ictus potũ ex vino prodest: priuatim efficax est contra scorpionũ & phalãgiorũ ictus: oculorũ inflãmationibus cũ pane aut cotoneo cocto cõmodè illinit. Tritũ & cũ hordeacea farina coctũ, tubercula discutit.

VERONICA ita Germanorum Officinis vocata, Italis, *Veronica.*] Germanis, *Erenbreisz, aut Gundheyl.*

VERONICA.

GENERA.

Matt. Duum eſt generū : Mas, & fœmina.

FORMA MARIS.

Mas caule exit dodrantali, aut minore, rubeſcēte, lanuginoſoque, foliis oblongis, humi accubātibus, nigricantibus, hirſutis, & in ambitu ſerratis : flores edit ſummis caulibus purpureos, & ſemē in ſiliqs loculi facié referentibus. Radice nititur tenui, quæ in plures diuaricatur fibras.

LOCVS.

Naſcitur locis incultis

QVALITATES.

Idem. Cū guſtu amara adſtringensq; manifeſtè appareat, calidæ & ſiccæ facultatis omnino fuerit.

VIRTVS.

Idem. Medetur cruētis vulneribus, quin etiā diuturnis vlceribꝰ. tumores prēterea in vniuerſum diſcutit, prēcipueque quæ in ceruice oriūntur. Datur vtiliter potādus foliorum puluis drachmæ pondere cùm ad peſtilentes febres, tum ipſa peſtilentia affectos cū theriacę tribus obolis ex vino meraco; ſed illico affectos ſudare oportet. Datur eadem potāda ex ſua ipſius ſtillatitia aqua contra tuſſim, & omnia pectoris, & pulmonum vitia; quin etiam tabidis, & ſuppuratis : aperit quoque iocinoris, & lienis obſtructiones : vterum, renes, & veſicam expurgat.

VERONICA fœmina, Italis, *Veronica femina.*] Germanis, *Erenbreiſz. Vnqible.*

VERONICA FOEMINA.

FORMA.

Caulem edit lanuginoſum, folia rotundiora minime denticulata, ſubpinguia, flores ex luteo purpuraſcentes, ſemen orbiculatis vaſculis ꝓcluſum: radicem maris ſimilẽ.

LOCVS.

Naſcitur in inculto ſolo & aſperis tractibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Non differt à mari, ſed ad omnia imbecillior habetur.

HYSSOPVM, Græcis, ὕσσωπος.] Arabibus, *Cyſe, ſeu Iabes.*] Italis, *Hiſſopo.*] Germanis, *Frichlyſſop, ſeu Heſter hyſſop.*] Hiſpanis, *Hiſſopo hierua.*] Gallis, *Hiſſope.*

HYSSOPVM.

GENERA.

DIOSC. Duum eſt generum : Hortenſe, & Montanum.

FORMA.

Matt. Hortenſe frutex eſt ſurculis numeroſis ex vna radice prodeuntibus, lignoſis, ſeſquipedalibus, foliis in vniuerſo caule oblongis duriuſculis odoratis feruido, & amaro guſtu: Flores edit ſpicatos in ſummis caulium partibus cæruleo colore: Radicem multifidam ac lignoſam. ¶ Montanum ſurculis foliis floribus, & cæteris in vniuerſum partibus nihil ab hortenſi differt, niſi qđ hirſutius ſyluęſtriuſque apparet, rudioribus foliis & aſperioribus & guſtu amarioribus, nec vſque adeo acribus. mitescit tamen in hortos translatum, fitque hortenſi per quàm ſimillimum.

LOCVS.

Matt. Hortenſe ſeritur paſſim in hortis, & viridariis. Montanum ſponte in montibus prouenit.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. Matt. Deſiccat, & excalfacit ordine tertio, ſed & tenuium eſt partium. ¶ Aperit, digerit, abſtergit, incidit, ſubducit.

VIRES.

Decoctum eius cum ficis, melle, & ruta potum peripneumonicis, diuturna tuſſi laborantibus, ſuſpiriioſis, deſtillationibus, & ortophnoicis: ventris tineas enecat, cum ficis detritis viridibus deuoratum aluũ ſubducit, ſed vehementius addita iridis radice, cardamomo, aut irione: Craſſum. n. humorem deiicit, & præſertim decoctum ex oxymelite, colorem in corpore fouet. Illinitur lienoſis, & hydropicis cum ficu & nitro: cum feruenti aqua impoſitum fugillata diſcutit. Decoctum cum aceto dentium dolorem in collutione mulcet. ¶ Aduerſatur ſerpentium morſibus, cum ſale & cumino admotum: Ex oleo illitum pediculos necat, & capitis pruriginem tollit: comitiales iuuat quouis modo ſumptum. ¶ Diſcutit eius vſus contumaces inflationes, cibi appetentiam inuitat, menſes, & vrinas ciet, & febrium horrores excutit, viſum acuit. Præſtat hæc omnia quoque montanum etiam efficacius.

Matt. *Meſue*

GRATIOLA, quibuſdam Gratiadei. Italis, *Gratiola.*] Foroiulienſibus, *Stanca cauallo.*

GRATIOLA.

FORMA.

Planta eſt dodrantalis, caulibus quadrangularib⁹, foliis hyſſopi paulò latioribus, ac lõgioribus: floribus in purpura albicantibus, amaro admodum guſtu: quadã cũ obſcura adſtrictione. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in pratis vligino ſis, & paluſtribus. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit, ſiccat, incidit, attenuat, aperit, deiicit, abſtergit, vulnera glutinat. *Idem.*

VIRES.

Aluum vehementer purgat, bilem pituitamque deiicit: vulnera celeriter ſanat, ſi trita ſuperponatur.

CENSVRA.

Qui hanc plantam Meſuis Eupatorium eſſe contendunt, omnino cæcutiunt.

STECHAS, Græcis, Στοιχὰς.] Mauritanis, *Astochodos, Astuhorados, siue Astuchudes.*] Italis, *Stechade, seu Steca.*] Officinis, *Stichados.*] Germanis, *Stichas kraut.*] Hispanis, *Cantuesso.*] Gallis, *Stechados.*

STOECHAS.

FORMA.

Matt. Planta est Lauendulæ haud absimilis, foliis oblongis, crassis incanis, aceruatim in vniuerso caule exeuntibus, surculis pluribus, ab vno caule fruticãtibus: lignosis, flores edit in spicatis oblõgisque capitulis thymi modo, subcæruleis, in qbus semẽ oritur melissophylli non absimile. Radix est illi lignosa ac multifida.

LOCVS.

DIOSC. Prouenit in stœcadibus insulis, & Massiliæ regione.

QVALITATES.

Gal. 8. simp. me. Stœchadis quidem qualitas amara est. Et mediocriter subadstringens. Cæterùm temperies composita, nempe ex terrena essentia frigida exigua, vnde sanè adstringit: & ex attenuata altera terrena copiosiore. à qua vtique amara est: Abvtiorumque verò conuenientiã, & coitum, referat, extenuat, extergit, roboratque tum viscera omnia tum totius corporis habitum.

VIRES.

DIOSC. Foliorum & capitulorum decoctum hyssopi modo ad pectoris vitia efficax est. Antidotis vtiliter miscetur. Deiicit tũ pituitam, tum atram bilem. Cerebrũ, neruos, & sensuum meatus mundat, ac roborat. Datur vtiliter contra qualescunque frigidos morbos. Itaque comitialibus conueniens fuerit auxilium, addita scilla, aut eius aceto. Balnea, fomenta, ac Laconica, quæ ex ij sius decocto, aut vapore fiunt, occlusos narium meatus aperiunt, neruorũ, & articulorum cruciatus leniunt, ac interna viscera frigido humore affecta roborant. Abstinendum tamen ab ea biliosis est, præsertim, si eorum ventriculus sit bile refertus.

Matt.

ORIGANVM, Græcis, ὀρίγανος.] Mauritanis, *Fandenigi, siue Fundenigi, siue Foudenegi.*] Italis, *Origano.*] Germanis, *Valgemut.*] Hisp. *Oreganos.*] Gallis, *Origan, seu Mariolaine bastarde.*

ORIGANVM.

GENERA.

Duo eius habentur genera, Heracleoticum, & Onitis. DIOSC.

FORMA PRIMI.

Foliũ habet hyssopo non dissimile, vmbellam autem non in rotæ speciẽ orbiculatam, sed veluti multifidam: semine in summis virgis haudquaquam denso, amaraci modo spicato. DIOSC.

LOCVS.

Prouenit in Creta, & Cypro: & aliis Ægei maris insulis. *Matt.*

QVALITATES.

Heracleoticum efficacius est onitide, omnes verò incidendi, extenuandi, calefaciendi facultatem possident, hacque tertio excessu, obtinent. *Gal. 8. simp. me.*

VIRES.

Decoctum cum vino potum demorsos à serpente sanat: Qui autem cicutam aut mæconium hauserunt, iis ex passo: si verò gypsum, aut ephemerũ, ex aceto mulso propinatur: ruptis, conuulsis, hydropicis cum ficu esui datur. Aridum acetabuli mensura potum, in aqua mulsa, atros humores per aluum extrahit, menses ciet & tussi cum melle delinctũ medetur. ad pruriginẽ, psoram, regiumque morbum, decocti ius in balneis prodest: herba autem substratu serpentes fugat.

ORIGANVM onitis, Græcis, ὀ ῥίγανος ὀνίτις.] Italis, *Origano onite*.

ORIGANVM ONITIS.

FORMA.

DIOSC. Cãdidiore eſt folio, & hyſſopo ſimilius: ſemen veluti coniunctos corymbos habet.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in Creta, & aliis nonnullis Ægei maris inſulis.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Vis ei origani Heracleotici, ſed ad omnia minus efficax.

ORIGANVM vulgare, Italis, *Origano noſtrano.*] Germanis, *Vuelgemuot.*

ORIGANVM VVLGARE.

FORMA.

Folia mittit amaraci maiora, ſubhirſutaq́; , caules complures piloſos, flores in ſummitate purpureos in vmbellæ multifidæ modũ, radice ſumma tellure vagante. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur inculto ſolo ſecus itinera, in collibus, & apricis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Excalfacit quidem, quòd guſtu ſubacris ſentiat, & ſiccat quoque ſimiliter, ſed haud ſtrenuè. Aperit, digerit, incidit, & reſoluit, ſed lõgè mitius quàm pręſcripta origani genera. *Idem.*

CENSVRA.

Hanc plantam Pſeudo-origanum magis appellãdum cenſeo quàm ſylueſtre Origanum, vt quidam credidere. Huic enim flores candidi ſunt, non purpurei.

NOMINA.

TRAGORIGANVM, Græcis, τραγορίγανος.] Italis, *Tragorigano.*

TRAGORIGANVM.

FORMA.

DIOSC. Tenuis eſt frutex folio & ramulis ſylueſtri ſerpyllo ſimilis, quanquam in lætiori ſolo latioribus foliis inueniatur, atque glutinoſis: floribus in ſummis caulibus ſubpurpureis.

LOCVS.

Idem. Prouenit copioſum in Cilicia, in Creta, in Chio, Cooq;, & apud Smyrnas.

QVALITATES.

Idem. Excalfacit, aperit, attenuat, vrinam ciet.

VIRES.

Idem. Decoctum potum bilem eiicit. Bibitur ex aceto vtiliter lienoſis, & ex vino contra ixiæ venena. Meſes trahit peripneumonicis, tuſſientibus, ex melle in eclegmate datur. Grata, ac mitis eius potio eſt: quare cibum faſtidientibus & ſtomacho acida ructanti imbecilloq; præbetur: item ſi maritima iactatione nauſea, & æſtus præcordiorum excitetur. Tumores verò cum hordeacea farina illita diſcutit.

PVLEGIVM, Græcis, Γλήχων.] Mauritanis, *Alnam, Alnegem, seu Alnegen.*] Italis, *Puleggio.*] Germanis, *Poley.*] Hispanis, *Poleo.*] Gallis, *Pulege, & Poulier.*

PVLEGIVM.

FORMA.

Herba est humi repens, serpylli modo: caulibus dodrãtalibus gracilibus, foliis amaraci æmulis, paulò tamẽ maioribus oblongioribusque: flores in toto caule ad summum vsque, per interualla propè foliorum exortum, verticillatim enascuntur, colore purpureo languescente. Radix illi gracilis, & capillosa summo cespite vagãte. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur humectis, & vliginosis locis. *Matt.*

QVALITATES.

Cùm acre, & subamarum sit, valde tum excalfacit, tũ extenuat. Porrò quod abundè excalfaciat, magnum est signũ, quòd illitum rubificat, & exulcerat quoque, si diutius toleretur. Quòd verò extenuet satis indicat, cum humida crassa, & lẽta ex thorace & pulmone excreatu facilia reddat, mensesq; moueat. *Gale. 6. simp. me.*

VIRES.

Potum mẽstrua, secundas, ac partus eiicit, pulmonis vitia ex melle, & aloe potum extrahit, & conuulsis auxiliatur: Nauseas, stomachi erosiones ex posca permulcet: atram bilem per aluum exigit. Bibitur in vino vtilissimè cõtra serpentiũ morsus, defectos animo recreat cum aceto naribus admotum. A refacti cinis gingiuas corroborat. cum cerato varos extinguit. Lienosis cum sale vtiliter illinitur. Decoctũ eius ablutas prũrigines mitigat: conuersas vuluas corrigit ac eiusdem inflationes, duritiasq; in desessionibus mirificè iuuat. ¶ Decoctum potum vrinas ciet: ictericos, & hydropicos curat: capitis, & neruorum affectibus ex frigiditate prognatis succurrit: visum acuit.

DICTAMNVM Græcis, Δίκταμνος.] Arabibus, *Mesatremsir, Anegen araba, siue Bari.*] Italis, *Dittamo di Candia.*] Germanis, *Vuildem poley.*] Hispanis, *Ditamo.*] Gallis, *Ditamo Real.*

DICTAMNVM CRETENSE.

FORMA.

DIOSC. *Theoph. lib. 9. de histo. 1. Vir. l. 12 Aeneid.* Cretensis herba est pulegio similis, maioribus tamen foliis, quę tomẽto quodam spissa lanugine pubescũt. ¶Ramulis tenuioribus in quorum summis partibus flores exeunt purpurei. Et deinde semen. Rara hæc herba est.

LOCVS.

Theoph. ibidem. Nascitur in Creta Insula in vno tantum loco, ipsoq; admodum exiguo.

QVALITATES.

Gal. 6. simp. me. DIOSC. Tenuiore essentia constat, quàm pulegium. cætera illi simile. ¶Sed efficacius multo.

VIRES.

DIOSC. Defunctos partus extrahit, non modò potum, sed appositum quoque aut suffitũ: succus per se illitus aut cum hordeacea farina, purgandi vim habet. Herba impactos pedibus, reliquovè corpori aculeos ilitu extrahit: valet ad lienis dolo rem. Radix eius gustu calefacit, partus accelerat. Succus ex vino potus, auxiliatur à serpente demorsis. Tãta herbæ facultas est, vt olfacta abigat feras, quæ venenato ictu seuiant, appensaq; conceptum examinet: vulneribus ferro illatis, & venenatis ictibus infusus succus, præsentaneum est auxilium.

DICTAMNVM album, Italis, *Dittamo bianco.*] Germanis, *Gemeiner diptam.*] Gallis, *Diptam baſtarde.*

DICTAMNVM ALBVM.

FORMA.

Planta eſt inſignis, ſpectatæque pulchritudinis; ſoliis fraxini adeo ſimilibus, vt à quibuſdam chamęmelia: hoc eſt infima fraxinus appellari ſoleat. Caulem gerit ſeſquicubitalem, rotundum, in cuius cacumine flores exeunt purpurei, citrei mali æmulos. Odore quadam cum graueolẽtia, acuto, non tamen iniucundo. Radice nititur diuaricata & ſæpè ſingulari, albicante tenui intus matrice, dum recens eſt hircum olente, ſflores in triquetras ſiliquas abeunt, ſcabro exterius cortice, in quibus ſemen. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in collibus, cliuoſis, & ſaxoſis. *Idem.*

QVALITATES.

Radix cuius eſt vſus amara eſt: excalfacit: attenuat, aperit & abſtergit.

VIRES.

Valet radix aduerſus venena, & venenoſorũ animaliũ ictus. Necat interaneorum vermes drachmę pondere hauſta: datur contra frigidos vteri morbos, nam & menſes, & ſecundas, & emortuum fœtum educit, tum ſuppoſita, tum cum pulegio ſuffita, tum ex vino meraco duarum drachmarum pondere potæ. valet quoq; ad alui torſiones, & ad eiiciendos renum calculos. Additur quoque vtiliter in potionibus internorum vulnerum. Datur comitialibus, & in aliis cerebri affectibus. Pręſtat contra peſtilentię cõtagia, quoquo modo ſumatur. In ſumma ad multa radix vtilis eſt: Siliquæ & flores contactu pruritum faciunt, & in calidioribus regionibus cutem exulcerant. *Idem.*

CENSVRA.

Qui album Dictamnum Dioſcoridis Tragium eſſe contendun, delirio proculdubio afficiuntur.

PSEVDODICTAMNVM, Græcis, ψευδοδίκταμνον.] Italis, *Dittamo falso.*

falsum Dictamnus.

PSEVDODICTAMNVM.

FORMA.

Matt. Caulibus exit dodrantalibus, lanuginosis albicãtibusq;, è quibus folia erumpunt ex interualis bina, subrotunda, dictamni tomento pubescentia, è quorum omnium exortu flores exeunt purpurei verticillatiq; vt in apiastro, & marrubio: sapore pulegij, sed minus acri.

LOCVS.

Idem. Nascitur in Creta exoluto solo acri.

QVALITATES.

Gale. 6. simp. me. Pseudodictamnum ad omnia imbecillius dictamno habetur.

VIRES.

Minus dictamno acre gustu sentitur: eosdem tamen effectus præbet, sed inefficacius multo.

SALVIA Græcis, Ελελισφακος.] Mauritanis, *Ælisfacos, ſeu Elifacos.*] Italis, *Saluia.*] Germanis, *Salbey.*] Hiſpanis, *Saluia, & ſalua.*] Gallis, *Saulges.*

SALVIA.

GENERA.

Duum eſt generum, Alterum quidem vrbanum, alterum ſylueſtre, quod ſphacelus appellatur. *Theoph. lib. 6. c. 2 de hiſto. plant.*

FORMA VRBANÆ.

Frutex eſt ramoſus, longus, virgas habens quadrangulas & canas, folia menthę, maiora, longioraque, aſperiora, craſſiora, & quæ ſenſim attritorũ quaſi indumentorum ſcabritiem referant, hirſuta, ſubalbida, odore per quàm iucundo, ſed graui. Flore gignit in ſummis caulibus purpureos, ſylueſtris hormini æmulos, & ſemen quoq; ſimile. Radice nititur lignoſa, fibroſaque. DIOSC. *Matt.* DIOSC.

LOCVS.

Colitur paſſim in hortis, & ſpõte quoq; per ſe naſcitur, arido, & aſpero ſolo. DIOSC. *Matt.*

QVALITATES.

Euidenter calefacit, & leuiter adſtringit. *Gal. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Menſes cit, & vrinas, decoctum foliorum, ramorũq; potum, & partus extrahit. Auxiliatur quoq; paſtinacæ marinę ictibus: capillos denigrat: vulnerum ſanguinem cohibet, tetra vlcera purgat. Foliorum ramorũq; ex vino decoctum fotu teſtium pruritum tollit. ¶ Folia ab vtero gerentibus deuorata, conceptum roborant ac retinent, ſi eędem fluidæ, laxæq; fuerint; ſucci hemina cum ſale pota, prolificas reddit mulieres, ſi quarto à ſecubito die bibatur, & viris deinde ſe miſceãtur. Datur ſuccus cyathorum duorum menſura vtiliter potandus ſanguinem expuentibus. ¶ Præſtat ſaluia ad omnes capitis pituitoſos affectus, omnesq; articulorum dolores, tam in potionibus, quàm in fomentis. DIOSC. *Matt.* *Aëtius.*

SALVIA minor, Græcis, Σφακέλος.] Italis, *Saluia minore*.

SALVIA MINOR.

FORMA.

Folia habet alterius angustiora, & postrema parte auriculata caules quoque tenuiores, cętera verò similia sunt.

LOCVS.

Nascitur spontè in Hispania, & Gallia Narbonēsi, exolutis locis. Et seritur quoq; in hortis.

QVALITATES, ET VIRES.

Ea omnia præstare valet, quæ Saluia maior.

MENTHA, Græcis, ἡδύοσμος.] Arabibus, *Nàhanaha.*] Germanis, *Muntz.*] Hiſpanis, *Hierua buena, & Ortelana.*] Gallis, *Mente.*

MENTHA.

GENERA.

Duum eſt generum ſatiua, & ſylueſtris. Atqui ſatiua duũ quoque generum eſt, alterũ maius, alterum minus. *Matt.*

FORMA MAIORIS.

Planta eſt odorata, foliis ſaluię minoribus, per ambitum dẽticulatis, caulibus numeroſis, floribus in ſummitate ſpicatis, ſubpurpureis, piloſisq; viuax admodum eſt, nanq; in hortis ſemel tantum ſata, tam reſtibuli fertilitate durat, vt vix in poſterum extirpari poſſit. *Matt.*

LOCVS.

Seritur paſſim in hortis. *Idem.*

QVALITATES.

Guſtu eſt acris, calidaq; facultate prædita, ex tertio quadã tenus excalfacientium ordine, ſed minus excalfacit quã calamintha. Habet & in ſe quiddam amarum, & acerbum: ſubſtantia eſt tenuiũ partium. ¶Adſtringit quoque ac ſiccat. *Gale. 6. ſimp. me.* DIOSC.

VIRES.

Succus ex aceto potus ſanguinem ſiſtit: teretes ventris tineas necat: venerem ſtimulat. Terni rami cum acidi malipunici ſucco poti, ſingultus, vomitiones, choleraſque ſedant: Folia cum farina hordeacea illita, ſuppurationes diſcutiunt. Mammas item tenſas, aut lacte turgentes compeſcit. Cum ſale canum morſibus illinitur: vuluæ ante coitum admota, conceptionem impedit. Lac coire non patitur in ventriculo, ſi folia lacti immergantur. In ſumma ſtomacho vtilis eſt, & in condimentis peculiarem gratiam habet. ¶Aqua ſtillatitia, è tota menthæ planta puerperarum mammis cum linteolis admota lactis concretionem inhibet, animum olfactu excitat; vlcera manantia in infantium capitibus mirè ſanat.

NOMINA.

MENTHA altera. Italis, *Menta minore, ſiue Menta gentile*.

Ein andre Münzenart

MENTHA ALTERA.

FORMA.

Matt. Foliis exit breuioribus anguſtioribusque : caulibus rubentibus, floribus quoque rubentioribus: eximio odore.

LOCVS.

Idem. Seritur paſſim in hortis, & viridariis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Ea omnia poteſt, quibus alteram præſtare diximus.

MENTHASTRVM, siue Mentha syluestris, Græcis, ἡδύοσμος ἀγρίος.] Italis, *Mentastro.*] Germanis, *Vuild muntz.*] Gallis, *Mente cheuahne.*

MENTHASTRVM, SIVE MENTHA SYLVESTRIS.

FORMA.

Folia profert menthæ longè maiora, hirſutiora, ac candidiora: caules cubitales, & flores ſpicatos, colore ſubpurpureo, tenuibus vndequaque pilis: bene quoque olet. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur plerunque vliginoſo ſolo: & propè riuos aquarum. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit, attenuat, adſtringit, incidit, & aperit. *Idem.*

VIRES.

Suffiti vapor fœminas à partu purgat. Datur eius decoctum vtiliter anheloſis, & ęgrè ſpirantibus, quin etiam mulcendis torminibus qui à flatu oriuntur. Subſtratum, vel accenſum ſerpentes fugat. Inſtillatur ſuccus vermiculoſis auribus. Item tum potus, tum teſtibus illitus nocturnas pollutiones prohibet. Auxiliatur potus, regio morbo affectis: ſtrumoſos illitus iuuat: ex aceto potus ventris animalia pellit: Folia tam pota quàm illita, præſtant aduerſus venenoſorum ictus. *Matt.*

MENTHA Græca, Italis, *Menta Greca, ſiue Saluia Romana, ſiue Herba dī Santa Maria: Nonnullis Laſſulata.*] Gallis, *Coch.*

MENTHA GRAECA.

FORMA.

Matt. Foliis exit ſaluię longioribus latioribusque betonicę faciem quadantenus referentibus, circūquaque ſerratis: caulibus cubitalibus: nónunquã maioribus: in quorum cacumine flores exeunt corymbacei, melino colore. Pláta eſt in vniuerſum amara, non tamen vehementer, ſub adſtringens, & grauiter odorata.

LOCVS.

Idem. Habetur ſata copioſa in hortis.

QVALITATES.

Excalfacit, ſiccat, aperit, roborat, abſtergit, & prouocat.

VIRES.

Idem. Auxiliatur vterinis affectibus: frigefactum iecur excalfacit, & vaſorũ obſtructiones aperit: illinitur ex irino, aut nardino oleo lienoſis, & ex vino feruefacta vrinę ſuppreſſionibus: Lentigines, alphos, & alias cutis fęditates emaculat, illitus noctibus ſuccus: idem Lumbricos enecat: ventriculum roborat tam hauſtus, quàm illitus, & vomitiones compeſcit. Tota planta tam ſubſtratu, quàm ſuffitu ſerpentes abigit, & eorum venenis reſiſtit, quin etiam infarctus expedit, & caput roborat.

CALAMINTHA, Græcis, Καλαμίνθα.] Arabibus,& Officinis,*Calamentum.*] Italis,*Calamento.*] Ethruſcis, *Nipotella.*] Germanis, *Vuilden poley.*] Hiſpanis,*Neueda.*] Gallis,*Poullio ſauuage*.

CALAMINTHA.

GENERA.

Trium eſt generum : Prima quĩ nepetam Latini vocant, Montana altera, & altera mentaſtro cognata. DIOSC.

FORMA PRIMAE.

Foliis oritur pulegio maioribus, ſubrotũdis, hirſutis, per ambitũ leuiter ſerratis, caulibus cubitalibus, angulosis, folioſisq; atque piloſis. Flores edit exiguos, purpuraſcẽres, qui à medio caule vſque ad ſummũ, vt in pulegio erũpunt, at in cacumine copioſiores habẽtur. Radices tenues, multifidasque. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in inculto ſolo, in apricis, collibus, ſecus itinera & ſepes. *Idem*

QVALITATES.

Eſſentia eſt tenui, & calida, ſiccaque temperie, ex tertio quodã modo ordine. Horum manifeſta ſunt inditia partim guſtu apparentia, partim experiẽtia cognita : Guſtu ſiquidem acris, & palam calida eſt, ac paululum omnino ſubamari habet. corpori autem exterius admota, primũ qdẽ valde excalfacit, & mordicat, cutẽque laniat, poſtremò ẽt exulcerat. *Gale. 7. ſim. med.*

VIRES.

Foliorum, florumque decoctum potum : menſes, & vrinas pellit, ruptis, conuulſis, ęgrè ſpirantibus, torminibus, horroribusque auxiliatur. Regium morbum expurgat : ex vino præſumpta venenis reſiſtit. Tineas, cæteraque interiorum animalia, cum ſale, & melle pota enecat. Elephanticos eſitata adiuuat, ſi poſtea ſerum lactis ebibatur. folia detrita, & ex vellere ſuppoſita, menſes eliciunt : partus enecant : Accenſa aut ſubſtrata, serpentes fugant : Ex vino cocta, & illita, nigris cicatricibus candorem reddunt: ſuccus vtiliter inſtillatur vermiculoſis auribus. DIOSC.

CALAMINTHA montana, Græcis, Καλαμίνθα ὀρείνη] Italis, *Calamento, siue Nipotella montana.*] Officinis, *Calamentum montanum.*

CALAMINTHA MONTANA.

FORMA.

DIOSC. Folia habet ocimi, incana, furculos, & caules angulosos, & purpureum florem.

LOCVS.

DIOSC. Nascitur in Montibus.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Paribus cum nepeta tum qualitatibus, tum viribus præstat.

CALAMINTHA aquatica. Italis, *Calamento aquatico.*] Græcis, Καλαμίνθα ἔνυδρος.

CALAMINTHA AQVATICA.



FORMA.

Métaſtro cognata eſt, foliis oblongioribus hirſutisque, caule, & ramis maioribus, quam ſuperior. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in campeſtribus, aſperis, & aquoſis locis. *Idem*

FACVLTATES, ET VIRES.

Suis in viribus, & facultatibus, cæteris inefficacior eſt.

CENSVRA.

Decipiuntur, qui Gattariá herbam tertiam calaminthæ ſpeciem eſſe contendunt.

NOMINA.

HERBA gattaria. Italis, *Herba gatta*. Ger. Katzen Kraut

FORMA.

Matt. Plãta eſt vulgaris notitię, folia mittens apiaſtri, aut vrticę æmula, ſed incana, & minora, caules edit quadrangulos, bicubitales, ramos numeroſos, & pariter incanos, flores albos circa caules, at qui in ſummitatibus exeunt, ſpicati ſpectantur: Radices habet multifidas: odor vniuerſæ plantę acutus, caput feriens.

HERBA GATTARIA.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in campeſtribus & in agrorum marginibus.

QVALITATES.

Feruido quidẽ guſtu herba eſt, cum amaritudine haud obſcura, excalfacit, & ſiccat calaminthæ modo.

VIRES.

Valet ad omnes capitis, pectoris, ventriculi, ac vteri morbos, à pituita genitos, menſes elicit tam pota, quàm in deſeſſionibus addita. herbę vſus ſteriles prolificas facit, vt cauſa fuerit ab humida frigidaque intemperie: ſuccus naribus inditus, pituitam valenter trahit, & viſum acuit: In ſumma vbi excalfacere opus ſit, Gattaria plurimum pręſtat.

THYMVM, Græcis, Θύμος.] Mauritanis, *Hasct.*] Italis, *Timo.*] Germanis, *Römischer quendel.*] Hispanis, *Tomilho salsero.*] Gallis, *Tim, seu Mariolaine de Angleterre.*

THYMVM.

GENERA.

Duum est generum : Candidum & Nigrum. *Theoph. li. 6. c. 2. dep lāt. hist.*

FORMA.

Surculosus est frutex, exilibus foliis, multis, & angustis circūdatus : capitulis in cacumine flore purpurascente refertis. DIOSC.

LOCVS.

Gracili solo & petroso prouenit. *Idem.*

QVALITATES.

Thymum incidit, & excalfacit manifestè. *Gale. 6. simp. me.*

VIRES.

Cum sale, & aceto, pituitā per aluum detrahit. Decocti ius prodest Orthopnoicis, & anhelatoribus : tineas ventris exigit : menses partus, & secundas pellit. vrinas ciet. Ex melle delinctum faciles reddit excreationes. Recentes tumores discutit cum aceto illitum : concretum sanguinem dissoluit : pensiles verrucas tollit. Ischiadicis illitū cum vino, & polenta subuenit : hebetibus oculis in cibo prodest. DIOSC.

SATVREIA, Græcis, Θύμβρα. Italis, *Coniella, Sauoreggia, seu Satureia.*

SATVREIA.

GENERA.

Matt. Duo eius sunt genera, Alterum quidem thymo cognatum, Alterum vero fruticosius, & maioribus foliis.

FORMA PRIORIS.

DIOSC. Thymo tota ferè facie similis est, minoribus tamē foliis, & caulibus, & tota planta tenerior, spicam defert florum plenam coloris herbacei,

Matt. ¶ Aut in purpuram languescentis.

LOCVS.

Idem. Gignitur in apricis, aspero, & arido solo, & seritur in hortis.

QVALITATES.

Paulus. Tymbra syluestris eadem, quæ thymum præstat: Hortensis autem altera quidem imbecillior est, sed ad ciborum vsum gratior, & accommodatior habetur.

VIRES.

DIOSC. Eadem potest, quæ thymum, si modo consimili sumptitetur.

SATVREIA altera. Italis, *Coniella, seu Sauoreggia maggiore, seu Peuerella.*

Hic audit Satureij artt.

SATVREIA ALTERA.

FORMA.

Ramis multis fruticat, rotundis, atq; lignosis, foliis thymo maioribus, subasperis, quę circum surculos plura simul per interualla erumpunt: è quorũ exortu spicati quidam processus, foliolis quibusdam cęteris longè minoribus stipati prodeunt, è quibus flores exeũt parui, ac subpurpurei. Radice nititur multifida. *Matt.*

LOCVS.

Non solũ seritur in hortis, sed sponte per se nascitur in apricis collibus, & in torrẽtium alueis. *Idem.*

QVALITATES.

Thymo suis in qualitatibus similis est, proinde excalfacit, attenuat, aperit, incidit, digerit, & aperit. *Idem.*

VIRES.

Viribus ab altera non differt, Thymi enim facultatibus omnibus referta est. *Idem.*

SERPILLVM, Græcis, Ερπιλλὸς.] Maurit. *Hemen.*] Italis, *Serpillo, sei*
serpollo.] Germ. *Quendel.*] Hisp. *Serpollio, seu serpam.*] Gall. *Serpulet*

SERPYLLVM.

GENERA.

DIOSC. Duum est generum, Hortense alterum: Alterum syluestre, & huius quoque duo sunt genera.

FORMA HORTENSIS.

DIOSC. Folia & ramulos origani habet, sed candidiores, odores sampsuchi, floribus subpurpureis in spicatis capitulis: gustu admodum acri. ¶Non serpit humi, sed ad palmi altitudinẽ increscit. *Plinius.*

LOCVS.

Matt. Seritur in hortis non solũ ad coronas, sed ad ciborum quoque vsum.

QVALITATES.

Gale. 6. simp. me. Matt. Vsq; adeo excalfacit, vt & menses, & vrinas moueat: est autem & gustu admodũ acre. ¶Excalfacit, exiccat, digerit, incidit, & aperit.

VIRES.

Menses potu, & vrinam ciet: Torminibus, ruptis, vulsisq; auxiliatur: aduersus serpentes, potu illituvè prodest. Diuturnos capitis dolores mulcet: cum rosaceo, & aceto sincipiti illitũ, veternosos iuuat: succus cruentos vomitus sedat, drachmarum quatuor pondere ex aceto potus. Additur bellè in ciborum condimentis.

ERPYLLVM ſylueſtre, Græcis, Ερπυλλος ἀγρίος.] Italis, *Serpollo, ſeu Serpillo ſaluatico.* Ger. Feld Q3 gmein Q̃undel

SERPILLVM ALTERVM.



GENERA.

Aliud ſatureiatũ, hoc eſt ſatureiæ odore: aliud citreatum, quod citrei mali odorem reſipiat. *Theoph. lib. 6. c. 7 de plant. hiſt.*

FORMA.

Ramulos, quod zigis appellatur, edit tenues, ſurculoſos, foliis refertos longioribus, durioribus, anguſtis. Flores iucundè olẽt. ¶ Qđ verò citreum malũ reſipit, latius prouenit, humi repens, lęuioribus foliis in girum ſeſe vnà cum ramuſculis diffundentibus. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in collibus, & montibus apricis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

nnia genera paribus pollent facultatibus, verum tamen ſylueſtre ad omniavalentius habetur. *Idem.*

NOMINA.

AMARACVS, Græcis, Σαμψυκον, ἢ ἀμάρακον.] Italis, & Officinis, *Maiorana.*] Ethruſcis, *Perſa.*] Arabibus, *Merzenius, ſeu Morſanga* Germ. *Meyeran.*] Hiſp. *Maiorana.*] Gall. *Maroue, ſiue Mariolain*

AMARACVS.

GENERA.

Matt. Duum eſt generũ maius, quod vulgò cognitũ eſt: & minus, quod tenuifolium vocatur.

FORMA MAIORIS.

Idem. Herba eſt ramoſa: caulibus tenuibus obſequioſis, foliis oblongis incanis, piloſiſq;, cauliculos circũquaque veſtientibus. flores edit in ſummis caulibus ſpicatos, herbacei coloris, compactili ſquamarum congerie, vt in origano: è quibus minutũ oritur ſemẽ. Radicem habet lignoſam, ac multifidam, ſeritur ſemine, furculo ac viuiradice.

LOCVS.

Idem. Colitur in hortis, & fictilibus: In Ægypto autem, Cipro, & Cizico ſpontè prouenit.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Tenuium eſt partium, ac digerentis facultatis. Deſiccat. n. *Matt.* & excalfacit ordine tertio. ¶ Planta eſt odorata tota, & in medicamẽtis ad plura admodum vtilis. Digerit, attenuat, apetit, & roborat.

VIRES.

DIOSC. Succus decocti potus conuenit hydropicis iam incipiẽtibus, & iis, quos vrinæ difficultas, & tormina excruciant: folia ex melle illita ſuggillata delent. Menſes trahunt ex peſſo ſubdita: illinuntur ſcorpionum ictibus, additis ſale, & aceto. luxatis, tumoribuſq; cerato excepta imponũtur: proſunt ad oculorũ inflãmationes cum hordeaceæ fa-
Matt. rinæ polline illita. ¶ Præſtat amaracus ad oẽs frigidos capitis, & neruorũ affectus, tam illita, quàm pota: foliorum ſuccus naribus infuſus pituitam à capite trahit, & cerebrum roborat: valet ad pectoris vitia. ſtomacho vtilis eſt, tum pota tum illita herba: iocinoroſos, & lienoſos iuuat: confert ad vteri flatus ac cęteros eiuſdem frigidos morbos.

AMARACVS tenuifolia, Græcis, Σάμψυχον, ἢ ἀμάρακον λεπτόφυλλον.] Italis, *Maiorana gentile*.] Etruſcis, *Perſa gentile*.

Wainron gnyfeirfa

AMARACVS TENVIFOLIA.

FORMA.

Amaracus tenuifolia, foliis, cauliculis, floribusque exit tenuioribus, & odore longè præſtantiori. *Matt.*

LOCVS.

Colitur à mulieribus Italis in fictilibus, & in hortis. *Idem.*

FACVLTATES, ET VIRES.

Ea omnia præſtare poteſt, de quibus in altero diximus genere. *Idem.*

SERTVLA Campana, Græcis, Μελίλοτως.] Arabibus, *Alchimelmelueh.* Italis, *Meliloto.*] Hiſpanis, *Corona de Rei.* Ger. Strimhfls.

MELILOTVS SIVE SERTVLA CAMPANA.

FORMA.

DIOSC. Planta eſt cubitalis, ſtatim à radice fruticoſa, ramis exilibus, folio trifolio proximis, floribus melinis, paruis, ſiliquis repandis, numeroſis, pluribus, è ramuſculorum cacuminibus depẽdentibus, in quibus ſemen concluditur minutũ, ſubrufum, odoris non ingrati, cuius eſt vſus.

LOCVS.

DIOSC. Naſcitur in Campania circa Nolam, quin etiã in Cizico, & Calcedone.

QVALITATES.

Gale 6. ſimp. me. Miſtæ facultatis eſt: habet. n. quiddã adſtringẽs, ſed & digerit, & concoquit. Copioſior enim in ea eſt ſubſtantia calida quã frigida.

VIRES.

DIOSC. Inflãmationẽ oẽm emollit, pſertim, q̃ ĩoculis, vtero, ſede, & teſtibus erũpunt, ſi ex paſſo cocta illinat, addito oui luteo aſſato. Recẽtes meliceridas per ſe cum aqua & vlcera in capite manãtia, illita cum creta chia, vino aut galla ſanat: Stomachi dolores, & cruda & cocta cum aliquo ex antedictis leuat: Doloribus aurium mitigandis, cruda ex paſſo inſtillatur: In aceto aut roſaceo calefacta capitis dolorem lenit.

CENSVRA.

Cũ verę legitimæque meliloti ſemen, cuius debet eſſe vſus, ad nos nõ deferatur: nonnullis ſylueſtris loti flores, quidam cuiuſdam aurei Trifolij ipſius vice vſurpãt, ſed neuter tamẽ meliloti vim poſſidet.

BACCHARIS, Græcis, Βάκχαρις.] Italis, *Bacchara*.

BACCHARIS.

FORMA.

Folia sunt ei aspera, media violę, & verbasci magnitudine, caulis angulosus, cubiti altitudinem petens, aliquantulum asper, non sine adnatis appendicibus: flore purpureo subalbicante, odorato: Radicibus veratro nigro similib⁹, quibus odor inest cinnamomo proximus. DIOSC.

LOCVS.

Asperum, squallidumque solum amat. *Idem*

QVALITATES.

Excalfacit, siccat, aperit, prouocat. *Matt.*

VIRES.

Radix in aqua decocta, ruptis vulsis, ex alto deuolutis, spirandi difficultati salutaris: item diutinę tussi, & vrinam ęgrè reddẽtibus: menses pellit. Datur vtiliter in vino contra serpentium morsus. Radix recens apposita, partus extrahit: Puerperis eius decoctum in desessionibus prodest: In diapasmata vtiliter inseritur iucundi odoris gratia: Folia vt pote quæ adstringant, capitis doloribus illitu prosunt: oculorum inflammationibus, mammis à partu tumentibus, incipientibus ægylopis, ignibusque sacris auxiliantur. Odor somnum allicit. DIOSC.

CENSVRA.

Anticyram profectò nauigant, qui Baccharem, & Asarum nihil inter se differre contendunt.

RVTA, Græcis, Πήγανον.] Mauritanis, *Sedeb, seu Sedab.*] Italis, *Ruta.*] Germanis, *Raut, seu Weinraut.*] Hispanis, *Aruda.*] Gallis, *Rut.*

GENERA.

Matt. Satiua altera, altera verò syluestris, quæ duplex habetur. Mõtana, & quæ peculiariter Harmola dicit̃.

FORMA SATIVAE.

Idem. Planta est perpetuò virens, foliis crassiusculis, subpinguib⁹, ex angusta origine in latitudinẽ sese pãdentibus; colore saturate viridi. Ramos mittit copiosos, surculosośque, flores in summitate luteos, hyperici ęmulos, è qbus capitula oriunt̃ quadruplici apice coronata, in quibus pusillum continetur semen nigro colore.

LOCVS.

Matt. Plin. Seritur in hortis, apricis gaudet, & siccis, terraque maximè lateritia.

QVALITATES.

Gal. 8. simp. me. Excalfacit ordine tertio. est aũt nõ solũ gustu acri sed amaro. itaq; digerit, atq; incidit crassos lentosque humores. Est & tenuium partiũ. VIRES.

RVTA.

DIOSC. Vrinã ciet: menstrua pellit. Lethaliũ medicamentorũ antidotũ est, & præsertim semen potũ: folia cũ iuglãde, & ficu pręsumpta, inefficaces venenorũ vires reddũt, & pestilẽtię cõtagia superãt. Cõtra serpẽtes, eodẽ modo sumere cõuenit. Sũpta genituram extinguit, cũ anetho sicco decocta tormina sedat: Pota ex oleo seruefacta, vẽtris tineas excutit: Hydropicis vnliter cũ ficu illinitur: Deuorata visum acuit. Succus in malicorio calefactus auriũ doloribus efficaciter infunditur. Trita, & indica sanguinẽ è naribus fluentem sistit: Mansa ceparum & alliorum acrimoniam domat.

MARVM, Græcis, Μάρον.] Italis, *Maro*.

MARVM.



FORMA.

Surculosa est planta: flore origani, odoratiore, foliis multo candidioribus. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in Cizico, & iuxta Magnesiam copiosissima. DIOSC. *Gal.*

QVALITAS.

Herba est parùm acris, amara verò plurimũ. *Gal.* 1. *de Anti.*

VIRES.

Vim habet sisymbrio consimilẽ: substringit. n. & modicè calefacit: qua de causa illita serpentia vlcera sistit, & in calidas illitiones additur. DIOSC.

NOMINA.

ACINVS, Græcis, ἄκινος.] Italis, *Acino*.

FORMA.

DIOSC. Tenui, ſiccoque ramulo herba eſt, odorata, ſed hirſutior, qua coronę

Plin. factitantur. ¶ Eadem erat, quæ ocimum, niſi hirſutior ramis ac foliis fuiſſet: ipſa enim nunquam floret.

LOCVS.

DIOSC. A non nullis olitoribus colitur.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Pota herba menſes, & aluum ſiſtit: illita panos, & ignem ſacrum ſanat.

APPENDIX.

ACINVS.

Tã etſi hæc legitimi acini figuram non repręſentet, cùm tamen à multis pro acino vſurpetur: hic eam demonſtrare libuit, vt aliorum quoque poſſit eſſe iudicium.

RVTA ſylueſtris, Græcis, πήγανον ἀγρίον.] Italis, *Ruta ſaluatica*.

wild rue.

RVTA SYLVESTRIS.

FORMA.

Foliis, caulibus, ramis, foliis, floribus & capitulis hortenſi ſimilis eſt, ſed foliis gracilioribus, caudice verò craſſiori, ligneſo, ac firmo, acriori quidem, & amariori guſtu. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in montibus ſaxoſis, & apricis. *Idem.*

QVALITATES.

Ex quarto eſt ordine excalfacientium. Itaque hortenſi valentius admodũ operatur. *Gale. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Si copioſius eſtur interficit: ſi colligatur dum floreſ promit, cutem inflat, & rubore cum pruritu vehementi inficit. Itaque perunctis manibus, & facie, eam colligere oportet. Semen eius potum contra inteſtina vitia efficax eſt. In antidota commodè additur. Prodeſt comitialibus & coxendicum doloribus: menſtrua mouet, partus enecat, & vt pote noxia herba cibis abdicatur. DIOSC.

NOMINA.

RVTA ſylueſtris altera, Græcis, Πήγανον ἄγριον, ϗ ἅρμολα.] Arabibus, *Harmel.*] Italis, *Ruta ſaluatica ſeconda.*

RVTA SYLVESTRIS HARMOLA.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Frutex eſt, qui ab radice plures emittit caules foliis multo, quàm alterius rutæ longioribus, tenerioribuſque, odore graui, floribus candidis, è quibus capitula ſummis ramis oriuntur, ſatiuæ rutæ maiora, tenuibus quibuſdã foliolis, ipſiſq; acutis circumquaque ſtipata. in quibus triãgulum occluditur ſemen; ſubruſo colore & amaro guſtu.

LOCVS.

DIOSC. Prouenit in Cappadocia, & Galatia Aſiæ finitima, in collibus, & lęto ſolo.

QVALITATES.

Gale. 7. ſim med. Vis eius tenuium eſt partium, & calida tertio abſceſſu: Ideo craſſos humores ſecat, & digerit, & vrinam ciet.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Semen cum melle, vino, croco, & fæniculi ſucco, ac gallinaceo felle, teritur contra retuſam oculorum aciem: cætera cũ ſylueſtri ruta paria habet.

GALEGA, siue Ruta capraria. Ethruscis, *Lauanese*.

GALEGA, SIVE RVTA CAPRARIA.

FORMA.

Caulem mittit sesquicubitalem, ramosum, folia è ramis vtrinq; prodeunt dena vndenave ab vno pediculo emergentia, oblonga, subpinguiaq;: flores in summitate purpurascentes, è quibus siliquæ oriuntur semen continentes. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit passim secus itinera, in scrobium aggeribus, & læto solo. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Vis illi maxima contra pestilentiam: plurimos. n. huiusce plantæ vsu prę-seruatos scimus: mirificè quoque valet aduersus lethalia venena omnia, & contra ferarum omniũ venenosos ictus, in quem vtum succum bibendũ iubẽt. & herbam ipsam vulneri admouẽt. Datur succus ad cochlearis mensuram necandis intestinorũ vermibus. Datur idẽ vtiliter in principio pestilentia affectis, aut eius decoctũ, ex aceto paratũ, addita theriaca, & Armenio bolo. verùm à potu sudare ęgrum oportet. idem pręstat ad pestilentes febres in quibus exanthemata, siue maculæ cutaneæ quas pestechias vocãt, emerserint. Quæ quidẽ omnia, sua ipsius speciali dote planta hęc præstat. *Idem.*

NOMINA.

MOLY, Græcis, Μῶλυ.] Italis, *Moli*.

MOLY.

FORMA.

DIOSC. Folia habet graminis latiora, humi ſparſa: florẽ albę violę ſimilem, ſed minorem, magnitudine violæ purpureę ęmulum lactei coloris: caulem candidum quaternum cubitorum, in cuius cacumine ineſt aliquid, quod allij ſpeciẽ referat: Radix parua bulboſa.

LOCVS.

Plin. Naſcitur circa Pheneum, & in Cillene Archadiæ.

QVALITATES, ET VIRES.

Contrahentis eſt facultatis. Mirum in modum valet ad vuluæ apertiones, ſi trita cum Irino vnguento in paſſo ſubiiciatur.

PANACES Heracleũ, Græc. πάναχες ἡράκλειον.] Arab. *Steusir, siue Ieusir.*] Italis, *Panace Heraclio.*] Huius lachryma, Græcis, ὀποπάναξ.] Latinis, *Opopanax.*] Offic. *Opopanacũ.*] Ital. *Opopanaco.*] Hisp. *Opoponaque.*

PANACES HERACLEVM.

FORMA.

Foliis est asperis ad terram iacẽtibus, herbacei coloris, multum ad ficulnea accedẽtibus, in ambitu quinque partito diuisis. caule vt ferulæ altissimo, lanugine quadam canescente. foliis etiam minutioribus refertus : muscariis ceu anethi in cacumine : luteis floribus, & semine subamari gustus. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in Cyrene Lybiæ, & Macedonia. *Idem.*

QVALITATES.

Opopanax ipse ad plurimos est vsus aptissimus, vtpotè excalfaciens, emolliens, digerens : excalfacit ordine tertio, & siccat secundo. Cortex radicis, exiccatoriũ simul & excalfactorium est medicamentum, sed minus quàm succus ; quin & nonnullam habet extergendi facultatẽ: fructus calidus & ipse est, ac mẽsibus mouendis accõmodũ. *Gal. 8. simp. me.*

VIRES.

Opopanax cõuenit febriũ horroribus, vulsis, ruptis, laterũ doloribus, torminibus, & viinæ stillicidiis : bibitur ex vino aut aqua mulsa cõtra vesicæ scabiem: Menses trahit, vteri inflationes, duritia q; ex melle dilutus discutit. Ischiadicis vtiliter illinitur. carbunculos rumpit: cauis dentium inditus dolorem mulcet. Illinitur commodissimè vnà cum pice mistum rabidarum bestiarum morsibus : concisa radix, subpositaq; partus extrahit: Ad vetera vlcera efficax est. Ex melle illita nudata ossa carne circũuestit. Semen cum Absinthio potum menses pellit, cum aristolochia prẽstat ad venenosorum animalium ictus: & bibitur in vino contra vuluæ strangulatus. DIOSC.

NOMINA.

PANACES Aſclepiũ, Græcis, πάνακες ἀσκληπιειον.] Italis, *Panace Aſclepio*

PANACES ASCLEPIVM.

FORMA.

Dioſc. Caulem emittit tenuẽ, geniculatum, circa quem folia funduntur fœnicu lo ſimilia, maiora tamẽ, & hirſutiora, odorata: in cacumine vmbella ha betur, vbi flores emicãt aurei, acris guſtus, & odorati. Radix parua eſt, tenuis, & amara.

LOCVS.

Matt. Prouenit in montibus apricis.

QVALITATES.

Gale 8. ſim. med. Minus eſt calidum, quàm heracleum.

VIRES.

Dioſc. Flores & ſemina ex melle illita, contra vlcera, phagedenas, & tubercula auxiliarem vim habent: bibuntur aduerſus ſerpentium morſus ex vino, & illinũtur ex oleo.

PANAX chironium, Græcis, πάναξ, siue πανάκες χειρώνιον.] Italis, *Panace chironio. Herbariis quibusdam flos solis.* Roman Plinny.

PANAX CHIRONIVM SIVE FLOS SOLIS.

FORMA.

Folium habet amaraco simile. DIOSC.
flos aureus, radix parua, siue tenuis, quæ non altè demittitur: gustu acri. ¶ Flos autẽ *Matt.*
solis, quem panacem chironium nonnulli faciunt, sarculos mittit ab radice numerosos, tenues lignososque, in quibus folia sunt oblonga hyssopi ferè æmula, concomitantibus minoribus foliolis cumulatim prodeuntibus: florem pentaphylli, aureum, sed maiorem. Radicẽ item lignosam adstringenti gustu, minimè acri.

LOCVS.

Nascitur flos solis in mõtibus, *Matt.*
& collibus apricis. Chironium verò panax in Pelio DIOSC.
monte.

FACVLTATES.

Panaces chironium, facultatẽ *Gal. 8.*
A sclepio similem habet. *simp. me.*

VIRES.

Pota panacis chironij radix ser DIOSC.
pentium venenis resistit: illita coma eadẽ præstat. ¶ So- *Matt.*
laris verò floris vis cõglutinandis vulneribus ac sanguinis fluxioni cohibendæ admodũ efficax est. sanat quoque tum oris, tum pudendorum vlcera. Datur quoq; vtiliter ad cruenta sputa, & ad dysenteriam, cum radicibus contritus. In summa, vbi agglutinare, cohibere, roborare sit opus, ea omnia perinde præstat, ac omnia symphitorum genera.

CENSVRA.

alluntur qui solis florem chironium esse panacem putant, cum autem panaces chironium, Asclepij vires habeat, & excalfaciat, & radicem habeat acrem non video cur iis subscribere queam.

LIGVSTICVM, Græcis, Λιγυστικὸν. Italis, *Ligustico.*

LIGVSTICVM.

FORMA.

DIOSC. Caulículum fert anethi geniculatum, tenuem, & in circuitu folia fertulæ campanæ molliora, odorata prope verticem graciliora, & longè magis diuisa: in cacumine muscariũ, in quo semen dependet nigrum, solidũ, & oblongum, fœniculo proximum, acre, & aroma olens. Radix candida, & odorata, Heracleotici panacis similis.

LOCVS.

Idem. Gignitur in altissimis, asperisq; montibus, ac vmbrosis, maximè circa fluenta.

QVALITATES.

Gal. 7. simp. me. Radix & semen ex genere excalfacientium sunt, adeo vt vrinas cieant, menses prouocent, & flatus discutiant.

VIRES.

DIOSC. Radicis, seminisq; vis, excalfactoria est, & concoquens: prodest ad intestinos dolores, & ventriculi inflationes, præstet contra serpentium ictus, vrinas & menses potu trahit. Idẽ præstat apposita radix.

LIGVSTICVM alterum, Italis, *Ligustico falso.*

LIGVSTICVM ALTERVM.

FORMA.

Caule exit ferulacco, alis frequẽtibus, è quibus rami disparibus exeunt internallis: foliis quinque ex vno petiolo prodeũtibus, per ambitum serratis, Muscariis fœniculi similibus: semine quoque simili sed longiore, crassioreque: Radice nititur vegetiore, exterius subnigra, acuto simul, & subamaro gustu, odoris non iniucundi.

LOCVS.

Gignitur in altis montibus: apricis tractibus. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Radicis & seminis vis excalfactoria est: flatus pellit, frigefacta vi scera iuuat, & vrinam mirificè ciet. *Idem*

PASTINACA domestica, Græcis, Σταφυλῖνος.] Arab. *Jezir, Gezar, seu Giezar.*] Italis, *Pastinaca domestica.* Germanis, *Pasteney, seu Pastinachen.*] Hispanis, *Canaoria blanqua.*] Gallis, *Pastenades.*

PASTINACA DOMESTICA.

GENERA.

Duum est generum, alterum domesticum, alterum agreste.

FORMA.

Matt. Domestica caule exit crasso striato, foliis Elaphoboſci maioribus, pluribus vtrinque, ex vno pediculo prodeuntibus terebinthi modo, subasperis, & per ambitum dẽticulatis, vmbellas magnas in summitate gerit, floribus melinis semine fœniculi maiore, acuto, & amariusculo gustu, odoratoque. Radicem habet crassam, teneram, albam, odoratãque, non sine adnatis.

LOCVS.

Matt. Seritur passim ab olitoribus in hortis, sumiturq; frequenter in cibis.

QVALITATES.

Gale. 8. sim. med. Pastinaca satiua imbecillior, sylueſtris ad omnia potentior est; vrinas mouet, & menses prouocat, tum herba quidem tota, tum maxime semen, ac radix. Habet porrò etiam abstersorium quippiam.

VIRES.

Semen potum, vel admotum menstrua mouet, atq; eos iuuat, quos vrinę difficultas torquet, aut lateris dolor excruciat, aut si aqua cutẽ subiit. Prodest, & serpentium morsibus. nam id præsumentes serpentium ictu non afficiuntur. Conceptus adiuuat. Radix vrinam pellit, Venerem stimulat, partus admota eiicit. folia trita, & cum melle imposita phagedænas vlcerum purgant. Atqui ad hæc omnia sylueſtri inefficacior, & in cibo aptior.

PASTINACA ſylueſtris, Græcis, Σταφυλῖνος ἀγρίος.] Italis, *Paſtinaca ſaluatica.* vield wōrey

PASTINACA SYLVESTRIS.

FORMA.

Folia habet gingidij latiora ſubamara, caulem rectum, ſcabrum, vmbellam ſimilem anethi, in qua flores inſunt candidi, & in medio purpureum quiddam. Radix illi eſt dodrantalis digiti craſſitudine odorata, quæ cocta manditur. ¶Semẽ habet piloſum, acre, & odoratum. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit campeſtri, ac læto ſolo, locis præſertim incultis, & in collibus amœnis. *Matt.*

QVALITATES.

Ad omnia potentior eſt quàm ſatiua, magis enim aperit, & magis abſtergit. *Galé. 8. ſimp. me.*

VIRES.

præſtat omnia quæ domeſtica, ſed longe quidem valentius operatur. DIOSC.

CAROTA, Italis, *Carota, & Carotola.*

CAROTA.

GENERA.

Matt. Duum est genera, alterum radice rubra, alterum alba.

FORMA.

Dios. Folia caules, rami, vmbellæ, flores, ac semen, syluestris Pastinacæ per omnia similia sunt. Radix in vno genere purpurea, ac cruenta habetur, in altero alba, napi ferè similis, sapore subdulci, odore nõ insuaui.

LOCVS.

Matt. Serũtur ab olitoribus passim in hortis in ciborum vsu.

QVALITATES.

Idem. Semen, & radices, pares cum domestica pastinaca facultates habent.

VIRES.

Non valde distant suis in viribus à domestica Pastinaca. In cibis sumpta radix inflat, & concoctu nõ adeo facilis est. Rubra coquitur in aqua, & deinde tessellatim inciditur, & in acetariis cũ pipere estur. Alba verò rapi, aut napi modo in carnium iure coquitur.

CENSVRA.

Malè sentiunt, qui rubram Carotam, Behen rubrum, albam verò albũ facere conantur. Quare ij meo in horto suas Carotas nõ plantabũt.

SESELI Massilienſe, Græcis, Σέσελι.] Arabibus, *Seſalios.*] Barbaris, *Siſileos.*] Officinis, *Siler montanum.*] Germanis, *Stenibrec.*] Gallis, *Sermontain.*

SESELI MASSILIENSE.

GENERA.

Quatuor Seſeli genera nu merantur, Maſſilienſe, Creticum, Æthiopicū, Peloponnenſe. DIOSC.

FORMA MASSILIENSIS. DIOSC.

Folia habet fœniculi ſimilia, craſſiora tamen, caulem vegetiorem, vmbellā anethi, in qua ſemen prouenit oblongum, anguloſum, deguſtanti ſtatim acre. Radicem gerit longam, iucundi odoris.

LOCVS.

Naſcitur in altis mōtibus. *Matt.*

QVALITATES.

Radix, atque etiam ſemen vſque adeo excalfacit, vt admodum vrinam mouere queat, ſed & medicamentum eſt tenuium partium. *Gale. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Semen, & Radix potu ſtrā guriæ, & orthopneę medetur, ſuffocationibus mulierum, & comitialibus proſunt, mēſes, & partus trahūt; tuſſim veterē ſanant. Semen cū vino potū concoquit, & tormina diſcutit. Epialis febribus vtile. contra perfrictiones in itineribus cum pipere, & vino bibitur. Datur in potu capris, ac cęteris pecudibus, quo facilius ſuos fœtus enitantur. DIOSC.

Seseli Æthiopicum, Græcis, Σέσελι αἰθιοπικον.] Italis, *Seseli Ethiopico.*

SESELI AETHIOPICVM.

FORMA.

Dioſc. Folia habet hederę maiora, & ad periclymeni modū oblōga. Frutex nigricat, palmitibus in bina cubita extenſis, ramis ſeſquipedalibus, (ſeu ſpitamæ lōgitudine) capitulo anethi, ſemine tritici modo dēſo, nigro, amaro, Maſſilienſi odoratiore, & acriore, multum ſuaui.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in apricis montibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Nulla qualitatum, & viriū cū altero intercedit differentia, niſi quòd cùm Æthiopicum acrius ſit, valētius ſua expedit munia.

SESELI peloponnense, Græcis, Σέσελι πελοποννήσῳ.] Italis, *Seseli Peloponese*.

SESELI PELOPONNENSE.

FORMA.

Folia mittit cicutæ latiora, & craſſiora, caulem ſupra Maſſilienſis magnitudinem ferulaceum, & latam in cacumine vmbellam, in qua ſemen latius odoratum & carnoſius pendet. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in aſperis, riguis, & collibus, & in Ida mõte, & etiamnum in Inſulis. DIOSC.

QVALITATES, ET VIRES.

Eadem præſtare poteſt, quæ & cætera geneta.

ANISVM, Græcis, ἄνισον.] Mauritanis, *Aneiſum, ſiue Anexiſſum.*] Italis, *Aneſo, & Aniſo.*] Germanis, *Aniſz, & Eniſz.*] Hiſpanis, *Matahalua, & Yerua dulce.*] Gallis, *Anis.*

ANISVM.

FORMA.

Matt. Caulẽ edit rotundũ, cubitalũ, ramoſum, vmbellam candidã mellis odore, ſemen oblongũ, iucunde odoratũ, ſapore ſanè miſto ex dulci, acriq́ue, ac etiam amariuſculo, ad multa vtile.

LOCVS.

DIOSC. *Matt.* Seritur in cãpis, hortis, & viridariis. ¶ Sed optimũ eſt quod in Creta, & Ægypto naſcitur.

QVALITATES.

Gale. 6. ſimp. me. Semen maximè vtile eſt, acre, ſubamarũ, vt propè adurentium accedat caliditatẽ. Eſt autem in ſiccando tertij ordinis, ſicut in calefaciendo.

Matt. ¶ Aperit, concoquit, digerit, incidit; prouocat, & flatus pellit.

VIRES.

DIOSC. Oris halitũ iucundiorẽ facit, doloris leuamentũ pręſtat, vrinã ciet, diſcutiẽdi vim habet. Hydropicis potũ, ſitim extinguit. Animaliũ venenis aduerſatur. Valet, & ad inflationes. Aluũ, & alba fœminarum profluuia ſiſtit. Lac ad mammas elicit. Venerem ſtimulat, capitis dolores leuat, naribus ſuffitũ, cum roſaceo tritum inſtillatumq́ue fractis auribus medetur. ¶ Inſpergitur panibus odoris, ſaporiſq́, gratia; Datur toſtum cum mentha ad cœliacos affectus. Singultum ſedat, tam hauſtum, quàm olfactum; ſomnum conciliat, & calculos pellit.

Matt.

CARVM, Græcis, Καρὸς.] Arabibus, *Corcuia, Karauia, seu Carui.*] Italis, *Caro, & Caruo.*] Germanis, *Matt kumich senm kim.*] Hispanis, *Alcaraueas.*] Gallis, *Carui.*

CARVM.

FORMA.

Planta est Pastinacæ syluestris non absimilis, caulibus ab vna radice pluribus, quadrangulis, cubitalibus, vmbella floribus candidis referta; semine anisi longiore, anguloso, subnigricante, radice longa, sapore amariusculo simul & acri. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in pratis, & præsertim in montibus, & conuallibus. *Idem.*

QVALITATES.

Cari semen excalfacit, & sic cat tertio quodammodo ordine, moderatè acrem qualitatem possidens. *Gal. 7. simp. me.*

¶ Aperit, incidit, digerit, concoquit, prouocat, & flatus pellit. *Matt.*

VIRES.

Vrinam cõcitat, stomacho vtile, os commendat, concoctionem adiuuat, vtiliter miscetur anthidoris: Radix cocta pastinacæ modo manditur. ¶ Herba pro olere estur. Seminis farina admiscetur vtiliter cataplasmatis, quę ad sugillata parantur. DIOSC. *Matt.*

CENSVRA.

Ridendus sanè error eorum est, qui rubram carotam, carum legitimum esse contendunt.

ANETHVM, Græcis, ἄνηθον.] Mauritanis, *Xebet, Iebet, ſeu Sebet.*] Italis, *Aneto.*] Germanis, *Dillen, ſeu Hoch kraut.*] Hiſpanis, *Heneldo.*] Gallis, *Anet.*

ANETHVM.



FORMA.

Matt. Adeo ex omni parte fœniculum ęmulatur; vt ſępius legentes fallat, niſi guſtum conſulant. conſurgit itaq; caulibus ſeſquicubitalibus, ramoſis, foliis capillorū ſpeciem referentibus, floribus luteis, flore, & vmbella fæniculi, Radice neque adeo longa: neq; multis ſubnixa fibris.

LOCVS.

Idem. Seritur in hortis ad ciborum obſonia, & in medicum quoque vſum.

QVALITATES.

Gale. 6. ſimp. me. Adeo excalfacit, vt habendum ſit, aut ſecundi ordinis intenſi, aut tertij remiſſi; exiccantiū verò ordinis eſt ſecundi incipientis, aut primi finientis. ideoque meritò in oleo decoctum digerit; dolorem ſedat, ſomnum conciliat, & crudos humores cōcoquit.

VIRES.

Dioſc. Aridi comę, ſeminisque decoctum potu lac euocat, inflationes, & tormina ſedat, aluum, vomitionesque ſiſtit, vrinas ciet, ſingultum leuat, oculorum aciem hebetat, genituram reſtinguit aſſiduè ſumptū; vteri affectibus in deſeſſionibus vtile eſt. cremati ſeminis cinis illitus condylomata tollit.

CVMINVM ſatiuum, Græcis, Κύμινον.] Arabibus, *Camium, ſeu Kemum.*] Italis, *Comino, & Cimino.*] Germanis, *Kimmel.*] Hiſpanis, *Comino.*] Gallis, *Comin.* welſch Kümel.

CVMINVM SATIVVM.

GENERA.

Duum eſt generum, ſatiuum alterum, alterum ſylueſtre. DIOSC.

FORMA SATIVI.

Exit caule fœniculaceo, foliis quoque ferè ſimilibus, ſed rarioribus, ſemine in vmbella ſubflauo, cum grauedine quadam odorato, fœniculi maiore. *Matt.*

LOCVS.

Seritur paſſim in Italia in cãpis, ſed ſponte quoq; ipſe prouenit in Æthiopia, Ægypto, Galatia, Cilicia, & Terentia. Tractu gaudet calido, & putreſcibili. Quare frequentiſſimum in maritimis naſcitur. DIOSC.

QVALITATES.

Semẽ qualitatis eſt excalfaciẽtis, perinde ac aniſi, ligulſtici, & cari ex tertio ordine excalfacientiũ. *Gale. 7. ſimp. me.*

VIRES.

Excalfacit, adſtringit, exiccat. Ad tormina, inflationesq; conuenit coctum, & cum oleo inditum, aut cum hordeacea farina illitum. Orthopnoicis datur in poſca: Demorſis à Serpente in vino. Auxiliatur impoſitum teſtium collectionibus, impoſitum cum vua paſſa, aut loliacea farina, ceratove menſium abundantiam inhibet. Contritum in aceto, & naribus obiectum ſanguinis profluuia ſiſtit. colorem bibentium aut peructorum mutat in pallorem. DIOSC.

CVMINVM ſylueſtre, Græcis, Κῦμινον ἀγρίον.] Italis, *Comino, ſeu Cimino ſaluatico.*

CVMINVM SYLVESTRE.

GENERA.

DIOSC. Duo ſylueſtris cumini aſſignantur genera, primum, & ſecundum.

FORMA PRIMI.

DIOSC. Frutice aſſurgit paruo, caule dodrantali, ac tenui, quaternis, aut quinis foliis, tenuibus veluti ſerratis, & gingidij diuiſura. in cacumine capitula quina, aut ſena habet, mollia, rotunda, in quibus ſemen eſt aceroſum guſtu ſatiuo acriore.

LOCVS.

DIOSC. Naſcitur in collibus, in Lycia, & Galatia Aſiæ, atque Carthagine Hiſpanię.

QVALITATES.

Matt. Caleſacit, exiccat, aperit, digerit, incidit, reſoluit, & prouocat.

VIRES.

DIOSC. Bibitur ſemen ex aqua aduerſus tormina, inflationesque. Item ex vino contra venenatas beſtias. Singultus ex aceto ſedat, ſtomacho vtile quem humor vexat. Sugillata tollit, ſi manducatum cum melle, & vua paſſa illinatur. Idem præſtat iiſdem adiectis ad teſtium inflammationes.

CVMINVM ſylueſtre alterum, Græcis, κυμινον ἄγριον ἕτερον.] Italis, *Cimino ſaluatico ſecondo.* Das ander geſchürzt des wilden wolriechenden Kümel.

CVMINVM SYLVESTRE ALTERVM.

FORMA.

Planta eſt ſatiui non diſſimilis, quod à ſingulis floribus elata promit cornicula, in quibꝰ ſemen eſt melanthio ſimile. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in collibus apricis. *Matt.*

QVALITATES.

Semen excalfacit, ſiccat, aperit, prouocat. *Matt.*

VIRES.

Epotum ſemen omnium ſerpẽtiũ morſibus præſidio eſt, calculoſis, & iis qui vrinę ſtillicidio vexantur, aut concretum ſanguinem cũ lotio reddũt auxiliatur. Sed apij ſemen feruefactũ poſtea bibendũ eſt. DIOSC.

CONSOLIDA Regalis, Italis, *Conſolida Reale, ſeu ſperone d'cauliere.*] Germanis, *Ritterſporn.*] Gallis, *Pie d'Alouette, ſeu conſolida royalle.*

CONSOLIDA REGALIS.

FORMA.

Matt. Caulem gerit vnicum, ramulis multis, tenuib⁹, longis, diuiſis, ſylueſtris melāthij modo. Flores edit purpureos corniculatosque, corniculis ipſis ſurſum ſpectantibus, ſemen fert melanthio ſimile in paruis corniculis, ſiliquisvè concluſum.

LOCVS.

Matt. Naſcitur plurimum in cāpis inter ſegetes.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Auxiliatur oculorum Epiphoris, inflammationibusq; per ſe recens admotum, & eorundē tumoribus ex melle. Datur quoq; ictericis vtiliter illico à balneo, & ex dulci vino ad vrinæ ardores, calculos eiicit, vulnera recentia glutinat, & vlcera ſanat.

Ammi Græcis, ἄμμι.] Arabibus, *Hanochach, Anazaue, Nacachau, seu Nacachaue.*] Officinis, *Ameos.*] Italis, *Ammi.*] Hispanis, *Ammi.*] Germanis, *Amei.*

AMMI.

FORMA.

Caulem emittit fœniculaceũ, foliis agrestis pastinacæ, semine in vmbellis exili, & cumino minutiore, Origanum resipiente, odoratum, & acutum. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in monte Gargano, quod Italum est; quod vero peregrinum ex Alexãdria apportatur, Arabicum est. *Idem.*

QVALITATES.

Maxime est vtile, facultatis est excalfactorię, & desiccatorię, tenuium partium, gustu subamaro, & acri. & clarum est, quod & digerat, & vrinam moueat, fuerit autẽ in calefaciendo, desiccandoq; ex ordine tertio intenso. *Gale. 6. simp. me.*

VIRES.

Semen facit ad tormina, vrinę difficultatem, serpẽtiũ ictus, si cum vino bibatur. Menses prouocat. Miscetur derodentibus cantharidum medicamentis, vt inde exortis vrinæ difficultatibus resistat. suggillata cum melle tollit. colorem potu aut illitu mutat in pallorem. suffitu cum vua passa aut resina vuluas purgat. ¶ Quod ex Alexandria Ægypti ad nos confertur, steriles prolificas reddit, si à purgato prius corpore, sumatur tritum in puluere drachmæ pondere diebus aliquot continuis mane ex vino meraco, aut carnium iure. DIOSC. *Matt.*

CENSVRA.

Rarò admodum legitimum Ammi in myropoliis habetur.

CORIANDRVM, Græcis, κόριον ἢ κορίαννον.] Mauritanis, *Rusbor, Kusber, Kuzbara, seu Kuzibara.*] Ita. *Coriandro seu Coriandolo.*] Germ. *Coriander, seu Coleander.*] Hisp. *Culantro, seu Ciliandro.*] Gallis, *Coriandre.*

CORIANDRVM.

FORMA.

Matt. Tenui prouenit caule, sesquicubitali longitudine, ramis numerosis, foliis inferne parthenio proximis. quæ verò in caulibus habentur & tenuiora sunt, & magis diuisa, flores in cauliũ summitatibus cãdicant, è quibus racematim oritur semen rotundum, ac striatum. Plãta viresc ens grauiter spirat fœtido cimicum odore. At semen siccum exuta graueolẽtia odoratum euadit, & ad multa vtile.

LOCVS.

Matt. Nascitur sponte in campis, & inter segetes, seriturque in campis, & hortis.

QVALITATES.

Gale 8. sim. med. Ex contrariis componitur facultatibus, plurimum habens essentiæ amaræ, quæ tenuium partium est & terrena, nec parum etiam humiditatis aqueæ obtinet, quæ tepentis est facultatis Habet autem & adstrictionis pauxillum.

DIOSC. ¶Dioscorides tamen frigidæ facultatis Coriandrum existimat, cui suffragatur Auicẽna, Archigenes, & Rufus.

VIRES.

DIOSC. Illitum cum pane, & polenta, ignibus sacris, & vlceribus, quæ serpũt medetur. Epyrictidas cum melle, & vua passa testium inflammationes, carbunculosq; sanat cum faba fresa, strumas, & tubercula discutit, sumptum mentem non sine periculo mouet, quare continuo, & copiosiore vsu abstinendum. succus cum ceruſa, argentiq; spuma ex rosaceo, & aceto illitus ardentes summæ cutis inflammationes emendat. ¶Semen datur cochlearij mensura vtiliter ad acidos ructus, stomachum coroborat, & caput, defluxionibus ventris accommodè administratur; concoctionem cibi adiuuat. Tritum recentibusq; carnibus aspersum prohibet ne tam cito æstatis tempore putrescant. Ex aqua autem potum cœliacos, & disentericos iuuat.

HIERACIVM, Græcis, Ιεράκιον.] Italis, *Hieracio.*

HIERACIVM.

GENERA.

Duo Hieracij recenſentur genera, maius, & minus. DIOSC.

FORMA MAIORIS.

Magnum caulem emittit, aſperum, ſubrubrũ, ſpinoſum, cauum, folia ex interuallis rariuſculè diuiſa per ambitũ ſoncho ſimilia, luteos flores in oblõgis capitulis. ¶Vnica nititur radice, recta, lacteo ſucco prægnante. in ſumma herba eſt lactucæ ſylueſtri ſimilis. *Idem.* *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in campeſtribus, & collibus incultis locis, & aliquando inter ſegetes. *Matt.*

QVALITATES.

Vim refrigerandi habet, & modicè ſubſtringendi. DIOSC.

VIRES.

Stomacho æſtuanti, inflãmationibusq; illitũ prodeſt. Succus epotus ventriculi eroſiones mitigat. Herba cum radice illita vibratis à ſcorpione ictibus auxiliatur. ¶Succus cum lacte mulierum ſanat omnia oculorũ vitia, ad id edoctis ab accipitre medicis. aiunt enim eos herbam pede ſcalpere, & emanantem lachrymam in oculos transferre ad nubeculas abſtergẽdas. Idem in poſca potus aluum citat. In vino vero medetur ſerpentium ictibus. vrinæ difficultatibus ſuccurrit hauſtus. DIOSC. *Plin.*

HIERACIVM minus, Græcis, Ιεράκιον.] Italis, *Hieracio minore*.

HIERACIVM MINVS.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Herba Cichorio ferè ſimilis eſt, ſed aſperiora ei folia ſunt, cauliculi tenues, virentes, ſubaſperi, in quorum cacumine flores exeũt lutei cichoreæ figura, qui matureſcẽtes in pappos euadunt. Radix illi multifida tenuisque.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in pratis in campeſtribus ſecus itinera, locisque incultis.

QVALITATES. ET VIRES.

Vim ſuam ad eadẽ ad quæ ſuperior impendit.

APIVM Græcis, Σελινον κηπαῖον.] Arabibus, *Charfs, Charfi, ſeu Cheres.*] Italis, *Petroſemolo, ſed Thuſcis Pitroſello.*] Germ. *Peterſilen, ſeu Peterlin.*] Hiſpanis, *Perexil.*] Gallis, *Perſil de Iardin.*

APIVM HORTENSE.

FORMA HORTENSIS.

Notiſſima planta vulgare noſtrũ Petroſilinum eſt. exit enim foliis Coriandri æmulis complu ribus ex vno ramulo prodeuntibus per ambitum frequenter laciniatis, ſed quę in caule ſunt mutata forma, lõga anguſtaq́; ſpectantur. Flores habet exiguos candicantes, & ſemen Aniſo ſimile. Radice nititur digi tali, dodrantali longitudine, albicante, dura intus matrice, raro diuaricata, quæ carnium iuribus paſſim incoquitur. *Matt.*

LOCVS.

Seritur vbiq; ab olitoribus paſſim in hortis. *Idem.*

QVALITATES.

Vſq; adeo calidum eſt, vt vrinã, & menſes cieat. Flatus quoq; diſcutit, & magis ſemen quàm herba ipſa. *Gal. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Illinitur cum pane, aut hordeacea farina vtiliter oculorum inflammationibus, ęſtuantem ſtomachum mulcet. Mammarum duritiam ex lacte concreto contractam reprimit: vrinã ciet, ſiue crudum, ſiue coctum edatur. Foliorum, & radicum decoctum venenorũ noxę reſiſtit, cum vomitiones excitet: aluum cohibet. Semen vehemen tius vrinam pellit. Auxiliatur contra ſerpentium venena, aut epotam argenti ſpumã. Inflationes diſcutit. Admiſcetur medicamentis quæ dolorum leuamenta præſtant. Thoracis quoque & tuſſis remediis. ¶ Folia conciſa, & cum vino, & oleo de ſcorpionibus in patella feruefacta, pubiq́; calida admota remorantem vrinam cient. DIOSC. *Matt.*

APIVM paluſtre, Græcis, Ελεοσέλινον.] Mauritanis, *Aſaris.*] Italis, *Apio, & Apio aquatico.*] Germanis, *Epffech, ſeu Eppich.*] Hiſpanis, *Perexil dagea, & Apio.*] Gallis, *Perſil de leau.*

APIVM PALVSTRE.

FORMA.

Matt. Folia gerit hortenſis maiora, ſolidioraque; caulem quoq; vegetiorem, odore etiam acutiore, grauioreve, & qui caput feriat. Radice tamen, floribus, & ſemine ferè ſimilibus.

LOCVS.

Idem. Prouenit paluſtribus, & vliginoſis locis, & ſeritur quoque in hortis.

FACVLTATES, ET VIRES.

DIOSC. Eędem illi ſunt vires quæ hortenſi ineſſe diximus.

PETROSELINVM Macedonicum, Græcis, Πετροσέλινον.] Italis, *Petroselino Macedonico.*] Hetruſcis, *Pitroſello Macedonico.*

Petroſilg aus Macedonia

PETROSELINVM MACEDONICVM.



FORMA.

Planta eſt ramoſa, vulgari petroſelino foliis proxima, caule craſſo, frequentibus alarum cauitatibus; floribus albis, ſemine ammi ſimile, odoratiore, ſapore acri, & amaro, aroma olente. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit optimũ in Macedonia in pręruptis locis. Naſcitur & in Epiro, & Cicladibus inſulis, ſeritetiã nunc in hortis in Italia. *Gale. 8. ſimp. me. & lib. 1. de Anti. Matt.*

QVALITATES.

Semen maximè vſui eſt, cùm tota etiã herba, vnà cum radice ſimilem, ſed imbecilliorẽ facultatem ſortiãtur. Eſt autem vt guſtu acre cũ amaritudine, ſic & in operibus calidum, vnà cum incidẽdi effectu. Fuerit itaq; ipſum tertij ordinis tum calfacientium, tum exiccantium. *Gal. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Semen vrinam cit, & menſtrua. Prodeſt contra ſtomachi, & coli inflationes. Laterum, Renum, & veſicæ doloribus in potu ſubuenit. admiſcetur antidotis vrinam cientibus & in theriacis. DIOSC.

LEVISTICVM vulgare, Græcis, ἱπποσέλινον.] Italis, *Leuistico.*] Germanis, *Liebstockel.*] Gallis, *Ache, & Ache large.*

LEVISTICVM VVLGARE, SEV HIPPOSELINVM.

FORMA.

Matt. Caulibus exit crassis bicubitalibus, fruticosisq;, ramis multis, multisq; alarum cauitatibus, foliis palustris apij, sed lõgè maioribus, muscariis in cacumine grandioribus, albis refertis floribus, semine oblongo fęniculi maiore, tota planta grauiter olet.

LOCVS.

Idem. Seritur in hortis.

QVALITATES.

Idem. Excalfacit, & siccat ordine tertio. quo fit, vt aperire, incidere, digerere, & prouocare valenter possit: perinde ac cętera selinorum genera.

VIRES.

Idem. Ea omnia præstare valet, quæ de palustri apio dicta sunt: sed eo imbecillius est.

APPENDIX.

Idem. Tametsi vulgare Leuisticũ Hipposelinum legitimũ non sit, quod coma, & semine illi non respondeat, cum tamen cęteris selinis grandius sit, & tota facie simile, nemo nobis facessere debet, si hanc plantam Hipposelinum appellauimus.

SMYRNIVM, Græcis, Σμύρνιον.] Latinis, *Olus atrum.*] Arab. *Smirnion.*] Italis, *Smirnio, seu Macerone.*] Hisp. *Apio Macedonico.*] Gall. *Maceron.*

SMYRNIVM.

FORMA.

Caulem habet, & stolones multos; folia latiora, sub pinguia, robusta, ad terrã infracta, odore medicato, cũ quadã acrimonia iucũdo. colore in luteũ lãgue scẽte. capitibus cauliũ orbiculatis vt anethi. semine brassicę rotũdo, nigro, acri, myrrhę sapore, ita vt alterum alterius loco cedat. Radix quoque odorata, gustu acri, fauces mordet, succosa, mollis. cortex eius foris niger, intus viridis, aut subalbidus. DIOSC.

LOCVS.

Nascit ĩ saxosis, & collibus, atq; squallidis, & limitib⁹, terrenis. Ac etiã ĩ hortis seritur. *Idem. Matt.*

QVALITATES.

Ex eodẽ genere & ipsum cũ apio est, & petroselinũ: fueritq; apio calidi⁹, petroseli no vero imbecillius; calidũ, siccũque tertio ordine. *Gal. 8. simp. me.*

VIRES.

Foliis ĩ muria maceratis ad obsonia vtuntur, aluũ sistunt. Radix pota præstat aduersus serpentium ictus, tusses, & Orthopneas mitigat, vrinę difficultati medetur: illita recens tumores, collectiones duritiasq; discutit. vulnera ad cicatricẽ perducit. partus abortu vitiat, si feruefacta subiiciatur. semen lienis, renũ, & vesicę vitiis prodest. Menses, & secũdas pellit. Commodè dat Ischia dicis in vino. Inflationes stomachi lenit, sudores ciet, & ructus. Peculiariter datur hydropicis in potu, & contra febrium circuitus. DIOSC.

NOMINA.

SMYRNIVM Creticum, Italis, *Smyrnio di Candia.*

SMYRNIVM CRETICVM.

FORMA.

Matt. Folia fert noſtrate Smyrnio craſſiora, quina ab vno pediculo exeũtia, & per ambitũ ſerrata, prẹter quàm in altera parte propè pediculum, quo in loco ſucciſa ſpectantur. Longè autem diuerſa habentur, quẹ in caule ſunt. Ea.n. rotunda viſuntur, caulibus per medium tranſeũtibus perfoliatẹ vocatẹ modo. nullis in ambitu denticulis. Caulem edit firmũ, ſtriatũ, & ſubter folia geniculatũ. Vmbellas in ſummis caulibus gerit, floribus albicantibus, ſemine rotũdo, anguloſo, & in acutum deſinente, ſapore acuto, & amariu ſculo. Radicem hac nus videre nõ licuit.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in Creta Inſula, & ſeritur nunc in Italia.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Non differt ſuis in qualitatibus, & viribus ab Italico Smyrnio.

IMPERATORIA, Italis, *Imperatoria.*] Germanis, *Maſter vurtz.*] Officinis Germanorum, *Magiſtrantia.*] Gallis, *Otruche, ſeu Imperatorie.*

IMPERATORIA.

FORMA.

Foliis exit Sphondylij, minoribus tamẽ, ſolo accubãtibus, robuſtis, hirſutis, alij circ̃q; : caule bicubitali, purpuraſcẽte, rotũdo, hirſutoq; e, in cuius cacumine vmbella floribus candidis ornatur, è quibus poſtea ſemen prodit acutum, ac odoratũ. Radix ineſt ei nõ longa, mediocriter craſſa, rugoſa, dura, quę foris nigricat, intus verò virelcit, guſtu admodum acri, mordax, ſubamara, & odorata. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in altis montibus. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit ordine tertio completo, aut quarto inchoante. Incidit, trahit, aperit, digerit, attenuat, prouocat, reſoluit, venena diſſipat. Zedoariæque facultatibus pollet. *Idem.*

VIRES.

Discutit mirificè tum inteſtinorum, tum ventriculi flatus. Cit menſes, atque vrinã. Fouentur eius decocto vtiliter in dolore dentes, præſertim ſi in vino auſtero radix decoquatur. Eadem ex vino pota vteri ſtrangulationibus prodeſt, conceptus adiuuat, quos frigiditas intercipit, cõ coctionem roborat. Commã ducata cerebri pituitam trahit. Puluis radicis ex ſaluiæ decocto hauſtus, auxiliatur reſolutis, comitialibus veternoſis, conuulſiſque. Oris halitum commendat, & omnes roborat ſenſus. Præſtat ferè ad venena omnia, omniumque venenoſarũ ferarum morſus, ac ictus. Aſthmaticos, anheloſo que iuuat, obſtructiones aperit. Hydropicos, ac lienoſos curat. In ſumma excalfacit vniuerſas corporis partes, quas frigus occuparit. *Idem.*

NOMINA.

ELAPHOBOSCVM, Græcis, ἐλαφοβόσκον.] Italis, *Elaphoboſco*.

ELAPHOBOSCVM.

FORMA.

Dioſc. Ferulaceum mittit caulẽ, aut rorimarino ſimilẽ, geniculatũ, foliis duũ digitorum lõgitudine, vt terebinthi, prælongis, aliquantũ aſperis, circumfractisque. Adnata multa habet ferentia vmbellas, anethi ſimiles, & ſemen eiuſdẽ; florem ſubluteum. Radiceternum digitorum longitudinis, & craſſitudinis vnius, cãdida, dulci eſui apta.

LOCVS.

Matt. Prouenit in montibus, & collibus.

QVALITATES.

Gale. 6. ſimp. me. Facultatis eſt calidę, & tenuium partium, & proinde exiccat ſecundo exceſſu.

VIRES.

Dioſc. Semen datur ex vino contra ſerpentium ictum. Fama eſt hoc pabulo ceruos ſerpentium morſibus reſiſtere.

FOENICVLVM, Græcis, Μάραθρον.] Arabibus, *Raienigi.*] Italis, *Finocchio.*] Germanis, *Fenichel.*] Hiſpanis, *Hinoio, ſiue Funco.*] Gallis, *Fenoil.*

FOENICVLVM.

FORMA.

Caulẽ edit anethi, ſed craſſiorẽ, nec ꝓceriorẽ, ſtriatũ, geniculatũq́; foliis numeroſis, capillaceis, cauis alarũ multis. Vmbellis cacumina occupãtibus, anethi ęmulis, melinis floribꝰ, & ſemine oblõgo, guſtu acuto, quadam cũ leuiuſcula amaritudine, odorato. In quodã verò genere hortis Italicis familiare, ſemẽ dulce ꝓcipit, & craſſiori quoque mole ſpectat. Radice mittit lõga, digitali craſſitudine, acuto, ac amariuſculo ſapore, cum dulcedine quadã. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis, vineis, & apricis locis. *Idem.*

QVALITATES.

Tã valenter excalfacit, vt ex tertio excalfacientiũ ordine cenſeri poſſit, deſiccat verò non ęquè. Sed ipſum quiſpiã in hoc primi eſſe ordinis poſuerit: ſylueſtris verò cũ ſemẽ, tũ radix, valẽtius calefacit, & ſiccat. *Gale. 7. ſimp. me.*

VIRES.

Herba deuorata, aut ſemẽ cũ Ptiſana potũ mãmas lacte replet. comę decoctũ in renũ doloribus infuſum ꝓdeſt. Bibit ex vino ℈ ſerpẽtiũ ictus. Mẽſes ciet, ꝓtritę radices, & cũ melle illitę canũ morſibus medentur: Succus cauliũ, & foliorũ pręſtat inſtillatũ ad excitãdam oculorũ aciẽ. Erratici autẽ potę ſtrangurię medentur. Menſes ſuppoſitę ciẽt, aluum ſiſtũt. Radice, aut ſemine poto calculos cõminuit, regiũ morbũ expurgat, lactis abũdantiã facit. Decoctũ foliorũ hauſtũ puerperas purgat. DIOSC.

DAVCVM, Græcis, Δαῦκον.] Mauritanis, *Ducu Glezar, siue Gezar.*] Italis, *Dauco.*] Germanis, *Ber vurtz.*] Hiſpanis, *Dauco.*] Gallis, *Carote ſauuages*.

DAVCVM.

GENERA.

DIOSC. Trium eſt generum, Creticũ, Aliud Apio ſimile, & Tertium Coriandro.

FORMA CRETICI.

DIOSC. Creticum foliis eſt fœniculo ſimile, minoribus tamẽ, & tenuioribus, caule dodrantali, vmbella coriandri, flore albo, candido, hirſuto, ſuauiſſimi manducando odoris. Radix digitali craſſitudine, & dodrantali longitudine adoleſcit. *Matt.*

LOCVS.

DIOSC. In ſaxoſis naſcitur, & locis ſole illuſtratis.

QVALITATES.

Gale. 6. ſimp. me. Agreſtis quidem domeſtico minus eſt eſui idoneus. Cæterum in omnibus vehementior. At domeſticus comeſtibilis quidem ſed imbecillior. Acrem & calefaciendi facultatem obtinet, ac proinde etiam extenuandi. Certè radix præterea compræhenſa flatuoſum quiddam obtinet, ac venereum. Id quod Domeſtici quoque ſemen præſtare poteſt.

VIRES.

DIOSC. Creticũ omnium probatiſſimum, Semen omniũ potũ vrinas, & menſes, atque partus extrahit. Torminibus liberat, veterem tuſſim mitigat. Ex vino potum auxiliatur Phalangiorum ictibus, tumores illitu diſcutit, cretici peculiariter radix maximè præſtat contra venenatorum ictus ex vino pota.

DAVCVM alterum, Græcis, Δαῦκον ἕτερον.] Italis, *Dauco d'altra ſpecie.*

DAVCVM ALTERVM.

FORMA.

Foliis eſt cori andri, floribus in vmbella albis, capite, & ſemine anethi, muſcario paſtinacæ, ſemine oblongo ceu cumini, acri. Radice paſtinacę ſylueſtris, ſuperiore parte villoſa. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in maritimis, promontoriis, & montibus, & collibus. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Viribus iiſdem refertus eſt, quibus, & creticū, ſed non adeo efficacibus. *Gal.* DIOSC.

SENA, posterioribus Græcis, Σένα.] Arabibus, *Sene.*] Italis, *Sena.*] Germanis, *Sene.*] Hisp. *Sen de Alexandria.*] Gallis, *Sene de Leuant.*

SENA.

FORMA.

Matt. Foliis est Glycyrrhizæ proximis, crassis, subpinguibus, fabarum recentium sapore, caule cubitali, à quo ramuli exeunt flexiles. Flores ei emicant aurei, veluti brassicæ, purpureis intercursantib⁹ venulis, quibus succedunt foliculi falcati, adeoque sui natura cõpressi, vt superior membrana inferiori cohæreat, in quibus semen cõtinetur subuirescens, vinaceorũ nucleis simile. Foliculi è ramusculis prominẽt tenui pediculo nitentes. Planta est frigoris impatiens.

LOCVS.

Idem. Seritur in Hetruria in agro præsertim Florentino in cãpis, sed valentior ex Alexandria Ægypti ad nos conuehitur.

QVALITATES.

Idem. Aperit, aluum citat, digerit, cõcoquit, excalfacit, attenuat.

VIRES.

Idem. Educit bilem tum atram, tum
Mesue. flauam, ac etiã pituitã, quod sanè experientia comprobatur. Mundat cerebrum, iecur, lienem, pulmonem, atq; omnes corporis sensus, viscerũ obstructiones aperit. Auget iuuentutẽ, seniumq; retardat, & animum hilarem facit. folia in capitis perfusionibus vtiliter decoquuntur, addita præsertim Anthemide. Roborat. n. hoc modo cerebrum, neruos, oculorum aciem, & auditoriam facultatẽ. Optima demũ in vniuersum est Medicina morbis omnibus diuturnis, & melancholicis. Ideoque delyriis, amentiæ, resolutioni neruorum, phthisiasi, cephalalgiæ, scabiei, pustulis, pruritui, & Epilepsiæ. Cor etiã roborat præsertim vbi eis cõ
Matt. miscetur medicamentis, quæ ad cordis affectus sunt idonea. ¶ Est præterea Sena clemens, & nullius incommodi medicamentum, adeo vt tuto dari possit cum pueris ætatẽ tenellis, tum etiam vtero gerentibus. Fit ex foliis vinum vindemiæ tempore, quod ea omnia præstat potum.

COLLVTEA, Græcis, Κολλουτέα.] Italis, *Collutea.*

COLLVTEA.



FORMA.

Arbor eſt magnitudine præſtãs, fructum in Siliqua ferens magnitudine lentis, quo oues mirum in modum pingueſcunt; Folium habet non abſimile fœnogræco. *Teoph. l. 3. c. 19.*

LOCVS.

Naſcitur plurima ſponte in Ananienſium, & Tridentinorum agro. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Semen potum vomitiones ciet, perinde ac geniſtæ, & aluum quoque citat, non ſine incommodo tamen, quanquam pecudibus nihil tale efficiat. *Idem.*

PYRETHRVM, Græcis, Πύρεθρον.] Arabibus, *Macharcaraha, seu Hacharcharo.*] Italis, *Piretro.*] Germanis, *Bertram.*] Hispanis, *Pelitre.*] Gallis, *Pyrethre.*

PYRETHRVM VERVM.



FORMA.

Dioſc. Folia caulemq; mittit per inde ac ſylueſtre daucū & fæniculum, vmbellā anethi circinnatæ rotūditatis. Radicem longam pollicis craſſitudine, feruidiſſimo guſtu.

LOCVS.

Matt. Prouenit in montibus.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. Pyrethri radice potiſſimè vtimur, cauſticam, vrentemve facultatem obtinente, qua vtique dentium refrigeratorū dolores lenit, & ad rigores ante periodos ex oleo confricatur.

VIRES.

Dioſc. Manſa pituitā elicit, ideo in dentium dolore cocta in aceto, & colluto inde ore auxiliatur. ſudores ciet peruncta ex oleo corpori, diuturnis horroribus efficax eſt, ſtupidis quoque ac reſolutis mirifice confert.

PYRETHRVM alterum, seu Pseudo Pyrethrum. Italis, *Piretro secondo, siue Piretro falso.*

PYRETHRVM ALTERVM.

FORMA.

Folia fert Libanotidis, seu Anthemidis crassiora, caulem ramosum, folio sumque, florem maioris Bellis grandiorem, colore intus aureo, & per ambitum candido, Radicem pollice crassiorem, multifidamq;. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in Boemiæ montibus, ac etiam inibi in hortis seritur. *Idem.*

QVALITATES.

Radix vrentis est facultatis, quadam cum leuicula amaritudine. Ideo que fuerit ex quarto ex calfacientium ordine. *Idem.*

VIRES.

Et si viribus videatur altero infirmioribus, potest tamen eius vicem commodè explere. *Idem.*

NOMINA.

ROSMARINVM, Græcis, Λιβανωτὶς.] Mauritanis, *Xaier almeriem, Alpinalfach, ſeu Cachola.*] Italis, *Roſmarino*.

GENERA.

DIOSC. Duo eius habentur genera, vnũ fœcundum, quod duplex eſt, alterum ſterile.

FORMA.

DIOSC. Folia habet fœniculi, craſſiora, & latiora in rotæ ſpeciem humi ſparſa, iucundè olentia, caulẽ cubitalem aut maiorẽ, multis concauum alis. In cacumine vmbellam in qua ſemen copioſum, candidum, Sphondylio ſimile, acre, reſinaceum, & quod in mandendo linguam exurat. Radix Thus redolet, candida, prægrandis. Alterũ omnino cõſimile. Semen ferens latum nigrũ, vt Sphondylion, odoratũ minimè exurẽs. Radice foris nigra, intus ſi frangatur alba. Quod autem Sterile dicitur, illorum planè ſimilitudinẽ refert, ſed neq; caulẽ, neq; florem neque ſemen profert.

LOCVS.

DIOSC. Naſcitur in ſaxoſis, & aſperis.

QVALITATES.

Gal. 8. simp. me. Omnes eiuſdẽ ſunt facultatis, emollientis, & digerentis, abſtergentis, & incidentis.

VIRES.

DIOSC. Trita omniũ herba cõmuniter hęmorrhoidũ pfluuia ſiſtit, ſedis inflãmationes, & condylomata mitigat. Concoquit ſtrumas, & abſceſſus, qui ad maturationẽ ęgrè perducuntur. Siccæ radices cũ melle vlcera purgant: cũ vino potæ torminibus medẽtur, & ſerpentiũ morſibus opẽ ferunt. Vrinas cient, & mẽſes. Veteres tumores illitu diſcutiunt. Succus cum herbę, tum etiam radicis, ex melle illitus oculos exacuit. Idẽ præſtat epotum ſemen. Valet ad comitiales, diuturnáq; pectoris vitia. Datur commodè Ictericis cũ vino, & pipere. Sudores mouet ex oleo perunctum. Illinitur podagris cum aceto, & Loliacea farina, Vitiligines purgat, addito quam acerrimo aceto. Semine ſecundi generis vtendo, nam primi quod cachrym appellant, ſua acrimonia arteriam exaſperat.

ROSMARINVM.

ROSMARINVM coronarium, Græcis, Λιβανωτὶς στεφανωματικὴ.] Arabibus, *Elkialgeber.*] Italis, *Roſmarino coronario.*] Hetruſcis, *Ramerino.*] Germanis, *Roſzmarin.*] Hiſpanis, *Romero.*] Gallis, *Roſmarin*.

ROSMARINVM CORONARIVM.

FORMA.

Roſmarino, quo coronarij vtũtur, ramos mittit tenues, & circa eos folia oblonga, anguſta, denſa, ſubter incana, ſupernè virentia, & odorata. ¶ Floret bis in anno, vere videlicet, & Autumno, floribus odoratis, in purpura albicantibus. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur ſponte nõnullis in regionibus, vt pote in prouincia Narbonẽſi, & ſeritur paſſim in hortis, & viridariis. *Matt.*

QVALITATES.

Excalfacit, attenuat, digerit, reſoluit, aperit, roborat, incidit, abſtergit. *Idem.*

VIRES.

Ictericos ſanat, ſi decoctũ eius ante exercitationes bibatur. DIOSC.

¶ Prodeſt ad frigidos ventriculi affectus, ad cœliacas paſſiones, & vomitum cibi, ſi cũ pane deuoretur, aut ſicci puluis ex vino meraco bibatur. Prodeſt tum lienoſis, tũ Iocineroſis, non ſolum enim vaſorum infarctus expedit, ſed ſua adſtringenti vi etiam roborat. Valet ad capitis defluxiones, ac etiam ad eius frigidos morbos nempe ad comitiales, ſtupidos, veterno ſos, reſolutosque. Additur vtiliter in capitis lotionibus, & articulorum fomentis. Cohibet alba vteri profluuia diutius ſumptum, viſum acuit, ſi eius folia, & flores cum pane, & ſale dum floret quotidie edantur. Manſum oris halitum commẽdat. Siſtit gingiuarum, & dentium fluxiones, in aceto, & vino auſtero feruefactum, vbi hoc decocto calido os colluatur. Sicci farina inſperſa, vulnera glutinat, quę prius vino, in quo decoctum fuerit, fuerint elota. Parantur è virgis dentiſcalpia, & carbones ad picturas delineandas. Flores ſaccharo aſſeruati valent ad omnia prædicta. Præſtat etiam admodum in obſoniorum vſu. *Matt.*

ROSMARINVM ſylueſtre, Italis, *Roſmarino ſaluatico*.

ROSMARINVM SYLVESTRE.

FORMA.

Matt. Creſcit hæc planta cubitali altitudine, fruticoſa, virgis tenuibus, lignoſis, rufeſcentibus, fragili tamen materie. Folia in his erumpunt numeroſa, coronarij roriſmarini ęmula. prona parte viridia, ſupina verò rufeſcentia, rubroque nitentia pediculo. In furculorum ſummitatibus corymbacea coma viſitur rubro colore, è qua flores prodeũt ſublutei. Radice eſt infirma, & ſuperuacua, plãta eſt odorata.

LOCVS.

Idem Naſcitur in Boemia, & Polonia vliginoſis locis.

QVALITATES.

Idem Excalfacit, attenuat, aperit, roborat, cõcoquit, reſoluit, incidit, & digerit.

VIRES.

Idem Præfertur Boemis contra tineas, & blattas, quę veſtes lacerant, quare iis interponunt. Sed ad ea omnia efficax eſt ad quæ coronarium Roſmarinum præſtare diximus, præterquàm ad ciborum condimenta.

SPHONDYLIVM, Græcis, Σφονδύλιον.] Italis, *Sfondilio.*

SPHONDYLIVM.

FORMA.

Folia quadamtenus platani, & panacis habet, caules fœniculaceos, cubitales, aut maiores, in quorum cacumine semen duplex, seseli simile, sed latius, cãdidius, & magis paleaceũ, grauis odoris, flores eius albi, aut pallentes. Radice Raphani candida. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in paluſtribus, & aquosis. *Idem.*

QVALITATES.

Semen acre est, & siccantis facultatis, & radix nimirum similis est. *Gale. 8. sim. med.*

VIRES.

Epotum semen pituitam per aluũ extrahit. Medetur iocinoris vitiis, regio morbo, comitialibus, orthopnoicis, veteri strangulationibus, & veternosos suffitu reuocat. Infunditur commodè cum oleo capitibus lethargicorum. Item capitis doloribus, cum ruta illitum serpentia vlcera cohibet. Radix eadem præstat: peculiariter autem circũrasa & iniecta callos fistularum derodit. Recentium florum succus infunditur purulentis auribus. DIOSC.

FERVLA, Græcis, Νάρθηξ.] Ital. *Ferola.*] Hiſp. *Cananheia*] Gall. *Ferule.*

FORMA.

Theoph. i.6.c.2. de hiſto. plant.

Ferula grandis admodum ſurgit, vnico tantũ caule ac geniculato, folia, & cauliculi quidam erumpunt, ac alternatim exeunt folia, quæ grandia, mollia, multifida ſunt, adeo vt capillamẽti modò ferè ſpectẽtur, præſertim, quæ terræ proxima ſunt. Flos melinus, ſemẽ obſcurũ, anetho ſimile ſed maius. Finditur cacumine, & in ſtipites haud magnos diſperditur, quibus flos, ſemenq; inſidet. Annuo caule cõſtat. Radice altè deſcẽdit, eadẽq; ſingulari innititur. LOCVS.

FERVLA.

Matt. Æſtuoſis naſcitur locis, quare Apuliæ ſolum maximè ferularum eſt ferax.

QVALITATES.

Gale. 8. ſimp. me. Ferulæ ſemen excalfacit, & attenuat. At interna eius pars recens adhuc, quã medullã vocãt adſtringenti pollet facultate.

VIRES.

DIOSC. E viridi caule medulla pota valet ad cruentas excretiones. Datur ex vino contra viperarum morſus. Erumpentem è naribus ſanguinẽ indita ſiſtit. Semen potũ torminoſis auxiliatur, ſudores ciet vncto ex oleo corpore. Caules ſi edantur capitis dolores faciũt. ¶ Aſinis gratiſſimæ ſunt in pabulo ferulæ, cæteris verò iumẽtis preſentaneo veneno. Murenis infeſtiſſima ferula eſt, tactæ ſiquidem ea moriuntur.

Plin.

PEVCEDANVM, Græcis, Πευκέδανος.] Arab. *Herbatum.*] Italis, *Peucedano.*

PEVCEDANVM.



FORMA.

Caulẽ emittit tenuẽ, gracilentũ, fœniculo ſimilẽ, comam habet ſtatim à terra copioſam, ſpiſſamque, flore luteo. Radice nigra, craſſa, ſuccoſa, graui odore. DIOSC.

LOCVS.

Prouenit in montibus. *Matt.*

QVALITATES.

Peucedani radice quidem maximè, ſed & ſucco, & liquore vtimur. Sunt enim hęc oĩa eiuſdẽ ſpecie facultatis, ſed valentior ſuccus admodum excalfaciẽs, & digerẽs; incidit quoque, & extenuat. *Galen. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Ex aceto, & roſaceo illitũ veternoſis, phreneticis, comitialibꝫ, & diuturnis capitis doloribꝰ, reſolutis, iſchiadicis, cõuulſis & oĩbus in vniuerſum neruorũ vitiis ex oleo, & aceto illitũ ꝓdeſt, eius olfactu reſpirãt vuluę ſtrangulatus, & veternoſi reuocãtur. Incẽſum ſerpentes abigit. Auriũ doloribus conuenienter ex roſaceo inſtillatur. Dentiũ doloreẽ mulcet eorũ cauis inditũ. contra tuſſim efficaciſſimè ex ouo aſſumitur, ſuſpiriis, torminibus, & inflationibus ſubuenit. Ventrẽ leuiter emollit. Lienẽ abſumit, difficiles partus mirè adiuuat. Facit ad veſicę cruciatus, & renũ diſtentiones potum, vuluam aperit. Radix ad eadem vtilis eſt, ſed ineffi-cacior. Farina eius ſordida vlcera purgat, & vetera cicatrice obducit, ſquamas oſſium detrahit. DIOSC.

MELANTHIVM, ſiue Git, Græcis, Μελάνθιον.] Mauritanis, *Xamin, Sunis, ſeu Sunizi.*] Italis. *Melanthio, ſeu Niella.*] Germanis, *Schuuartz roenuſch, ſiue Schuuartz coriander.*] Hiſpanis, *Neguilla, & Alipiure.* Gallis, *Barbue poyurette, ſiue Nielle.*] Officinis, *Nigella.*

MELANTHIVM SATIVVM

GENERA.

Matt. Duum eſt generum, ſatiuum, & ſylueſtre, quod duorum pariter generum eſt.

FORMA SATIVI.

DIOSC. *Matt.* Surculis exit exilibus, cubitalibus, foliis Senecionis, ſed magis diuiſis. ¶Floribus in cacumine ceruleis, & in ſtellæ modum radiantibus, è quibus capitula oriuntur parua, oblonga, pluribus coronata apicibus in internam partem reflexis, intercurſantibus intus membranis, vt in papaueris capitibus. Semen intus continetur paruum, nigrum, & quandoque ſubflauum, odore eximio, ſapore amariuſculo, ſimul & acuto.

LOCVS.

Idem. Seritur in hortis.

QVALITATES.

Gal. 7. ſimp. me. Excalfacit, atq; deſiccat ordine tertio, videtur etiam tenuium eſſe partium, in ſumma vbi inciſione, exterſione, deſiccatione, & excalfactione eſt opus præſtantiſſimum id remedium eſt.

VIRES.

DIOSC. Illitum fronti capitis doloribus ſubuenit, diſcutit recentes oculorum ſuffuſiones, tritum, & naribus infuſum, cum aceto illitum lepras, lentigines, duritias, tumoresq; vetuſtos tollit circumſcarificatos clauos excutit, cum vetere vrina impoſitum, teretes ventris tineas expellit, perunctо ex aqua vmbilico. Deſtillatione laborantes adiuuat tritum in linteo, & olfactum, vrinã, & menſtrua ciet, multis diebus ſumptum, & lac extrahit. Ex vino potum aufert ſpirandi difficultatem. Incenſum ſerpentes fugat, & phalangiorum ictibus auxiliatur.

MELANTHIVM ſylueſtre, Græcis, Μελάνθιον ἄγριον.] Italis, *Melanthio ſaluatico, & Niella ſaluatica.*

MELANTHIVM SYLVESTRE.

FORMA.

Foliis exit ſatiuo tenuioribus, multifidis, & capillaceis, caulibus ferè ſimilibus, quemadmodũ & floribus, capitula gerit ſatiuo maiora, ſed facie haud longè diſſimilia, ſemine intus nigro, acuto, amariuſculo, & odorato. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in campeſtribus, in incultis præſertim agris. *Idem.*

QVALITATES.

Semen excalfacit, incidit, aperit, attenuat, extergit. *Idem.*

VIRES.

Ad omnia efficax habetur, perinde ac ſatiuum. *Idem.*

MELANTHIVM syluestre alterum, Italis, *Melanthio saluatico secondo.*

MELANTHIVM SYLVESTRE ALTERVM.

FORMA.

Matt. Nullis prorsus foliorum, caulium, ac florum notis ab altero differt. Solùm itaq; capitula disparia sunt. In hoc enim genere lõgiora sunt, & in quinque sexve diuaricata cornibus.

LOCVS.

Idem Nascitur in inculto solo, & in agris.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem Præstat eadem, quæ alterum.

PSEVDO Melanthium, Italis, *Melanthio falso, Ruosola, seu Gittone*.

PSEVDO MELANTHIVM.



FORMA.

Caulem edit bicubitalem, piloſum, in quo vtrinque per interualla bina exeunt folia oblonga, hirſutaque. In cacumine flores exeunt purpurei, roſeique. ſemen in calycibus oblongis concluditur, nigrum, melanthio ſimile, ſed amarum, nulloq; odore præditum. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in aruis inter ſegetes. *Idem*

FACVLTATES.

Excalfacit, attenuat, aperit, abſtergit, & reſoluit. *Idem*

VIRES.

Farina eius melle excepta, & illita, lentigines, alphos, & cęteras cutis fœditates extergit, lumbricos pota interimit, vrinam ciet, & menſes. *Idem*

VISCVM, Græcis, Ἰξός, Arabibus, *Dabach.*] Italis, *Viſchio, ſeu Pania.* Germanis, *Vogelleim ſeu Miſtel.*] Hiſpanis, *Viſco.*] Gallis, *Guy.*

VISCVM.



FORMA.

Matt. Viſcum planta eſt breuis, ramuſculis in crucis modum prodeuntibus, foliis binis in ramuſculorũ ſummitatibus vtrinque emergentibus, oblõgis linguarum inſtar, craſſis, ſolidisque, colore ſubmelino. Baccas fert copioſas piſorum magnitudine, albicantes, tenui tunica obductas, ſubſtantia intus tenaci, glutinoſaq;, ac molli, in qua ſemen eſt paruum.

LOCVS.

Idem Naſcitur tantum in arboribus, nẽpe quercu, caſtanea, Ilice, Pino, pyro, maloque, ſyluestri pruno, terebintho, ac fortaſſe aliis in arboribus, iisq; præſertim in quibus maiores turdi ſtabulantur. Ex eorum enim fimo Viſcum gignitur, quòd baccas eius edant, & ſemen vna cum ſtercore ibi relinquant.

QVALITATES.

Gale 6. ſim. med. Viſcum ex plurima aerea, & aquea calida, pauciſſima terrena ſubſtantia conſtat, nam acrimonia in eo amaritudinem excellit. Itaq; etiam effectus ſubſtantiæ reſpondent, ſi quidem valenter ex alto humores extrahit, nec tenues tantum, ſed craſſiores, eosq; diffundit, ac digerit.

VIRES.

DIOSC. Emollit, diſcutit, extrahit, parotidas, tubercula, cęterasq; collectiones ad maturitatẽ perducit, cum reſina, & pari cera miſtũ, vetera vlcera, abſceſſusq; quos cacoethes vocant, ex thure mollit. Lienem cum calce, gagate, aut Aſio lapide abſumit. Cum Sandaraca, aut Auripigmento illitum vngues extrahit. ¶ Lignum verò caudicis eius, quod in quercu naſcitur (vt quidam ſcribunt) ſi in puluerem contritum potandum exhibeatur maximum eſt Epilepticis auxilium. Sed in quadrageſimum diẽ vſq; potandum eſt. Idem collo ſuſpenſum, aut brachio ad alligatum cum ſuo cortice grauidarum conceptum adiuuat.

Matt.

APARINE, Græcis, Απαρίνη.] Italis, *Aparine, seu Speronella.*

APARINE.

FORMA.

Ramis multis, & paruis fruticat, asperis, quadrangulis, per interualla orbiculato foliorum ambitu, vt in rubia. flos albus, semen durũ, rotundum, concauum, albũm, vmbilici figura, asperitate, vestiũ tenaci. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur plurimum in agris inter lentes, secus itinera, & propè sepes. *Matt. Theoph.*

QVALITATES.

Modicè tum abstergit, tũ desiccat, habetq; non nihil subtilium partiũ. *Gale. 6. simp. me.*

VIRES.

Seminis cauliũ, & foliorum succus ex vino potus, auxiliatur contra viperarum, & phalangiorum morsus. infusus aurium doloribus DIOSC.

medetur. Herba cum axungia trita strumas discutit, ea pro colo pastores vtuntur ad eximendos ex lacte pilos.

ALYSSVM, Græcis, Αλύσσον.] Italis, *Alisso.*

ALYSSVM.



FORMA.

DIOSC. Exiguus eſt frutex, vnicaulis, ſubaſper, rotundis foliis, fructu dupliciũ ſcutorũ effigie, in quo eſt ſemen quadãtenus latum.

LOCVS.

Idem. In mõtibus, & aſperis locis emicat.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Non ſolũ mirificè iuuat demorſos à cane rabido, ſed & rabiẽti quoque data ſæpè in totũ ſanauit, atque hoc ex totius ſimilitudine ſubſtantię effecit. Dictũq; prius eſt talem facultatem ex ſola excipi experientia, & planè nulla conſtare methodo. Qđ ſi quis ad multa experiatur, cognoſcet facultatẽ habere mediocriter ſiccificam, & digerentem, cum abſterſorij non nihil.

VIRES.

DIOSC. Eius decoctum ſingultũ ſine febre potu diſcutit. Idem efficit ſi quis eã teneat, aut odoretur. Cum melle trita, vitia cutis in facie, & lentigines emendat, contuſa in edulio rabiei canis mederi putatur. Domibus appenſa ſalutaris eſſe creditur. & hominibus, atque brutis faſcini amuletum.

VINCETOXICVM, Italis, *Vincetoſſico.* ver. Schwalbenwurz.

VINCETOXICVM.

FORMA.

Foliis prouenit Laurinis in ca cumine acutioribus, virgis compluribus fruticat, exilibus, obſequioſisque, circa quas folia per interualla vtrinque bina ſpectantur. Flores edit tenues, ſubalbidosque, è quibus acutæ, tenuesq; proueniunt ſiliquę, candica intus lanugine, & ſemine, vt in nerio. Radicibus nititur numeroſis, exilibus, longis, albicantibus, & in girum ſe diffundentibus manſu ſubdulcibus, ſed inodoris. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in incultis locis, ſecus itinera, in montibus, & collibus, & ſaxoſis tractib⁹. *Idem.*

QVALITATES.

Radices excalfaciunt, & ſicčāt ordine primo, digerūt, aperiunt, & reſoluunt, atque ex totius ſimilitudine ſubſtantiæ venenis reſiſtūt. *Idem.*

VIRES.

Dantur radices ex vino potādę magno auxilio ad venenoſorum animalium ictus, demorſis quoq; à ſerpentibus, & cane rabido vtiliter præbentur. Bibuntur quoque quotidie aduerſus peſtilentię contagia. Dantur vtiliter vnà cum citrei mali ſemine ad omnes cordis affectus. Ex vino meraco potæ tormina mulcēt. Earundem ex vino albo decoctum, ſelibrę pondere hauſtum diebus pluribus hydropicos iuuat. verùm ſtatim à potu ſudor prouocandus eſt, ictericos ad bonum colorē reſtituunt, vrinam cient, & tuſſi, & cęteris pectoris vitiis opitulantur. Non deſunt qui has radices laudibus efferant ad fractos, & ab alto deuolutos, vbi dentur potandæ ex vino aut maioris ſymphiti decocto. *Idem.*

ATRACTYLIS, Græcis, Ατρακτυλις.] Ita. *Atratile, & Cartamo ſaluatico.*

ATRACTYLIS.

FORMA.

DIOSC. Atractylis, vel Cnicus ſyluestris, ſpina eſt Cnico ſimilis, folia lõgiora ferẽs in ſummis virgis, magna parte nuda aſperaque, qua fœminę profuſis vtũtur, capitula in cacumine ſpinis horrent. Flos luteus, quibuſdam in locis purpureus inuenitur. Radix tenuis, ſuperuacua.

LOCVS.

Matt. Prouenit inculto ſolo in collibus, & aſperis.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Coma, ſemen, & folia teruntur cum pipere, & vino vtiliſſimè contra ſcorpionũ ictus. Percuſſos tradunt quàm diu ea teneantur herba, nullum experiri doloré, ipſumque depoſita ſtatim recrudeſcere.

CARDVVS benedictus, Ital. *Cardo benedetto, Cardo santo, siue herba Turca.*

CARDVVS BENEDICTVS.

FORMA.

Caulibus est rotundis, flexilib⁹, lētis, spinosis, humi accubātibus, foliis lōgis, vtrinque laciniatis, hirsutis, & cum adoleuerint per ambitū aculeatis, capitula summis caulibus gerit lōgis, ac pungētibus aculeis rigētib⁹ foliis circūquaque stipatis, è quibus melinus flos emicat, papposo intus semine cinarę simili, & albicāte. Radice nititur alba multifidaque. *Matth.*

LOCVS.

Colit diligēter in hortis. *Idem.*

QVALITATES.

Herba est vehemēter amara. Ideoque excalfacit, siccat, aperit, abstergit, & digerit. magni nominis, magnæque existimationis planta est apud omnes nationes. *Idem.*

VIRES.

Præstat maximè contra pestilentiā, itē aduersus venena lethalia tā interius sumpta, quàm venenosorū animaliū morsibus illita. Sanātur hac herba quartana, aut aliis febribus laborantes, quarū circuitus cū frigore, & horrore adueniunt. Id. n. præstat aut epoto herbę decocto, aut stillatitia aqua, aut foliorum puluēris drachma. Præstat eadem ad Epilepticos infantes. Alui tineas necat, & vteri vitiis auxiliatur. Herba ipsa tam recens, quàm sicca pota, & exterius admota, contumacia vlcera sanat, quamobrem decoctis miscetur, quæ è ligno Guaiaco parantur aduersus Gallicam luem. *Idem.*

CLINOPODIVM, Græcis, Κλινοπόδιον.] Italis, *Clinopodio.*

CLINOPODIVM.



FORMA.

DIOSC. Frutex eſt foliis ſerpyllo ſimilis, ſurculoſus duum dodrantum altitudine. Flores marrubij modo ex interuallis diſtincti, ſpeciem lecti pedum præbent.

LOCVS.

DIOSC. Naſcitur in petroſis.

QVALITATES.

Gale. 7. ſim. med. Calefaciendi vim obtinet, ſed nondum adurendi, eſt verò eſſentia tenuium partium. itaq; exiccare, ac excalfacere poterit ordine tertio.

VIRES.

DIOSC. Bibitur herba, & ſucci eius decoctum ad conuulſa, rupta, ſtrangurias, ſerpentiũ ictus. Mẽſes, & partus pellit, & pẽſiles verrucas, quas acrochordonas vocant eiicit, aliquot diebus potum. Aluum ſiſtit decoctum ad tertias potũq;, ſi febrim ſentiũt ex aqua, alioquin ex vino.

APPENDIX.

Cum Clinopodium adeo tenuium eſſe partium (vt ſcribit Galenus) vt ex tertio excalfacientium, ſiccantiũque ordine habeatur, atq; operępretium eſſe, vt quæ in huius cenſu ſunt plantæ, aut guſtu acres, aut admodum amaræ percipiantur. Cũque neutra qualitas in clinopodio, cuius hic imaginem dedimus, reperiatur, non auſim ego ipſum legitimum facere Clinopodium. Sed potius alterum ſtatim ſequens, cui pręter acredinem & odoris fragrantiam: cęteræ aſtipulantur notæ.

CLINOPODIVM alterum, Italis, *Clinopodio*

CLINOPODIVM ALTERVM.

FORMA.

Foliis est serpylli modo ob longis in cacumine mucronatis, floribus inter folia subpurpureis balausti effigie, caulibus exilibus, angulosis, è quibus folia per interualla exeunt vtrinque bina: sapor illi acutus. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in campestribus inculto solo, & saxosis locis. *Idem.*

QVALITATES. ET VIRES.

Cum non dubitem, quin hæc planta legitimi Clinopodij faciem referat, fateri, ac affirmare cogor ea iis viribus esse prędituṁ, de quibus in prędcedenti capite diximus, de Clinopodij viribus. *Idem.*

LEONTOPETALVM, Græcis, λεοντοπέταλον.] Italis, *Leontopetalon.*

LEONTOPETALVM.

FORMA.

DIOSC. Caulem emittit dodrantalem, aut altiorē, plurimis alis concauum, & in cacumine semina parua duo, aut tria in siliquis ciceris modo. Flores anemonę similes, punicei coloris, folia brassicæ, sed papaueris diuisura, radicibus nigris, rapę similibus, strumosis.

LOCVS.

Idem. Nascitur in aruis, & segetibus.

QVALITATES.

Gal. 7. simp. me. Digerendi facultatem, & exiccandi, calefaciendique in tertio ordine possidet.

VIRES.

DIOSC. Radix auxiliatur serpentium ictibus, ex vino pota, nec alia res celerius dolorem finit, miscetur & ischiadicorum clysteribus.

TEVCRIVM, Græcis, Τεύκριον.] Italis, *Teucrio*.

TEVCRIVM.

FORMA.

Herba eſt virgæ referens effigiem, triſſaginis ſimilitudine, tenui folio, nõ multũ à cicere alieno. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur vbertim in Cilicia iuxta Gẽtiadem, aut Ciſſadem. DIOSC.

QVALITATES.

Incidentis & tenuium partium facultatis eſt, quare lienes ſanat. Ponatq; ipſum quiſpiam in tertio exiccantium, ſecũdo verò calefacientium ordine. *Gale. 8. ſim. med.*

VIRES.

Recens cum poſca, aut ari dorum foliorum decoctum, potu lienem potenter abſumit. Lienoſis cum aceto, & ficis illinitur. Item ſerpentium morſibus ex aceto ſolo. DIOSC.

TRISSAGO, Græcis, χαμέδρυς.] Arabibus, *Damederics, Camadrius, siue Kemadrius.*] Hetruscis, *Querciola, & Chamedrio.*] Italis cæteris, *Calamandrina.*] Germanis, *Gamanderle, siue Bathengel.*] Hispanis, *Chamedreos.*] Gallis, *Germandree.*

TRISSAGO, SEV CHAMEDRYS.

FORMA.

DIOSC. Herba est dodrantalis, folia habens exigua, & amara, quercus effigie, & diuisura. Flore
Matt. paruo, penè purpureo. ¶ Odoris non ingrati. Carpitur semine prægnans.

LOCVS.

DIOSC. Nascitur in petrosis, & asperis.

QVALITATES.

Gale. 8. simp. me. Vincentem habet qualitatẽ amarã, & est quodammodo acris. Ponatque eam quispiam in tertio ordine excalfacientiũ, & desiccantium, plus tamen desiccat, quàm calefacit.

VIRES.

DIOSC. Recentis decoctum bibitur in tussi, in durato lieni, vrinę difficultate, & incipiente hydrope. Cit mẽses, partus extrahit. Lienem ex aceto pota consumit. Aduersus serpentium venena ex vino pota, illitaque efficacissima. Vetera vlcera purgat ex melle illita, cum oleo
Matt. illita caliginem oculorum discutit. ¶ Præstat quoque ad omnes frigidos capitis morbos, nempe ad comitiales, veternosos, melancholicos, stupidos, resolutos, conuulsosque, & ad diuturnos capitis dolores. semen drachmæ pondere potũbilem per vrinas ducit. Ideoq; conuenienter datur potandũ ictericis. Instillatur foliorum succus ad vermiculosas aures. Datur idem aduersus intestinorum vermes. Id quod etiam præstat vinum bibitum, in quo floreścens herba die ac nocte fuerit macerata. Decoctum aliquot diebus potum mirificè tertianis febribus medetur.

CHAMEDRYS altera, Italis, *Calamandrina seconda, & Querciola seconda.*

CHAMEDRYS ALTERA.

FORMA.

Foliis exit quercus effigie, sed magis quàm in altera laciniatis, tenuibus, subnigricantibus, copiosioribusque, caules edit quadrangulos, tenues, lignosos, sesquidodrantales, surculosis ramis refertos, ī quibus flosculi purpurei inter folia rutilant, & caules ipsos ambiunt, alterius chamedrys modo. Radicē habet multifidam albicantem. est autem planta aspectu iucundo, & eleganti, amara tamen, odore nō iniucundo resinam olente. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Cum adeò amara non sit vt altera, ea quidem minus calida, siccaq; fuerit, itaq; ad omnia munia imbecillior, non tamen multò.

CENSVRA.

Quòd hæc planta (vt credo) resinam resipiat, non desunt scriptores, qui putent eam legitimam esse Dioscoridis Chamępitim: sed hallucinantur.

LYCHNIS, Græcis, Λυχνὶς.] Italis, *Lichnide coronaria.*

LYCHNIS.

FORMA.

DIOSC. Coronaria Lychnis flore eſt albæ violæ ſimili, ſed purpureo, quo corollę

Matt. factitantur. ¶ Foliis lõgis, tomentoſis, albicantibuſque, caule lanuginoſo, incano cubito maiore, flore inodoro, ſed

DIOSC. pulchro. ¶ Syluestris per omnia vrbanæ ſimilis.

LOCVS.

Matt. Seritur in hortis, ac etiam ſponte per ſe prouenit, quam ſylueſtrem appellant.

QVALITATES.

Gal. 7. ſimp. me. Semen calidum eſt ſecundo quodam modo ordine, aut iam etiã tertio, ſiccũ ſanè eodem quoque modo.

VIRES.

DIOSC. Semen duarum drachmarum põdere potum, bilem per aluũ detrahit. Ictis à Scorpione ſubuenit. Aiunt huius herbæ appoſitu Scorpiones torpeſcere, & inertes prorſus reddi.

CENSVRA.

Sunt qui Pſeudomelanthium in ſegetibus naſcens ſylueſtrem Lychnidem faciant. Atqui cum Dioſcorides agreſtem Lychnidem vrbanę per omnia ſimilem eſſe ſcribat, eamque ſæpius viderim in inculto ſolo, non poſſum horum placitis ſubſcribere.

LILIVM, Græcis, Κρίνον.] Italis, *Giglio bianco.*] Arabibus, *Suſen.*] Germanis, *Lilgen, ſeu Gilgen.*] Hiſpanis, *Azucena, ſeu Lirio blanco.*] Gallis, *Lis*.

LILIVM.

FORMA.

Folia fert longa, nunquam non virẽtia, læuia, pinguia, Pancratio ſimilia, caulem profert bicubitalem, rotundum, rectum, læuem, pinguem, firmum, minoribus foliis ab imo ad ſummum circumueſtitum, è cuius cacumine terni, quaternive ramuli exeunt, è quibus oblõga prodeunt capitula herbaceo colore, quæ tractu temporis lilia fiunt eximij candoris calathi figura, extrinſecus ſtriata, reſupinis per ambitũ labris, luteis aliquot ligulis ex calathi fundo (vt in croco) ſurſum ſpectantibus, è quorum medio lõgum producitur germen, rotundo in cacumine capitulo, herbacei coloris. Radice nititur bulboſa albicante, compactili ſquamarũ ſerie. *Matt.*

LOCVS.

Seritur paſſim in hortis, & viridariis. *Idem*

QVALITATES.

Lilij flos temperaturam miſtam obtinet, partim ex tenui, partim ex terrena eſſentia, ex qua vtiq; amaritudinem habet, partim ex aquea, eaq; temperata. Quod aũt ex eo cõficitur oleum, citra morſum digerendi, ſimulque emolliendi facultatem obtinet. Porrò Radix foliaq; deſiccant, abſtergunt, & digerunt moderatè. in radice plus abſtergentis facultatis eſt, quàm in foliis. *Gale. 7. ſimp. me.*

VIRES.

Folia herbæ illita auxiliantur contra ſerpentium ictus, feruefacta ambuſtis proficiunt. Aceto cõdita vulneribus opitulantur. Inaſſata radix, & ex roſaceo trita igni ambuſta ſanat. Vulnam emollit, menſes eiet. vlcera cicatrice obducit. Cum melle detrita neruis præciſis luxatisq; medetur. Vitiligines, furfures, leprasq; emendat. & vlcera in capite manantia expurgat. Faciem abſtergit, & erugat. teritur in aceto cum hyoſcyami foliis, & farina tritici mulcendis teſtium inflammationibus. Semen potum aduerſatur ſerpentium morſibus, ignibus ſacris. Semen, & folia, cũ vino illinuntur. ¶ Oleum quod è floribus paratur vteri duritias commodiſſime emollit: valet quoq; ad omnes frigidos neruorum affectus, ad emollienda articulorum impedimenta, & ſcyrrhoſos tumores. Illinitur vtiliter puerperis in vteri doloribus. Additur in clyſmatibus emollientibus. Elixa radix ex vetere axungia illita pedum clauos eiicit. Eadem ex adipe, & oleo impoſita defluxos pilos replicat. DIOSC. *Matt.*

MARTAGVM chymiſtis, Italis, *Martagon, & Giglio ſaluatico.*

MARTAGVM.

FORMA.

Matt. Folia promit vulgaris ſaponarię ęmula, quę ex inter uallis orbiculariter caulem ambiunt, in cuius cacumine flores emicāt tenui pediculo nitentes liliorum effigie, ſed minores, quorū folia quoque retroflexa cernuntur, purpureo colore, punctis quibuſdam rufeſcentibus reſperſa. Ipſiq; flores odorati ſunt, & aſpectu iucundi. Radicē habet lilio ſimilem, ſed luteo colore.

LOCVS.

Idem. Prouenit in montibus, & cliuoſis locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Radix ad ea omnia commoda eſt, ad quæ Lilij.

BALLOTE, Græcis, Βαλλωτὶ.] Italis, *Marrobio baſtardo.*] Germanis, *Schwartz andorn.*] Hiſpanis, *Marroio negro.*] Gallis, *Marrubin noir.*

BALLOTE.

FORMA.

Caules edit quadrãgulos, nigros, ſubhirſutos, cõplures ex vna radice, foliis maioribus, quàm marrubij, hiſpidis, & per interualla in caule diſpoſitis, ſubrotundis, graueolentibus. Candidi flores, verticillato ambitu caulem coronant. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in agrorum marginibus, & ſecus vias. *Matt.*

QVALITATES.

Planta eſt acris, & abſterſorię facultatis. *Paulus.*

VIRES.

Vis eius efficax aduerſus canis morſus, foliis ex ſale illitis, eadem feruẽti cinere calefacta quouſque flaccẽſcant, illita condylomata reprimunt, purgant cum melle etiam ſordida vlcera. DIOSC.

MARRVBIVM, Græcis, Πράσιον.] Mauritanis, *Faruſio, ſiue Fraſium.*] Italis, *Marrobio.*] Germanis, *Andorn, ſiue Lungen kraut.*] Hiſpanis, *Maroto.*] Gallis, *Marrubin.*

MARRVBIVM.

FORMA.

DIOSC. Frutex eſt ab radice ramoſus, candicans, ſubhirſutus, quadrangularibus ramis, folium pollicẽ æquat, ſubrotundum, hiſpidũ, rugoſum, amaro guſtu, ſemen in caulibus, & ex in teruallis, flores verticillato ambitu, aſperi.

LOCVS.

DIOSC. *Matt.* Naſcitur propter ædificia, ruinas, & rudera. ¶Et in areis viarum.

QVALITATES.

Gale. 8. ſimp. me. Marrubium vt guſtu amarum eſt ita vt ſi quis vtatur, conſentientem huic ſapori actionem reperiet. Iecur, ac lienem obſtructione liberans, & thoracem, pulmonemq; expurgans, ac menſes prouocans ſed & illitum detergit, ac digerit. excalfacit quidem ſecundo ordine iam completo, & tertio ſiccat.

VIRES.

DIOSC. Folia ſicca cum ſemine in aqua decocta, aut viridium ſuccus datur cum melle ſuſpirioſis, tuſſiẽtibus, & ad tabitudinem redactis, craſſam è pectore pituitam, cum ſicca Iride eiicit. Mulieribus à partu nõ purgatis datur, vt menſtrua, & ſecundas extrahat. Item in difficili partu, & his qui venena hauſerũt, aut à ſerpentibus demorſi ſunt. Veſicam, renesq; lædit. Folia ex melle illinuntur ſordidis vlcerib⁹ purgandis. Pterygia, nomasq; ſiſtunt. Laterum dolores mitigat. Succus foliis contuſis expreſſus, ſoleq; coactus, ad eadem pollet. Cum vino, & melle illitus, oculorum claritatem adiuuat. Naribus regium morbum expurgat, & dolentibus auribus inſtillatur per ſe, & cum roſacco. ¶Decoquuntur marrubij binæ vnciæ vnà cum buglo ſſi, helenij, & eupatorij radicum ſeſquidrachma, Rhabarbari drachma, & agalloci pari pondere ex vini albi gene roſi libris iij. ad ſcteritiam. Nam vbi diebus decem continuis huiuſce decocti binas vncias affecti potauerint, præſtantiſſimum reperient medicamentum, vbi tamen morbus ab obſtructione prouenerit.

Matt.

MELISSOPHYLLVM, siue melitena, aut Apiastrum, Græcis, Μελισσόφυλλον.] Arabibus, *Bederangie, siue Bederangi, siue Marmacor.*] Italis, *Melissa, Cedronella, & Aranciata.*] Germanis, *Melissen.*] Hispanis, *Torongil, seu Hierua Cidrera.*] Gallis, *Melisse, & Pomcirade.*

Mutterkraut
Bienenkraut.

APIASTRVM, SIVE MELISSOPHYLLVM.

FORMA.

Cauliculi, & folia essent Ballote similia, nisi maiora tenuioraque, nec ita hirsuta spectarentur. Citreum malum olēt. DIOSC.

LOCVS.

Seritur passim in hortis, ac etiā sponte per se nascitur in collibus, & montibus. *Matt.*

QVALITATES.

Excalfacit, siccatq́, ordine secundo. *Auic. lib. de viribus cordis.*

VIRES.

Folia cum vino pota, aut illita prosunt cōtra phalangiorū, & scorpionum ictus, & canis quoq; morsum. Folia auxiliantur fungorum strangulationibus in potu addito nitro. Illita cū sale strumas discutiunt, vlcera purgant, articularios dolores illita sedāt. DIOSC.

¶ Melissophylli proprium est animum hilarem reddere, humenti ac frigido ventriculo auxiliari, concoctionē adiuare, cerebri obstructiones reserare, deficientem animū reuocare, cordis imbecillitatem roborare, quinetiam eius pulsum reprimere, animi solicitudines fugare, ac sollicitas imaginationes tollere, quæ & ab atra bile, & ab exusta pituita gignuntur. *Serapio.*

¶ Vires deiectorias possidet, nec adeo imbecilles, quin atrabiliarios vapores à spiritibus, & à sanguine, qui cordi, & arteriis ineſt educere queat. quod in cęteris corporis partibus efficere nequit. *Auic. ibidem.*

NOMINA.

MOLVCA, Italis, *Meliſſa Conſtantinopolitana.*

Meliſſa von Conſtantinopel.

MELISSA MOLVCA, SIVE CONSTANTINOPOLITANA.

GENERA.

Matt. Duum eſt generum, altera leuis, altera aculeata.

FORMA.

Idem. Vtraque folio eſt melyſſophylli quadátenus ſimili, breuiore tamen; & minus dẽticulato, ſed in altero genere circũquaque aculeato, amaro ſapore, nec vllo citrei mali odore. profert calyces quoſdã tintinnabuli effigie herbaceo colore, in quibus ſemen oritur.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Aperit, attenuat, excalfacit, abſtergit, venenis reſiſtit, & animalium venenoſorum ictibus mirificè auxiliatur, tũ pota, tum quoque illita. Ictericos iuuat, interaneorum animalia necat. Datur vtiliter ſuccus peſtilentibus febribus affectis.

MELISSA Moldauica, Italis, *Cedronella di Moldauica.*

MELISSA MOLDAVICA. Türckische Melissa.

FORMA.

Caules edit bicubitales, quadrangulos, ſubrufeſcẽtes, ramoſosque. folia in ramis ipſis vrticę figura, ſed longe minora. Flores in ſummitate purpureos, ſaluię ęmulos, verticillatimq; inter folia emergentes. Tota planta citrei mali odore quàm belle ſpirat. Radice nititur vnica, ſed fibrata. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis, ſed ex Muldauia primum ad nos delata eſt, vbi ſpõtè per ſe prouenit. *Idem.*

QVALITATES,

Excalfacit, ſiccatque ordine ſecundo, aperit, attenuat, & incidit. *Idem.*

VIRES.

Vires habet Apiaſtro per omnia ſimiles. *Idem.*

STACHYS, Græcis, Σταχὺς.] Italis, *Stachi*.

STACHYS.

FORMA.

DIOSC. Frutex eſt Marrubio ſimilis, ſed longior, folia ferẽs numeroſa, hirſuta, rara, prędura, cana, odoris iucundi, & complures virgas, ex vna radice exeuntes Marrubio cãdidiores. ¶ Flores ſpicatos, ſubpurpureosq́; *Matt.*

LOCVS.

DIOSC. Naſcitur in montibus aſperis.

QVALITATES.

Gale. 8. ſim. med. Frutex eſt ſtachys guſtu acri, & amaro, tertij ordinis excalfacientium.

VIRES.

DIOSC. Foliorum decoctum potu pellit menſtrua, & ſecundas.

PSEVDOSTACHYS.

Pſeudoſtachys hanc plantam appellare libuit, quòd & ipſa ſtachym in multis notis referat.

PHYLLITIS, Græcis, φυλλίτις.] Italis, *Lengua ceruina, ac pariter Fillite.*] Officinis, *Falso, Scolopendria.*] Germanis, *Hurtzzungen.*] Hispanis, *Lengua ceruina.*] Gallis, *Lang de Cerf.*

FORMA.

DIOSC. Folia promit Rumici similia, lõgiora, & viridiora, sena, aut septena, quæ parte interiore lęuia cernuntur, à tergo autem pensiles quasi vermiculos tenues ostendunt, gustu acerbo. Neq; caulem, neq; semen profert.

PHYLLITIS.



LOCVS.

DIOSC. In vmbrosis, & opacis hortorum locis emicat.

QVALITATES.

Gale. 8. simp. me. Cũ qualitatis sit acerbę, nõ absurdè diarrhœas, siue profluuia, & dysenterias pota iuuat.

DIOSC. Folia in vino pota serpentiũ morsib⁹ aduersantur, quadrupedib⁹ per os infusa auxilio sunt, & si dysenteria aut resoluta aluus exercet potui datur.

Matt. ¶Expertum quoque est à compluribus valere phyllytim ad splenis affectus. Vtũtur quoque quidam stillatitia eius aqua contra singultum, & cordis pulsum, atque in animi deliquij, eandem gargarissandam quoque præbent ad prolapsam columnellam. Siccorum foliorum farina ex earundẽ aqua excepta, & admota refrigerat ventriculi, & iocinoris ardores.

CENSVRA.

Aberrant qui phyllitim Asplenum, siue scolopendrium esse censent.

PHALANGIVM, Græcis, φαλάγγιον.] Italis, *Falangio*.

PHALANGIVM.

FORMA.

Ramuli ſunt illi duo, aut tres, pluresvè, in diuerſa tendentes. flos candidus, lilio ſimilis multas inciſuras habẽs, ſemine nigro (poſtea enim contrahitur) lato ad lenticulæ dimidiatę figurã, multo tenuiore. Radice parua, tenui, herbacei coloris, dum à terra eruitur. ¶Folliculi in quibus ſemen concluditur phalangij formam referunt, vnde illi nomen. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in collibus. ¶Et in montibus. DIOSC. *Matt.*

QVALITATES.

Eſt autẽ facultatis tenuiũ partium, deſiccantis. *Gale. 8. ſimp. mc.*

VIRES.

Huius folia, ſemen, flos cum vino pota auxiliantur cõtra ſcorpionum, phalangiorumq; ictus, tormina quoq; diſcutiunt. DIOSC. *Gale.*

TRIFOLIVM, Græcis, Τρίφυλλον.] Italis, *Trifoglio bituminoſo*.

GENERA.

Matt. Plura ſanè habentur genera, nempe Aſphaltite, Pratenſe, Aceroſumque.

FORMA ASPHALTITIS.

DIOSC. Frutex eſt qui ſupra cubiti altitudinē attollitur, virgas habēs tenues, iūceas, & nigras, vnde ramulares enaſcūtur appēdiculę, in quibus terna ſingulis germinationibus exeunt folia, loto arbori ſimilia. iis recenter enatis eruca odor ineſt, vbi autē adoleuerūt bitumen olēt. Florē edit purpureū, ſemē quadātenus latū, ſubhirſutū, ex altera extremitate exertum antennæ modo corniculum gerens. Radix tenuis, longa, valida.

TRIFOLIVM ASPHALTITE.



LOCVS.

Scribonius Largus. Naſcitur in Sicilia, & in Italia circa Lunæ portum.

QVALITATES.

Gale. 8. ſimp. me. Vis plantæ eſt calida, & ſicca, vt bitumen cui odore eſt ſimilis, vtrinque tertio ordine.

VIRES.

DIOSC. Semen & folia in aqua pota pleuriticis, vrinę difficultati, comitialibus, & iis qui aquæ intercutem principia ſentiunt, fœmineis quoq; vluę vitiis oportunis, auxiliantur. Menſes ciunt. Ternæ drachmę è ſemine dari debent, è foliis verò quaternæ, contra ſerpentium ictus trita folia ex oximelite pota pręſidio ſunt. Quidam terna folia, aut ſemina in tertianis cum vino potui dedere, & in quartanis quaterna. Radix antidotis inſeritur.

TRIFOLIVM Pratenſe, Italis, *Trifoglio*.

TRIFOLIVM PRATENSE.

GENERA.

Trium eſt generum, foliorum, & florum diuerſitate differentium. *Matt.*

FORMA PRIMI.

Primum foliis eſt ſubrotundis, maculoſis, longo pediculo nitentibus, obſequioſo, flexiliqúe; floribus in capitulis ſubpurpureis, aut albicãtibus, in cauliculorum ſummitatibus emicantibus. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in pratis, & herboſo ſolo. *Idem.*

FACVLTATES, ET VIRES.

Sunt qui Trifolij pratenſis ſuccum miris laudibus efferãt ad oculorum nubeculas, vulnera, & cicatrices. Idem tempeſtates pronunciat, inhorreſcit enim & folia contra tempeſtates ſubrigit. Vniuerſæ florentis plantæ decoctum potum, alba vteri profluuia cohibet. Semen, & flores ex aqua decocti, & ex oleo admoti, duros emolliũt abſceſſus. *Idem.*

TRIFOLIVM pratenſe alterum, Italis, *Trifoglio indifferenter dicitur.*

TRIFOLIVM PRATENSE ALTERVM.



FORMA.

Matt. Cauliculis aſſurgit lentis, obſequioſisque, foliis in vnoquoque pediculo ternis, varia tamen facie perinde ac bituminoſum. Namque quędā quæ ad radicē ſunt Acetoſi trifolij modo quod oxym vocatur trina ex vnico pediculo emergunt, cordis facie quadamtenus imitātur, cętera verò longa ſunt, & in cacumine acuminata, vt in Aſphaltite. flores in capitulis ſunt illi purpurei in flocci modum.

LOCVS.

Idem Prouenit ſponte in pratis, & viridariis, & herboſis locis.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem Idem prętare poteſt, quod alterum.

TRIFOLIVM acetoſum, Græcis, Τρίφυλλον ὄξις.] Barbaris, *Alleluia, ſiue Luiola, ſiue Panis cuculus.*] Italis, *Trifoglio acetoſo.*

TRIFOLIVM ACETOSVM.

FORMA.

Cauliculis exit ab vna radice pluribus, exiguis, rotundis, ac tenuibus, quorum ſingulis terna in ſummitate ſunt folia, cordis figura, mollia, acido guſtu. flores edit albos, ſtellę figura. Radicem habet ſubrufam, cõ pactili ſquamarum ſerie obductam. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur opacis locis, propter ſepes, & itinera. *Idem.*

FACVLTATES, ET VIRES.

Tota pláta refrigerat Oxalidis modo, proinde deuorata ſitim extinguit, iecur refrigerat, & cor corroborat. Stillatitia eius aqua datur vtiliter potanda acutá peſtilentiqúe febre laborantibus. atqui longè præſtat herbæ ſuccus ex ſaccharo potus. Illinitur idem per ſe Eryſipelatis, & inflammatis locis, colluiturque ex eo os vbi lingua, palatum, faucesve calida fluxione laborent. In ſumma ad ea omnia cenſetur vtilis Oxys, quibus Oxalis auxiliari valeat. ¶ Datur ad ſtomachum diſſolutum. edunt & qui enterocellem habent. *Idem.* *Plin.*

TRINITAS, Italis, *Herba Trinita*.

TRINITAS.

FORMA.

Matt. Folia fert triquetra, ęderæ minoris magnitudine, quæ aduerſa parte cyclamini modo ſubpurpurea ſunt, ſuperiore verò parte maculis quibuſdam albicantibus reſperguntur. Caules habet tenues, in quorum cacumine primo ſtatim vere flos emicat cęruleus in ſtellę modum, è quo capitulum oritur echinata quadantenus ſpecie, in quo ſemen oblongum ſubceruleumque. Radicibus eſt numeroſis, tenuibus ſubrubentibusque.

LOCVS.

Idem. Prouenit locis opacis, & in frutetis.

FACVLTATES, ET VIRES.

Vulneraria eſt herba, tam admota, quàm in potionibus ſumpta, quin etiam ad eterocelas mirifice præſtat, epota foliorum farina ex vino auſtero diebus pluribus continuis cochlearij menſura. Decoquitur tota herba ex eodem vino ad columellę, fauciumque inflammationes.

POLIVM, Græcis, Πόλιον.] Mauritanis, *Cahade, siue Iahade.*] Italis, *Polio.*] Gallis, *Iue muscate*.

POLIVM.

GENERA.

Duo Polij extant genera, montanum, & alterum fruticosius, non vsque adeo valens odore. *Matt.*

FORMA MONTANI.

Planta est cãdicans, foliis oblongis, & per interualla caules ab imo ad summum vestiẽtibus, pluribus etiam minoribus inter maiora sub nascentibus; caules habet copiosos, rectos, rotundos, lignososque, albicantes, & qui in cacumine capitula edant florida, candicãtia, thymi figura. tota planta odorata est, sed non sine odoris grauitate, acuitateque. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in montibus, exoluto solo. *Matt.*

QVALITATES.

Amarũ est gustantibus, & modicè acre. ¶Vis quoque Polio inest reserandi, incidendi, attenuãdi, & abstergendi. *Gale. 8. simp. me. Matt.*

VIRES.

Foliorũ decoctũ potu auxiliatur serpentiũ morsibus, hydropicis, morbo regio, & lienosis cũ aceto. stomachũ verò malè habet. caput dolo ribus afficit. Aluũ, & menses ciet. substratũ, suffitũve serpẽtes abigit. DIOSC.
Illitũ vulnera conglutinat. ¶Omnia viscera obstructione liberat, aridum cum fuerit maligna vlcera sanat, viride verò magna vulnera. *Gal ibid.*
¶Ad alligatur fronti contra oculorum suffusiones, protinus vbi inuentum sit, nec alia herba magis conuenit. *Matt.*

NOMINA.

POLIVM alterum, Græcis, Πόλιον ἕτερον.] Italis, *Polio ſecondo.*] Herbariis nonnullis, *Iua muſcata.* Wilder Rosmarin 2 Lob.

FORMA.

Matt. Foliis, caulibus, capitulis, ac floribus altero ſimilius eſt.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in cãpeſtribus, ſaxoſis, & excultis locis.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem. Ab altero facultatibus nõ differt.

APPENDIX.

Idem. Tam & ſi hanc plantam ſciam non eſſe ſecundum Polij genus à Dioſcoride conſcriptum, cum tamen omnibus ſuis partibus, ſapore, odoreque montanum polium referat, nõ quidem temere factum putaui, eam inter Polij genera fore recẽſendam, & præſertim cum omnibus Polij facultatibus ſit prædita.

POLIVM ALTERVM.

SCORDIVM, ſiue Triſſago paluſtris, Græcis, Σκόρδιον.] Arabibus, *Scordeon, ſiue Scordeum.*] Italis, *Scordio.*] Germanis, *Vuaſſer batenig, ſeu Konoblechs kraut.*] Hiſpanis, *Scordio.*] Gallis, *Chamaraz.*

SCORDIVM.

FORMA.

DIOSC.

Foliis erumpit triſſaginis maioribus, nec ſic in ambitu diuiſis, aliquantum alia redolentibus, guſtu amaris, & adſtringentibus, caulibus quadrangulis, ſubrubro flore.

LOCVS.

Naſcitur in montibus, & paluſtribus. *Idem.*

QVALITATES.

Ex multiformibus id tum facultatibus, tum ſaporibus cõſtat, nam & amarum quid obtinet, & acerbum, & acre, & maxime allio aſſimilis, eiꝰ eſt acrimonia. vnde, mea ſententia, nomenclaturam obtinuit. expurgat igitur, ſimulque excalfaçit viſcera. *Gal. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Herba vim excalfactoriam habet, vrinam ciet, cocta recẽs, aridave cum vino bibitur ad venenatos ſerpentium morſus, ad ſtomachi quoque roſiones, dyſenteriam, & vrinæ difficultatem binis drachmis ex aqua mulſa. Craſſamen purulentum e pectore expellit. Aridæ farina facit ad veterem tuſſim, rupta, conuulſaq; ſi cum naſturtio, melle, & reſina miſceatur in eclegmate. Inflammata modicè præcordia cerato excepta recreat. Menſes impoſita mouet, vulnera conglutinat, vetera vlcera purgat, & ex melle ad cicatricem perducit. Sicca excreſcentias in carne cohibet. Succus ad eadem vitia bibitur. ¶ Laterum dolores ab obſtructione, & frigore natos ſanat potum. DIOSC. *Gal. 8. ſimp. me.*

ALLIARIA, Italis, *Alliaria.*] Germanis, *Knoblanchs kraut.*] Gallis, *Alliaire*.

ALLIARIA.

FORMA.

Matt. Huius folia cum primùm erumpunt, ferè rotunda ſpectantur, violariæ ſimilitudine, poſtquàm verò adoleuerint p ambitum ſerrata euadunt, vt quadantenus apiaſtri faciem repreſentent, leuiora tamen ſunt, & ꝑpe caulem latiora, quę digitis attrita, guſtataq́; allij odorem, ſaporemq́; reddunt. Caulē profert bicubitalem, rotūdumq́ue, flores albos, & ſemen nigrum tenuibus ſiliquis incluſum. Radix, quę longiuſcula eſt, eundem cum foliis odorem retinet.

LOCVS.

Idem. Iuxta ſepes, & in agrorum marginibus naſcitur.

QVALITATES.

Idem. Excalfacit, attenuat, aperit, incidit, digerit, prouocat.

VIRES.

Idem. Semen emplaſtri modo vuluæ admotum, mulieres vteri ſtrangulatu oppreſſas liberat, & excitat.

TVSSILAGO, Græcis, Βήχιον.] Officinis, *Farfara, ſeu Vngula caballina.*] Italis, *Farfara, ſeu Farfarella, & Vnghia di Cauallo.*] Germ. *Roß huob, ſiue Brantlattich.*] Hiſp. *Vnha de Aſno.*] Gall. *Pas de Aſne, ſiue Taccõnet.*

TVSSILAGO.

GENERA.

Tria Bechij numerantur genera, quãuis Dioſcoridi vnum tantum ſit genus. *Matt.*

FORMA PRIMI.

Folia promit maiuſcula q̃ hederæ, ſex aut ſeptem, à radice à terra ſubalbida, ſuperne virentia, in plures angulos exeũtia. Caulis dodrantalis, flos luteus, vere prodit, quo vnà cum caule confeſtim exuitur. Inde nõnulli his vacare exiſtimarunt. Radix tenuis eſt. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in amęnis, & riguis. DIOSC.

QVALITATES.

Modicè eſt acris. *Gale. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Folia ex melle trita, igni ſacro, & omnibus inflammationibus, illitu medẽtur. Arida ſuffitu ita vt fumus per infundibulũ hianti ore rapiatur, hos ſanat, qui ſicca tuſſi, atq; DIOSC. orthopnæa infeſtantur. Pectoris vomicas rumpunt. Eundem effectum prębet ſuffita radix. Eadem decocta in hydromelite, & pota emortuos partus eiicit.

TVSSILAGO maior, Græcis, Βήχιον μέλα.] Italis, *Farfara maggiore*.] Germanis, *Peſtilentz vurtz*.

TVSSILAGO MAIOR.

FORMA.

Matt. Caulem edit anteaquã folia emergant in ipſo Veris principio, concauum, dodrantalem, pinguem, purpuraſcentem, paruis & oblongis circum veſtitum foliis. In cuius cacumine flores exeunt ſpicati, ſubpurpurei, qui vna cum caule paulo poſt contabeſcunt, & in pappos diſſoluuntur. Eodem fere tempore folia è terra emergunt, altera parte incana, quæ antequã adoleſcant Tuſſilagini ante ſeripę ſimilia ſpectantur. Verũ poſthac in tam magnam creſcunt amplitudinem, vt perſonatę foliis lõge maiora habeantur. Horum ſingula pediculo nitũtur purpureo, alba lanugine obducto. Radicem edit longam, brachij quandoque humani craſſitudine, intus candidam, amaram, atq; odoratam.

LOCVS.

Matt. Creſcit humectis & vliginoſis locis & præſertim prope riuos aquarum, perinde ac altera.

QVALITATES.

Idem Radix excalfacit, attenuat, incidit, & abſtergit, vt eius cuidens indicat amaritudo.

VIRES.

Conſtat radicem multis experimentis præſtare contra peſtilentiam, & peſtilentes febres, vbi eadem in puluerem contrita duarum drachmarũ pondere ex vino propinetur, & deinde ſudare cogantur ęgri. Quamobrem Germanis Peſtilentiæ radix appellatur. Præſtat eadem ad vteri prolapſiones, & cruciatus, eodem modo ſumpta. Propinatur item veterinariis, & paſtoribus contra quadrupedum vermes, & equis qui anhelandi difficultate laborant. Reliqua cum Tuſſilagine communia habet.

CENSVRA.

Qui hanc plantam Petaſitem faciunt: (mea quidem ſententia) non recte ſentiunt.

TVSSILAGO altera, ſiue Farfugium, aut Farrauum, aut Chameleuce. Italis, *Farfugio.*

TVSSILAGO ALTERA, SIVE FARFVGIVM.

FORMA.

Foliis exit nigræ populi ampliori*bus* ad tuſſilaginis faciem inclinã tibus, atqui non tot exertis in ambitu angulis, nec à terra tam albicantibus. Caulem edit ſeſquidodrãtalem, à quo plures egrediũtur rami, in quorum ſummitate flores exeunt aurei, magni, rosarum figura. Radicẽ habet albã, & ſubamaram, floret vere, Aprili præſertim menſe, & Maio quoque. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur circa riuos aquarum in conuallibus, & pratis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Vbi vulgaris, ac vera Tuſſilago nõ fuerit ad manus, Farfugiũ eius loco bellè ſubſtitui poteſt. nã iis ferè viribus præſtat.

ARTEMISIA, Græcis, Αρτεμίσια.] Italis, *Artemiſia.*] Germanis, *Bayfuoſz, & San ſohans gurtel.*] Hiſpanis, *Artemiſia.*] Gallis, *Armoiſe.*

FORMA.

Matt. Artemiſia exit caulibus pluribus, rectis, ſeſquicubitalibus, rubentibus, rotundis, ſtriatisque. Folia gerit abſinthio leuiora, pinguiora, ſupina parte albicãtia, ſed quę in caule ſunt lõgè minora ſpectãtur. Flores copioſiſſimi in cauliũ ramuſculis racematim exeũt, parui, piloſi, odorati, albicãtes, è quibus minutũ oriť ſemẽ. Radicẽ habet lignoſam, multifidã minimi digiti craſſitudine. Tota planta odore ſpirat haud ingrato. LOCVS.

ARTEMISIA.

Dioſc. *Matt.* Magna ex parte in' montibus naſcitur. ¶Imo ferè vbique locorum.

QVALITATES.

Gale. 6. ſim. med. Excalfacit, & modice deſiccat. quòd autem ad calefactoriã attinet, exceſſus eſt ſecũdi. quod verò ad reſiccationem, aut primi intẽſi, aut ſecũdi incipiẽtis. eſt quoque & modicè tenuium partium.

VIRES.

Dioſc. Conuenienter adiicitur feruefacta in muliebres deſeſſus ad detrahendos mẽſes, partus, ſecundasque. Item ad pręcluſiones vuluæ, & eiuſdem inflammationes. calculos comminuit, remoratam vrinam ciet. Et menſes pubi illita pellit. ſuccus vuluę inditus ex myrrha, eadem quę inſeſſio trahit. Coma tribus drachmis eorundem eiiciendorum gratia ſumitur.

AMBROSIA, Græcis, Αμβροσία.] Italis, *Ambrosia.*

AMBROSIA.

FORMA.

Pusillus est frutex, numerosus trium palmorum altitudine, foliis rutę circa imum caulẽ exiguis, cauliculi seminibus, perinde quasi racemulis grauidi, qui nunquam florem pariunt, odore vinoso, suaui. Radice tenui, sesquipedali. DIOSC.

LOCVS.

Prouenit in montibus, & collibus, amęnis locis. *Matt.*

QVALITATES.

Cataplasmate imposita vim habet adstringentem, & repellentem.

VIRES.

Vis eius reprimere, ac repellere, & illitæ adstringere humores, qui in aliquam partem incumbunt. *Gal. 6. simp. me.*

AMBROSIA ALTERA.

Matt. Hanc plãtam Ambrosiam quoque nobis vocari libuit, quòd omnibus ferè notis Ambrosiam referat.

BOTRYS, Græcis, Βότρυς.] Italis, *Botri.*] Germanis, *Trauben kraut, & krotten kraut.*] Gallis, *Piiment : Migraine, Millegraine, ſeu Patience.*

BOTRYS.

FORMA.

Foliis prouenit Cichorij, aut quercus modo laciniatis, ſinuoſisq;, ramis numeroſis, tenuibus, ſemine copioſiſſimo, racemoſoque refertis. Plãta tota rufeſcit, & reſinoſo quodam ſucco madet, adeò vt comprehenſa manibus hereat, odorem quidem acrem ſpirat, & qui graueolentia quadam nares afficiat. non tamen ſine aliqua ſuauitate. *Matt.*

LOCVS.

Inuenitur in conuallibus, & in torrentium alueis. DIOSC.

QVALITATES.

Excalfacit, & ſiccat, aperit, incidit, abſtergit, & craſſa excrementa expectorat. *Matt.*

VIRES.

Pota orthopneas mulcet. ¶ Præſtat eadem ad omnes pectoris, & thoracis affectus pituitoſos, quinimo etiam ſuppuratos ad iuuat, quin etiã aſthmaticos, & ſuſpirioſos tum herba ipſa ex decocto dulcis radicis pota, tum ipſius herbę decoctũ pluribus diebus hauſtum, addito violaceo melle, aut ſaccharo. Purulenta expuentibus mirifi cè auxiliatur. Herba ipſa facit quoq; ad vteri cruciatus ſi in calenti tegula vino irrorata caleſiat, & ventri imponatur. Puerperarum à partu dolores mulcet. Conciſa, & in patella ex oleo lilino, & ouorum vitellis calefacta, vnà cum parthenij, & anthemidis floribus, adeo vt placentę formam recipiat, & deinde calida ventri illinatur. Suffiuntur eiuſdem herbę vapore vtiliter fœminæ ad menſes ciendos, & emortuos fętus eiiciendos. Herba ipſa arida veſtibus interpoſita à tineis, & blattis eas tuetur, & odoratas reddit. DIOSC. *Matt.*

NOMINA.

GERANIVM, Græcis, Γεράνιον.] Italis, *Geranio.*] Officinis, *Roſtrum Ciconiæ, vel Roſtrum gruis, vel Acus muſcata.*] Germanis, *Storcken ſchnabel.*] Hiſpanis, *Pico de cinguenha.*] Gallis, *Bec de Cicongne.*

GERANIVM.

GENERA.

Matt. Sex Geranij genera nobis reperta ſunt, vt inferius patebit. Dioſcoridi duo tantum habẽtur, Plinio tria.

FORMA PRIMI.

Matt. Geraniũ foliis eſt anemones, diuiſuris lõgioribus in vnoquoq; folio ſenis. Caulẽ mittit ab ipſa radice rectum, tenuem, geniculatũq;. Flores è geniculis in caule ꝓdeunt punicei roſarum ſylueſtrium ferè figura, ſed longè minores, & quinque tantum foliis referti, è quibus roſtrelli oriuntur inferna parte lunati. Radice nititur rotunda, nuce pontica maiore, ſubnigricãte, & dulci ſapore ꝑdita.

LOCVS.

Idem. Naſcit copioſum in Dalmatia incultis locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Radix drachmæ pondere in vino pota vuluæ inflationes diſcutit. ¶ Reficientibus ſe ab imbecillitate vtiliſſima eſt. Bibitur contra phthiſim drachma in vini cyathis tribus bis in die. Succus radicis auribus medetur, Epyſtotonicis ſemen drachmis quatuor cum pipere & myrrha potum, auxiliatur.

GERANIVM secundum. Italis, *Geranio secondo*.

GERANIVM II.

FORMA.

Foliis est maluę minoribus, pediculis tenuibus, longis, & subrubētibus: caulibus gracilibus, flexilibus, floribus puniceis, è quibus acuminati apices oriuntur, gruinis capitulis similes. Radicem habet tenuem, dodrantalē, & fibrosam. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur secus itinera, locis incultis, & in hortis. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Additur à Chirurgicis ī potionibus intrinsecorum vulnerum, & fistularum, quinetiam radicibus, & foliis ad recentia vulnera, & vlcera sananda, vtuntur. Fotu quoque vsurpantur ad articulorum dolores. *Idem*

GERANIVM tertium. Italis, *Geranio terzo*.

GERANIVM III.

FORMA.

Matt. Foliis viret cicutę minoribus, seu Myrrhidis proximis, minus tamen laciniatis, humi accubantibus, quę senescentia rubescũt. caules habet breues, rotundos, pilosos, rubentesque: in quorũ summitatibus spectantur flores punicei, parui, stellę figura, è quibus acuti oriũtur apices gruinis rostris similes, sursum spectantes, capitulis balaustij effigie. radice nititur candida tereti, ac dulci.

LOCVS.

Idem. Nascitur in ruderibus, circa sepes, secus itinera, & saxoso, & extenuato solo.

QVALITATES, ET VIRES.

Iisdem cum secundo genere viribus pollet.

GERANIVM quartum. Italis, *Geranio quarto*.

GERANIVM IIII.

FORMA.

Foliis assurgit cęteris grã dioribus, ranũculi æmulis, octonis, circunquaq; diuisuris, numerosis, humi accubantibus, prælongis, ac firmioribus pediculis, nitentibus. caules edit pinguiusculos, & articulatos, ramis copiosis, in quorũ cacumini bus, flores emicãt purpurei cęterorum maiores. Quibus flaccescentibus gruina (vt in cęteris) prodeunt capita, prono in summitate rostro, triplici apice in coronæ modum resciſſo. Radicem quoq; cęteris longiorem habet craſſiorem, robustioremque, colore rufescente, & lignosa intus matrice. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in pratis in Germania, & Boemia. *Idem*

FACVLTATES, ET VIRES.

Vulneraria est herba, & præsertim radix tam in potionibus addita, quàm exterius admota.

GERANIVM quintum. Italis, *Geranio quinto*.

GERANIVM V.

FORMA.

Matt. Folia promit pentaphylli modo diuiſa, magis tamen per ambitum ſerrata. ſubhirſuta, & prę lõgis pediculis, ipſisq; piloſis nitentia. caules habet dodrantales, tenues, & lanuginoſos. Flores ex purpura rufeſcẽtes, e quibus paruę, acutæq; oriũtur ſiliquũlæ, hirſutę, ac ſub aſperæ, in quibus ſemen concluditur. Radicem habet dodrantalem, ſed tenuem.

LOCVS.

Idem. Naſcitur arido ſolo.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Germanorũ medici hanc tritam recentemq; peculiariter commendãt ad Eryſipelas, ad inflãmationes mamillarum, & oris, & pudendorum vlcera.

GERANIVM ſextum, Italis, *Geranio ſeſto.*

GERANIVM VI.

FORMA.

Folia profert Altheę proxima, caules plures, lętos, geniculatos, hirſutos, flores paruos, rubentes, balauſtij effigie, è quibus roſtrata prodeunt capitula. Radix illi eſt ſeſquidodrā talis, digiti craſſitudine, quę humotenus rubeſcit. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in montibus, & præſertim in Baldo monte in agro Veronenſi. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Viribus præſtat vulnerariis, & iis omnibus, quibus, & cętera genera. *Idem.*

GNAPHALIVM, Græcis, Γναφάλιον.] Italis, *Gnafalio*.

GNAPHALIVM.

FORMA.

Matt. Gnaphalium planta eſt incana tota, tomentoſaque, caulibus compluribus fruticans, circa quos totos folia inſunt craſſiuſcula, oblonga, lanuginoſa, ac mollia : quæ verò in cauliũ ſummitate ſpectantur in roſę modũ orbiculata ſunt. Radicem habet multifidã, ac lignoſam.

LOCVS.

Idem. Prouenit raris in locis in Italia, & gaudet apricis, & ſiticuloſis.

QVALITATES.

Gale. 6. ſimp. me. Gnaphalium, ideo ſic nominatum eſt, quod foliis eius mollibus, ἀντίγναφάλιων, hoc eſt ꝓ tomẽtis vtantur. ſunt autem candida, & mediocriter adſtringunt, proindeque ſunt, qui ex vino auſtero dyſentericis propinent.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Bibuntur efficaciter folia ex vino auſtero ad dyſenteriam. ¶Quinetiam ad diarrheam, & cęliacas paſſiones. Proſunt quoque enterocellis in puluerem hauſta.

TYPHA, Græcis, Τύφη.] Italis, *Mazza ſorda.*] Germanis, *Moßkolben, ſeu Naren kolben.*] Hiſpanis, *Bohordo, ſeu Iunco Amacorocado.*] Gallis, *Mache, ſeu Maſſe de iunc.*

TYPHA.



FORMA.

Folium edit Cyperidi ſimi le, caulem album, leuẽ, æquabilem, florem in cacumine ambientem, denſum, qui in pappos ſoluitur, quod paniculam aliqui vocant. DIOSC.

LOCVS.

Gignitur in paluſtribus, & aquis ſtagnantibus. *Idem.*

FACVLTATES, ET VIRES.

Huius herbę flos ſuillo adipe eloto exceptus, ambuſtis medetur. *Idem.*

FILIPENDVLA, Italis, *Filipendula, Quibuſdam Oenanthe ſed falſo.*

FILIPENDVLA.

FORMA.

Matt. Foliis eſt numeroſis ab vno pediculo vtrinque ſeriatim dependentibus, pim pinellę ſiue ſanguiſorbę modo, magis tamen ſe ſe ſtipantibus, oblongis, & per ambitum denticulatis, caulibus ſeſquicubitalibus, in quorum faſtigiis flores ſunt albi, in vmbellæ ferè ſpeciem cohęrentes, atque odorati; Radices habet multifidas, funiculi modo exiles, ſed globulis numeroſis refertas perinde, ac in pæonia fœmina, ſed longè minoribus, oblongis, & rariuſculis.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in pratis, & herboſis locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Radix pota vrinæ remoratui, eiusq; ſtillicidio auxiliatur. Item renum, tum calculis, tum doloribus. Eadem ſtomachi inflationes diſcutit. Medetur ſuſpirioſis, & ægrè ſpirantibus, omnibusque in vniuerſum morbis, quos pituita excitauerit. Radicum ſiccarum puluis vtiliter inſpergitur comitialium cibis.

OENANTHE, Græcis, Οἰνάνθη.] Italis, *Enante*.

OENANTHE I.



FORMA.

Folia habet paſtinacæ, florem candidum, caulem craſſum, palmi altitudine, ſemen atriplicis. Radicem magnam in multa rotunda capitula extuberantem. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in petris. DIOSC.

QVALITATES, ET VIRES.

Semen, caulis, & folia cũ mulſo vino pota, ſecũdas eiiciunt. Radix ex vino vrinæ ſtillicidio conuenit. *Idem*

APPENDIX.

Si huic plantę caules ineſſent craſſi, aſſererem profectò legitimum eſſe Oenanthe.

OENANTHE secundum. Italis, *Filipendola seconda*.

OENANTHE II.

FORMA.

Matt. Foliis est pyrethri, aut pastinacæ syluestris non absimilibus, caule fœniculaceo, qui vmbellas in summitate gerat, è ramis dependentes. Radicibus per omnia filipendulę similibus.

LOCVS.

Idem. Prouenit in collibus, & locis à Sole illustratis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Creditur iisdem esse viribus, quibus filipendulā præstare diximus.

OENANTHE tertium. Italis, *Filipendola terza.*

OENANTHE III.

FORMA.

Folia promit Gingidij, caulem fœniculatum, ſtriatumque, è cuius ramis vmbellæ oriuntur cãdidę. Radicibus numeroſis filipendulę ſimilibus, ſed vegetioribus globulis. *Blatt.*

LOCVS.

Naſcitur in amœnis tractibus, & in mõtibus. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Nihil differt ſuis in viribus à præſcriptis. *Idem.*

NOMINA.

OENANTHE quartum. Italis, *Filipendola ſerpeggiante*.

OENANTHE IIII.

FORMA.

Matt. Herba eſt humi ſerpens, foliis tertij ferè ſimilibus, exilioribus tamẽ, & magis laciniatis; caule ſinuoſo, ſtriatoque. Capitulis in ſummitate hirſutis, in quibus ſemen. Radices mittit plures, rapunculi ferè effigie, non ſolum in ima caulis parte, ſed etiam in ramis, qui humi ſerpẽtes, radices quoque faciunt.

LOCVS.

Matt. Naſcit in incultis locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Et ſi nihil certi de eius viribus, nobis conſtet: putamus tamen à cęteris Filipendulis non multum differre.

APPENDIX.

Oenanthe, has plantas, ideo appellare libuit, quòd ita Filipendulam, cuius ſunt ſpecies, vulgares vocent. Atqui re vera nec œnanthe ſunt, nec eius ſpecies.

CONYZA, Græcis, Κονῖζα.] Italis, *Coniza, seu pulicaria.*] Germanis, *Geel muntz.*] Hispanis, *Attadegua.*] Gallis, *Herbe aux puces.*

CONYZA.

GENERA.

Tria eius habẽtur genera, maius, minus, & mediũ. DIOSC.

FORMA MAIORIS.

Foliis est oliuæ similibus, latioribus tamẽ, & frutice altiori, graui odore, hirsutis, pinguibus, caule binum cubitorũ, flore fragili, lutei coloris, q̃ in pappum abit. Radicibus supuacuis. *Idem.*

LOCVS,

Nascit̃ in cãpestrib⁹, ĩ collibus, & amœnis locis. *Matt.*

QVALITATES.

Conyza maior, & minor adsimilis sunt tũ tẽperaturę, tũ facultatis. Gustui amarę, & acris. Excalfaciũtq; admodum luculenter, adeo vt tertij sint ordinis excalfacientiũ, & desiccantiũ. *Gale. 7. simp. me.*

VIRES.

Frutex totus suffitu, substratuq; serpẽtes fugat, culices abigit & pulices necat. Folia conueniẽter illinunt̃ serpentium plagis, tuberculis, ac vulneribus. Flores, & folia cũ vino ad menses, partusq; eiiciendos bibuntur. Item contra vrinæ stillacidia. Arquatum morbum, & tormina, comitiales pota ex aceto adiuuant. Decoctum in desessionibus vuluæ affectibus medetur, impositus succus abortum facit. Herba ex oleo efficaciter horroribus oblinitur. DIOSC.

CONYZA minor, Græcis Κόνιζα μίκρα.] Italis, *Coniza minore*.

CONYZA MINOR.

FORMA.

Foliis prouenit alterius angustioribus, frutice breuiori, pedali longitudine, & odore quidē pręstātiori, cætera verò maiori similia habet.

LOCVS.

Prouenit secus itinera, in campestribus, & in amœnis.

QVALITATES, ET VIRES.

Gale. DIOSC. Adsimilis cum maiori est tēperaturæ: quinetiam facultatis.

CONYZA tertia, Græcis, Κόνιζα τρίτος.] Italis, *Coniza terza*.

CONYZA TERTIA.

FORMA.

Caule est crassiore, & mol liore, foliis mediæ inter maiorem, & minorem, amplitudinis, minime pinguis, multo tamē grauioris odoris, & iucundioris. DIOSC.

LOCVS.

Prouenit humectis locis. DIOSC.

QVALITATES, ET VIRES.

Potest omnia quę priores, sed imbecillius operatur. ¶Peculiariter autē auxiliatur siccæ farina dysentericis, si quotidc drachmæ duæ propinentur ex vino rubro austero. DIOSC. *Matt.*

HEMEROCALLIS, Græcis, Ημερόκαλλις.] Italis, *Hemerocalle, & Ciglio ſaluatico.*] Germanis, *Heydniſch Lilien.*] Hiſpanis, *Lirio amarilho.*] Gallis, *Lis iaune.*

HEMEROCALLIS.

FORMA.

DIOSC. Foliũ, & caulem habet Lilij, herbacei coloris, vt porrum. Flores in caule per ſingulos exortus terni, aut quaterni erũpũt lilij diuiſura, quoties de hiſcere cœperũt, colore per quàm pallido. Radix magna eſt, atq; bulboſa.

LOCVS.

Matt. Prouenit in ſegetib⁹, & cãpeſtribus inter vepres.

QVALITATES.

Gale. 6. ſimp. me. Hemerocallis radicẽ habet lilij radici ſimilẽ, non figura tãtum, ſed & viribus: prodeſt non ſecus atq; illa igni ambuſtis, quippe quæ leuiter digerẽtem facultatem habeat, & cum hoc repulſoriuum quiddam.

VIRES.

DIOSC. Pota radix, aut cũ melle, & lana in peſſo ſuppoſita, aquam educit, & ſanguinem. Folia trita mãmarum inflãmationes a partu contractas, oculorũq; collectiones mitigat. Radix, & folia igni ambuſtis vtiliter illinuntur.

HEMEROCALLIS altera, Italis, *Giglio ſaluatico ſecondo*.

HEMEROCALLIS ALTERA.

FORMA.

Alteram facie æmulatur, ſed radicem habet, quę pluribus, & paruis coagmẽtatur bulbis. quin etiã flores profert Martagi modo repandos, prioris hemerocallis colore, vt eius imago quã hic adiecimus palã demonſtrat. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in montibus. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Eadem præſtare poſſunt, tum radix, tum folia, quę prior.

LILIVM conuallium, Italis, *Lilio conuallio.*] Germanis, *Mey bluomlim.*] Gallis, *Muguet.*

LILIVM CONVALLIVM.



FORMA.

Matt. Folia profert, quadãtenus plãtaginis effigie, sed tenuiora, læuia, neruisq; carentia, cauliculos iũceos, triangulares, tenues, ac molles, obsequiososque, in quibus flores exeunt plures balaustij, aut arbuti florũ effigie: odore eximio, & per quã iucundo, è quibus baccæ enascuntur virides, quę per maturitatẽ rufescũt. Radices demittit laxas, longas, fibris, capillamentisque refertas, nullis adiacentibus bulbis.

LOCVS.

Idem. Nascitur in montibus, & in eorum conuallibus.

QVALITATES.

Idem. Flores excalfaciunt, attenuant, digerunt, prouocant.

VIRES.

Idem. Aiunt iuuare cor, atq; cerebrum, ac omnes principes facultates. Iccirco resolutis, comitialibus, cõuulsis, vertiginosis, veternosisque, animi deliquio laborantibus, & cordis pulsatione affectis inhibent. Item ægrè parturientibus stillatitiam florum aquam vtiliter potandam censent, & oculorum inflammationes eandem sanare putant.

CENSVRA.

Qui Lilium cõuallium Ephemerũ alterum faciũt, iis mẽs sana nõ est.

LEVCOIVM, Græcis, Λευκόιον.] Mauritanis, *Keiri, Cheiri, siue Alcheiri.*] Italis, *Viola bianca, gialla, & pauonazza.*] Germanis, *Gelb viola, siue Vuiß veil.*] Hispanis, *Violetas amarillas, & Violetas blanquas.*] Gallis, *Violers rouges, blanch, iaunes, seu Violetz.*

LEVCOIVM ALBVM, ET PVRPVREVM.



GENERA.

Tria Leucoij visuntur genera, nempe Album, Purpureum, & Aureum. *Matt.*

FORMA.

Prosiliunt omnia genera cubitali altitudine, ramosa, fruticosaque, caulibus brassicę exilioribus, sed foliorũ facie variant. Nãq; tam & si omnibus folia sunt oblõga, id tñ quod luteis exit floribus, foliis est lõgioribus, numerosioribus, viridioribus, ac magis in acutũ desinentibus. Cętera verò nempe album, & purpureũ folia gerunt breuiora, latiora, & minime mucronata, quinetiam supernè, infernèque canescentia. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis, & fictilibus ad exornãdas ędiũ fenestras. *Idem.*

QVALITATES.

Leucoij frutex vniuersus extergentẽ facultatẽ possidet, ac tenuium est partiũ, plus tamen flores, & inter hos q̃ sunt sicciores, magis etiam quã virides: Radices similis quoque sunt facultatis, nisi quatenus crassioris sunt essentiæ, & magis terrenæ. *Gale. 7. simp. me.*

VIRES.

Sicci flores oculorũ cicatrices crassas extenuant, tum mẽses quoq; decoctum eorum mouent, & secundas, fœtumq; emortuum elicit, & si bibatur viuum quoq; perimit, & abigens est medicamentum. Est. n. id vt si quod aliud amarũ. Sic decoctum eius si non merum fuerit, sed aqua mistũ veteri phlegmonas perfusum sanat. potissimum quæ diuturno tẽpore ad scirrhi modum induruere, sic cum cerato vlcera ægrè ad cicatricẽ peruenientia curat. Sunt verò etiã qui tũ melle ad oris vlcera adhibeant. Semen quoq; iisdẽ facultatibus p̃stat. Radices ex aceto illitę liences induratos sanant. Quinetiam phlegmonas in articulis induratas.

LEVCOIVM aureum, Græcis, Λευκοίον ὠχρὸν.] Italis, *Viola gialla*.

LEVCOIVM AVREVM.

FORMA.

Matt. Foliis eſt longioribus, numerofioribus, viridioribus, & magis in acutum deſinentibus. Flores edit luteos, odoratosque.

LOCVS.

Idem. Seritur paſſim in hortis, & fictilibus.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Præſtat ea omnia, quę cętera genera, ſed longè valentius. Ideoq; præcipui eſt in medicina vſus.

PHYLLVM, Græcis, φύλλον.

PHYLLVM.

GENERA.

Duum eſt generum θηλυγόνον, καὶ ἀρρενογόνον. DIOSC.

FORMA.

Telygonon prouenit muſci modo, folio oleæ, ſed colore magis herbaceo, caule tenui, breui, radice exili, florem album profert, ſemen papaueris maiuſculũ. Arrhenogonum verò cętera huic ſimile habet, ſolo fructu diſtat, habet. n. racemoſum quiddam deflorẽtibus oleis non diſſimile. DIOSC.

LOCVS.

In ſaxoſis naſcitur. *Idem.*

VIRES.

Arrhenogonon pota maſculini ſexus partus, vt teligonum fœminei, facere proditur.

TESTICVLVS, Græcis, ὄρχις, & ἀφρόδισον.] Mauritanis, *Chafi, Alchelb.*] Italis, *Teſticolo di cane.*] Officinis, *Teſticuli vulpis.*] Germanis, *Knaben kraut.*] Hiſpanis, *Coyon de perro.*] Gallis, *Coullon de Chien.*

TESTICVLVS.

GENERA.

Duo tantum genera Dioſcoridi recẽſentur. Sed re vera plura paſſim ſpectantur, vt ex iconibus hic ſeriatim appictis palam fiet.

FORMA.

DIOSC. Is qui Cynoſorchi, dicitur foliis exit circa caulem, & ima eius parte ĩ terra ſtriatis Oleę molli ſimilibus, lõgioribus, anguſtioribus, læuibus, caule dodrantali, floribus purpureis, radice oblõga oliuæ modo, anguſta, duplici ordine, ſuperiore quę plenior eſt, inferiore quę mollior, & rugoſior. Alter verò Serapias appellatus, foliis eſt porri, latioribus, oblongis, pinguibus ex alarũ ſinu inflexis, caule palmeo, floribus planè purpureis. Radice teſticulis ſimilę.

LOCVS.

DIOSC. Naſcitur in petroſis, & ſabuletis.

QVALITATES.

Gale. 8. ſim. med. Cynoſorchi vis ineſt humida, & calida, ac guſtantibus dulcior apparet. Cæterum maior radix multam videtur habere humiditatẽ excrementitiã, & flatuoſam. Altera verò, minor videlicet, cõtra admodũ elaborata eſt, ita vt eius tẽperamentũ ad calidius, & ſiccius vergat. Orchis verò, quem & Serapida nuncupant, ſiccioiem facultatem obtinet, quàm vt primi ordinis haberi mereatur.

VIRES.

DIOSC. Eduntur Cynoſorchis radices coctæ, vt bulbi, ex quibus ſi maiores edunt viri, mares generare dicũtur, ſi minorẽ fœminæ, alterum ſexum. Illius verò radix qui Serapias appellatur, illita tumores diſcutit, vlcera purgat, & ſerpere cadẽ nõ patitur, aboꝛet fiſtulas, & illitu inflammationes delet. Aridæ radices nomas inhibent, ſaniemque putredines, & oris vlcera cacoethe. Aluum ſiſtunt è vino potæ. De hac eadem, quę de Cynoſorchi produntur.

TESTICVLI SPECIES II. ET III.

FORMA.

Secundi, tertiiq́ue Teſticuli forma ex duabus his imaginibus circunſcribi poteſt. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in pratis montium, collibus, & herboſis paſcuis. *Idem.*

VIRES.

Vires cum cæteris vniformes habet.

TESTICVLI SPECIES IIII.

FORMA.

Matt. Ex hac imagine facile quiſpiã quarti teſticuli formam concipiet.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in montibus, & pręſertim in pratis.

VIRES.

Idem. Vires illi eædem ſunt quę, & cęteris.

TESTICVLI SPECIES V.



FORMA.

Folia gerit plantagini proxima, supernè striata, caulem dodrantalem, glabrum, lęuēque, flores spicatos, tum candidos, tū quandoque purpureos, radices (vt cęteri) duas oleæ magnitudine. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in montibus, herboso solo. *Idem.*

VIRES.

Ea omnia potest, quæ cęte- *Idem.*
ra genera.

PALMA Christi maior. Italis, *Palma di Christo maggiore*.

PALMA CHRISTI MAIOR.

GENERA.

Duum est genervm, Alterum maius, Alterum minus.

FORMA MAIORIS.

Matt. Maius folia habet allij, latiora, nigris infecta maculis, caulem rotundũ, læuẽ, florem spicatum, varium, in purpura albicantem, odore nõ ingrato. Radices duas, quę sanè caninos testiculos referrent, nisi processibus quibusdam, quasi digitis humanam manũ exprimere viderent.

LOCVS.

Idem. Nascitur in montibus, potissimũ in pratis, & herbosis locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Ea omnia præstat, quę canini Testiculi. Peculiariter autem radices potæ crassa corporis excrementa pellunt, faciẽq; detergunt. Dantur maniacis magno iuuamento, quin & in neruorum affectibus. Semen drachmę pondere in vino potum comitialibus conuenit. ¶Febrem quoq; quartanam curant radices duarum drachmarum pondere hausţę.

Nicolaus Florentinus.

PALMA Christi minor. Italis, *Palma di Christo minore*.

PALMA CHRISTI MINOR.

FORMA.

Foliis conſtat croci, caule dodrantali, iunceo, lęuiq́ue, in cuius cacumine flos emicat purpureus amarāthi ęmulus, ſaturatiori tamen purpura ſplendēs, qui recens odorem quàm ſuauiſſimum ſpirat. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in pratis altorum montium. *Idem.*

QVALITATES. ET VIRES.

Florum exiccatorum puluis datur vtiliter potandum dyſentericis, ex aqua in qua ferrum extinctum fuerit. Idē totius plantę ſtillatitiā aquam prę ſtare aiunt. *Idem.*

SATYRIVM, Græcis, Σατύριον.] Mauritanis, *Gasi álchaleb, siue Casi alchaleb, siue Tatarich.*] Italis, *Satirio, & Satirione.*

SATYRIVM.

GENERA.

DIOSC. Duum est generum, Primum quod Trifoliũ: Alterũ quod Erythronium vocant.

FORMA PRIMI.

Idem. Tria fert folia ad terram infracta, rumici aut lilio similia minora tamen, ac rubra, caulem cubitalem, nudum, florem Lilij effigie candidum. Radicem bulbosam, mali magnitudine, fuluam, intus vt ouum candidam, gustãti dulcem, & ori non ingratam.

QVALITATES.

Gal. 8. simp. me. Humidum, & calidũ temperatura est, quamobrem gustu quoque apparet dulce, attamen recrementitiam, & flatuosam humiditatem possidet, quo circa veneré incitat. Hæc verò & herbæ ipsius radix præstare potest.

VIRES.

DIOSC. Radix ex vino nigro austero pota confert Opisthotono laborantibus. Vtendum ea dum concumbendi incessit, cupiditas siquidẽ ea proniores ad venerem fieri affirmant.

SATYRIVM Erythronium, Græcis, Σατύριον ἐρυθρόνιον.] Italis, *Satirione Erithronio.*

SATYRIVM ERYTHRONIVM.



FORMA.

Semine prouenit lini si- DIOSC.
mile, maiore tamen, duro, lęui, splendente, quod fertur nō secus atq; scincus libidinem excitare. Cortice radicis gracili, rufo, intus autem album includitur, sapore dulci, ori non ingrato.

LOCVS.

Prouenit in Syria, vnde *Idem mihi*
mihi missum est. ¶ In *Matt.*
montosis & apricis nascitur.

VIRES.

Venerem, vt produnt, si DIOSC.
omnino manu teneatur, stimulat, eoque magis si bibatur.

HORMINVM, Græcis, Ορμινον.] Italis, *Horminio*.

HORMINVM.



GENERA.

DIOSC. Horminum duplex habetur, domesticum & syluestre.

FORMA DOMESTICI.

DIOSC. Planta est foliis marrubio similis, sed maioribus, caule semicubitali, quadrangulo, circa quem eminētiæ siliquis similes prodeunt, quæ ad radicem spectant. ¶ Flores edit in caule secundum folia per interualla prodeuntes purpureo colore, in quibus diuersum semen concluditur.

Matt.

LOCVS.

Idem Seritur in hortis.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Semen ad Venerē stimulandam bibi cum vino volunt. Purgat cum melle argemas, albugines que. Illitum ex aqua tumores discutit, eo etiam aculei ex corpore extrahuntur. Idem effectus est illitę herbæ.

HORMINVM ſylueſtre, Græcis, Ορμινον ἄγριον.] Italis, *Horminio ſalvatico.*

HORMINVM SYLVESTRE.

FORMA.

Folio eſt Saluiæ ferè ſimili, caule ſeſquipedali, aſpero, quadrangulo, ſubhirſuto, ſtriatoque, flore ſaluiæ, purpuraſcente, ſiliquis numeroſis in humum reflexis, in quibus ſemen rotundū, fuſco colore. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in cāpeſtribus, in pratis, ſecus itinera, & herboſis locis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Eadem omnia præſtat, quę de domeſtico ſcribuntur. *Idem.*

SCLAREA, Italis, *Sclarea, Scarleggia, seu herba di san Giouanni. quibusdam Matrisaluia.*] Germanis, *Schlarlac.*] Gallis, *Orual, seu Toutebonne.*

FORMA.

Matt. Foliis exit hormino quadruplo maioribus, ac latioribus, subasperis, crispis, humi accubantibus, caule sesquipedali, & quandoque maiori, hirsuto, firmo, quadrangulo, à cuius medio plures oriuntur rami. in q-bus spicati exeunt flores subpurpurei, odore eximio, & quadam cũ grauitate iucũdo, ex his calyculi oriũtur, in quibus habetur semen nigrum pellucidum, ac rotundum. Radice nititur multifida subnigricãte.

SCLAREA.

LOCVS.

Idem. Seritur in hortis, & viridariis.

FACVLTATES.

Idem. Excalfacit, attenuat, discutit, aperit, resoluit.

VIRES.

Idem. Folia ex aceto imposita, panos per se, vel cum melle discutit. Item foruncu los anteaquam acuminentur. Italæ mulieres seminis granum oculis caligantibus intromittunt, nec inde auferunt nisi caligine soluta.

APPENDIX.

Idem. Sclarea & si Dioscoridis Horminum non est, ego tamen Horminum maius, aut odoratum appellauerim.

SECVRIDACA, Græcis, Ηδύσχρον.] Vnguentariis, *Pelecinum.*] Italis, *Securidaca*.

SECVRIDACA MAIOR.

GENERA.

Duum est generũ, Alterum maius, Alterum minus. *Matt.*

FORMA MAIORIS.

Foliis exit ciceris, vndecim ex vno processu erumpẽtibus, cauliculos edit tenues, lentosque, floribus diluto colore, purpurascentibus vt in piso, sed minoribus. Siliquas habet quadãtenus falcatas, pressas, adunco cacumine, in quibus rursum concluditur semen ancipitis securis effigie. Vnde illi nomen. amaro sapore. Radice vnica nititur, paucis adnatis fibris. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in segetibus, & hordeis. DIOSC.

QVALITATES.

Hedysari semen colore rufum est, vtrinq; anceps, vti securis. Amarum, & subacerbum apparet. *Gal. 6. simp. me.*

VIRES.

Semen haustum stomacho vtile, cum melle ante coitum subditum cõcipiendi spem adimit. Additur in Antidotis. ¶Viscerum obstructiones expurgat. Idem prẽstant totius fruticis ramuli. DIOSC. *Gal. ibid.*

SECVRIDACA minor, Græc. πδύσαρον μικρόν.] Italis, *Securidaca minore.*

SECVRIDACA MINOR.



FORMA.

Matt. Maiori ferè adſimilis eſt, folia tamē minora ſpectantur, numeroſiora, & in cacumine retuſa. Quin etiam & caules, & rami & cęterę quot quot ſunt partes minores habentur. Flores edit alteri haud abſimiles, ſed puſillos, è quibus cornicula proueniunt rotunda, incurua, acuminato cacumine, quæ per maturitatem rufeſcunt. Semen in his contentum alteri ſimile eſt, ſed minus, ac tenuius.

LOCVS.

Idem. Naſcitur & ipſa inter ſegetes in agris.

QVALITATES, ET VIRES.

Ea omnia, quæ maiori aſcribuntur, ea quoque in minori reperiuntur.

ONOSMA, Græcis, ὄνοσμα.] Italis, *Onoſma*.

ONOSMA.



FORMA.

Oblonga folia habet, anchuſę modo, longitudine quatuor digitorum, & vnius latitudine, mollia, in terra iacẽtia, ſine caule, ſine ſemine, ſine flore. Radice nititur oblonga, tenui, infirma, rubeſcente. DIOSC.

LOCVS.

Gignitur in aſperis. *Idem.*

QVALITATES.

Onoſma ex acri, & amara conſtat ſubſtantia. *Gale. 6. ſim. med.*

VIRES.

Folia ex vino pota partus extrahunt. Prægnans ſi eam ſupergradiatur abortum facere dicitur. DIOSC.

NYMPHAEA, Græc. Νυμφαία.] Maur. *Nilofar, seu Nilufar.*] Barb. *Nenufar.*] It. *Nimphea.*] Ger. *Gelb, Vuaſſer ſeol Vuornē, & Haaruurtz.*] Hiſ. *Eſcudetes del rio, et Higos del rio.*] Gal. *Blanc de eau, ſiue Lunet de eau, ſiue Lis de ſtagn.*

GENERA.

Matt. Tria eius habētur genera, duo magna, alterū quidē albū, alterū Luteū, & tertiū, qđ paruū appellatur.

NYMPHAEA ALBA.



FORMA ALBAE.

DIOSC. Foliis eſt fabę Ægyptię, minoribus, & lōgioribꝰ, aliis ī ſumma aqua, aliis demerſis, pluribus ex ea dē radice ꝓdeūtibus. Flore albo, Lilio ſimili, & in medio crocos habente, cū defloruerit, vt rotundū malū, aut papaueris caput extuberat, nigro ſemine, dēſo, & lato, lēti guſtus. Caulis eſt læuis, niger, minime craſſus, Ægyptię fabę cognatus. Radix nigra, craſſa, ſcabra, clauę ſimilis.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in paludibus, & ſtagnantibus aquis.

QVALITATES,

Gal. 8. ſimp. me. Nymphæ tū radix, tū ſemē deſiccādi vim habet, citra morſum. Porrò nō nullā etiam abſtergendi vim obtinet.

VIRES.

DIOSC. Sicca cū vino pota cæliacis, dyſentericisq; auxiliat, & Lienē abſumit. Radix ſtomachi, & veſicæ doloribꝰ illinit, vitiligines ex aqua emēdat, impoſita cū pice alopeciis medet. Eadē cōtra veneris inſomnia bibit.

Matt. ¶ Paratur è floribus oleū ipſis in eo inſolatis, quo vtuntur medici vbi refrigerare ac humectare ſit opus. Soporiferi.n. quidpiā illi ineſt, folia recentia renibus admota ſeminis profluuia ſiſtunt..

NYMPHAEA altera, Græcis, Νυμφαία ἑτέρα.] Italis, *Nimphea gialla*.

NYMPHAEA LVTEA.



FORMA.

Foliis est antedictæ, radice alba, scabra, flore luteo, nitēte roſę ſimili. DIOSC.

LOCVS.

Prouenit & hæc in ſtagnis, lacubus, & paludibus. *Matt.*

QVALITATES.

Deſiccandi vim habet tū ſemen, tum Radix citra omnem morſum, & non nihil abſtergunt. *Gale. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Huius ſemen, & radix contra fœminarū profluuia efficaciter ex vino nigro bibuntur, cętera cum altera paria ſunt. ¶Attamen huius radix ad mulierū profluuia imbecillior. DIOSC. *Gal.*

CENSVRA.

Qui putant Arabum, & Græcorum Nympheas diuerſas eſſe plantas, proculdubio hallucinantur.

NYMPHAEA parua, Græcis, Νυμφαία μίκρα.] Italis, *Nimphea piccola*.

NYMPHAEA PARVA.



FORMA.

Matt. Foliis eſt aliarum facie ſimilibus, ſed braſſicę marinę paulò maioribus. Flore candido, capitulis exiguis, vt in cappari, ſemine intus papaueris magnitudine.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in Lacubus, & paludibus, circa eorũ litora, in aqua tamen, nec alibi eam videre licuit præterquã in Boemia.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Imbecillioribus longè viribus eſt quàm cætera de quibus diximus.

ANDROSACES, Græcis, ἀνδροσάκες.] Italis, *Androſace*.

ANDROSACES.



FORMA.

Androſaces herba eſt ama ra, tenues ſpargens iũcos, ſine foliis, folliculos in capitibus habẽs, in quibus ſemen continetur. DIOSC.

LOCVS.

Gignitur in Syriæ maritimis. *Idem*

QVALITATES.

Androſaces humida, & acris herba eſt. *Gal. 6. ſimp.me.*

VIRES.

Ea drachmis duabus ex vino pota hydropicis copioſam vrinam ciet: eundem effectum prẹſtat, & ſemen potum, & herbẹ decoctum: podagris vtiliter illinitur. DIOSC.

ANDROSACES ALTERA.

Matt. Sunt qui putent hanc plã tam Androſacem legitimam eſſe, quod è Syriæ maritimis allatam ſciant. Verùm cum folia in ſummitate gerat, non poſſum ego facilè eorum ſubſcribere placitis, eam tamen hic excudi curauimus, vt aliorum quoq; ſit iudicium.

ASPLENVM, quod Scolopendriũ aliqui vocãt, Græcis, Ἀσπλήνιον.] Mauritanis, *Scolofendrion, siue Sculufendrium*.] Offici. *Cetrach.*] Ital. *Asspleno, & Cetrach, seu herba indorata.*] Hisp. *Doradilha.*] Gallis, *Cetrach.*

ASPLENVM.



FORMA.

Foliis est multis scolopendræ animali similibus, ab radice vna prodeuntibus, nec caulẽ, nec florẽ, nec semen habet. Folia polypodij modo diuiduntur, subterflauescẽtia, hirsutaque, supernè viridia. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in parietibus, saxisque siliceis (oppidorum meniis) & opacis. DIOSC. *Matt.*

QVALITATES.

Asplenũ tenuium quidem partiũ, nõ tamen calida herba est, hac vtique ratione, & lapides frangit, & lienes liquat. *Gale. 6. sim. med.*

VIRES.

Folia in aceto feruefacta, & per dies quadraginta pota, lienem absumunt. quibus etiam contritis lienem ex vino illini oportet, strãguriæ, & regio morbo prodest, singultum sedat. Calculos in vesica cõminuit, conceptum adimere creditur per se aut cum Muli liene appensa. Tradunt nocte silente Luna huius rei gratia effodienda. ¶ Ponitur in decoctis, quæ ad melancholicos paranturmorbos. DIOSC.

HEMIONITIS, Græcis, Ἡμιονῖτις.] Italis, *Hemionite*.

FORMA.

Dios. Foliũ emittit dracunculi, lunatum, radicibus cohęret multis, tenuibus, nunquam florem, neq; semen, neque caulẽ gignit, austero tota plãta sapore.

LOCVS.

Dios. Nascitur in petrosis. Itaq; Romæ nasci eum scribunt prope magnũ amphiteatrum, quibusdã in ruderibus, aut ædificiorum ruinis.

QVALITATES.

Gal. 6. simp. me. Adstrictionem simul & amaritudinem possidet.

VIRES.

Ex aceto pota lienem absumit.

HEMIONITIS.



Italis, Sferra cauallo, ita appellatur, quòd equis calceos ferreos calcata extrahat, Chymistis Lunaria minor. Quibusdam securidaca etiam nuncupatur.

SFERRA CAVALLO.

FORMA.

Foliis exit minori Securidacæ proximis, pusillis, cordisq; facié referentibus, incurua secundum longitudinẽ excurrente linea, pluribus vtrinque è lõgo pediculo emergẽtibus siliquis oblongis, pressis, numerosis, altera parte sinuatis incisuris diuisis, foraminũ rotundorum speciem referentibus, prominẽte vtrinque orificio. Caules habet angulosos, striatosque ramulis numerosis refertos, semen è siliquis prodit lunatim, bicorne. Vnde apud chymistas Lunariq; nomen adinuenit. *Matt.*

LOCVS.

Oritur in altis mõtibus. *Idem.*

QVALITATES.

ET VIRES.

Nullum quod sciam habet in medicina vsum, quãuis non desint herbarij, qui eam in potionibus vulnerum addant. Chymistæ hac tantum ex argento viuo argentum purum fieri fabulantur. *Idem.*

NOMINA.

LVNARIA minor, ſiue Lunaria Botrytis. Italis, *Lunaria del grappolo.*

LVNAARIA MINOR.



FORMA.

Matt. Caule conſtãt ſimplici, dodrantali, rotundo, lẽto, gracili, e cuius medio in latus ramuſculus exit coſtæ effigie, cui folia inſunt vtrinque ſeptem, aut plura, lunata, craſſa, firmaque braſſicæ marinę modo. flores profert in ſummitate caulis oxalidis minoris modo, ſemine rufo, rotũdo, ĩ vuæ modũ racematim cohærente.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in altis montibus herboſo loco.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Vulneraria eſt planta, efficaxque vulneribus recentibus glutinandis. ſanat pota intrinſecas corporis fracturas, & extrinſecas quoque illita, quare miris celebratur laudibus ad puerorum enterocellas. Datur vtiliter, cõmodeque dyſentericis, planta tota in puluerem contrita ex vino auſtero pota. Albas vteri fluxiones ſupprimit, quemadmodum, & rubentes.

CHAMAEMELON, Græcis, Ανθεμις.] Italis, *Camamilla.*] Germanis, *Camillen.*] Hiſpanis, *Manzanilla.*] Gallis, *Camenima, & Camomille.*

ANTHEMIS SIVE CHAMÆMILLA.

FORMA.

Rami ſunt illi dodrãtales, & ſæpe maiores, frutico ſi, alis multis, cõcaui, tenuibus foliolis, paruis, numeroſis, rotundis capitulis, floribus in medio aureis, forinſecus orbiculato ambitu candidis, & odoratis. DIOSC.

LOCVS.

Prouenit iuxta ſemitas in aruis, inter ſegetes & in pratis. DIOSC.

QVALITATES.

Chamęmelũ tenuitate quidẽ roſæ perſimile eſt, calore verò ad olei facultates magis accedens, animali tum familiares, tũ temperatas, quapropter laſſitudinibus, ſi quid aliud confert, doloresq; ſedat, mitigatque. Præterea tẽſa remittit, & laxat quæque mediocriter dura ſunt, emollit, quæque conſtipata rarefacit, excalfacit, & deſiccat ordine primo. *Gal. li. 4. & 6. ſim. med.*

VIRES.

Potu, & inſeſſione mẽſtrua pellit, partus, vrinã, calculosque aduerſus inflationes, & ilei tormina bibitur. Bilẽ ſuffuſam expurgat, iocinoris vitia ſanat. Eius decocto veſicę fouẽtur, & renes in calculi dolore, vrinã ciet, Ægilopis illita medetur, cõmãducata vlcerũ eruptiones in ore ſanat. In ſumma omnibus ferè humani corporis morbis medetur.

ADONIS.

Matt. Sunt qui hanc plantam, quam quidam Virgilij Adonidem vocant, eam chamęmeli ſpeciē faciant, quæ flore purpureo prouenire aſſerit Dioſcorides. Sed proculdubio fallūtur, quòd ipſiuſmodi Anthemidis flores in medio aureo ſint colore, & per ambitum, vt in Amello.

PARTHENIVM, Græcis, παρθένιον.] Officinis, *Matricaria.*] Ital. *Matricaria, ſeu Amarella.*] Germ. *Muoter kraut, ſiue Mettram.*] Gal. *Matricaire.*

PARTHENIVM.



FORMA.

Foliis exit coriãdri, tenuibus, flore perambitũ albo, intus melino, odore ſubuiroſo, ſapore amaro. DIOSC.

LOCVS.

Seritur in hortis, ac etiam ſponte naſcitur. *Matt.*

QVALITATES.

Excalfacit, ſiccat, aperit, abſtergit, prouocat, reſoluit, flatus pellit. *Idem.*

VIRES.

Siccatum cum aceto mulſo, aut ſale potum, non ſecus atq; epithymũ bilem, & pituitam detrahit, ſuſpirioſis prodeſt, & melancholicis. herba ſine floribus pota calculoſos, & anhelatores iuuat. Valet decoctũ ad inſedendum in duritia vuluarum, & inflãmationibus. Illinitur ſacro igni & in collectionibus cũ flore. ¶Epotus ſuccus drachmæ pondere cũ ſac caro ventris tineas perimit. illitus impetigines, alphos, & lentigines emaculat. Peculiariter autem auxiliatur omnibus vteri affectibus, quos flatus, aut pituitoſus humor excitauerit. menſes ciet, & ſecundas. calefit recens ſuper tegula: & irrorata vino ventri illinitur contra vteri dolores. DIOSC. *Matt.*

TANACETVM, siue Athanana, Italis, *Tanaceto siue Daneda.*

TANACETVM.

FORMA.

Matt. Folia gerit maioris millefolij ęmulis, aliquanto tamen maioribus, amaro sapore, & odore graui, caulibus bicubitalibus, floribus melinis, aureis globulis similib⁹, vmbellatim quadantenus micantibus. Radice nititur vnica complurib⁹ adnatis fibris.

LOCVS.

Idem. Prouenit in hortis, ac etiã alibi sponte per se nascitur.

QVALITATES.

Idem. Excalfacit, exiccat, abstergit, aperit, flatus pellit.

VIRES.

Idem. Alui, vẽtriculi, & vteri flatus discutit. Lumbricos pellit, vrinã ciet, & mẽses, calculos eiicit, obstructiones viscerum aperit.

BVPHTHALMVM, Græcis, Βούφθαλμον.] Latinis, *Oculus bouis.*] Italis, *Buphthalmo, ſiue Occhio di bue.*] Arabibus, *Bihar.*] Germanis, *Rinds aug.*] Gallis, *Oiel de Beuf.*

BVPHTHALMVM.

FORMA.

Caules emitit tenues, molles que, folia fœniculi, luteum florem, anthemide maiorem, oculi ſimilitudine, vnde nomen traxit. DIOSC.

LOCVS.

Circa oppida naſcitur, & in campeſtribus. *Idem*

QVALITATES.

Flores anthemidis floribus ſimillimi ſunt, ſed multo illis tum maiores, tum acriores, proinde & vehementius diſcutiunt. *Gal. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Flores cum cerato triti tumores, duritiasque diſcutiunt. Aiunt epotã herbam poſt exitum à balneis, Regio morbo correptis colorem tractu temporis reddere. DIOSC.

BELLIS maior, Italis, *Primo fiore maggiore, ſeu Fiore di prima vera, nonnullis primula veris maior.*

GENERA.

Matt. Complura Bellidis habẽtur genera.

FORMA MAIORIS.

Matt. Folia gerit propè radicẽ, quercus modo ſerrata humi accubantia, craſſiuſcula, robuſtaque, ſed quæ in caule ſunt anguſtiora, ac longiuſcula ſpectantur ſenecionis quodãtenus æmula, cõplures ab vna radice emittit caules, cubitales, teretes, robuſtos, è quorũ ſummis partibus flores exeunt anthemidis, aut parthenij maiores, qui æſtate ferè tota perdurant, colore intus aureo, & pambitũ cãdido. Radix illi eſt multifida, haud valde deſcendens.

LOCVS.

Idem Naſcitur in paſcuis, pratis, ſecus itinera, & in agrorum marginibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Præſtãt flores ad ſtrumas & caluariæ fracturas, qui etiam ad thoracis vlcera, quę in eius cauitatem penetrarunt in quẽ vſum Bellim in potionibus addunt. Sunt qui omnia genera cõmendent ad Iſchiadicos, & reſolutos, commãſa folia ſanãt cũ oris, tũ linguę exulceratas puſtulas. Eadem tuſa genita liũs inflãmationes extingunt ac etiã reſoluunt. Herba ipſa recens ex oleo, & aceto deuorata, aluũ adſtrictam lenit. Id quod etiam præſtat ex iure pinguium carnium decocta, & vnà cum iure ſumpta.

BELLIS MAIOR.

BELLIS minor, Italis, *Primo fiore minore, fior di primauera.*] Germanis, *Maſz lieben.*] Gallis, *Marguerites, ſeu Paſquette.*

BELLIS MINOR.

FORMA.

Foliis prouenit alterius minoribus, minime ſinuatis, humi accubãtibus, cauliculos ędit tenues, obſequioſos, rotundos, dodrãte minores. Radicem alteri longè minorem multifidamque. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in pratis, & paſcuis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Præſtat omnia quæ maior. *Idem.*

BELLIS minima, Italis, *Margarite, & fiori di primauera gentili.*

BELLIDIS TRES SPECIES.

GENERA.

Matt. Pluribus ſpectantur generibus, quæ florum varietate dignoſcuntur.

FORMA.

Idem. Folia tam & ſi in omni genere habeantur longiuſcula, & craſſiuſcula, ſolo procumbentia, atque per ambitum ſenſim ſerrata, flores tamen coloribus, & foliorum ſtipatu inter ſe variant. Siquidem in vno genere centro tenus aurei, & per ambitum rubentes cernuntur, in altero verò ex candido rufeſcentes, aut verſicolores. Sunt etiam qui intus rubeſcant, & in ambitu albicent, quin etiam in quodam genere flores habẽtur exilibus admodum foliolis ipſiſque verſicoloribus adeo vbique ſtipati, vt ſericinos floccos penè referant.

LOCVS.

Idem. Seruntur in hortis, & fictilibus ad coronamenta.

QVALITATES, ET VIRES.

Omnia genera paribus viribus pollent.

PAEONIA, Græcis, Γλυκυσίδη, *seu* παιωνία.] Arabibus, *Feonia.*] Italis, *Peonia.*] Germanis, *Peonien.*] Hiſpanis, *Roſa del monte, ſeu Roſa albardeira.*] Gallis, *Piuoine, ſeu Pynoine*.

PAEONIA MAS.

GENERA.

Duum eſt generum, Mas, & Fœmina. DIOSC.

FORMA MARIS.

Mas folia iuglandis habet. Radix ei ineſt digitali craſſitudine, & palmi longitudine, alba, guſtu adſtringens: Flóres & fructus fœminæ ſimiles. *Idem*

LOCVS.

Prouenit in altiſſimis mõtibus, & præruptis. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Iis tum qualitatibus, tum viribus præſtat, quarũ & fœmina, de qua ſtatim dicetur. *Matt.*

PÆONIA fœmina, Græcis, Γλυκυσίδη, *siue* Παιονία τήλεια.] Italis, *Peonia fœmina*.

PÆONIA FOEMINA.

FORMA.

DIOSC. Folia Smyrnij more diuiduntur. flores mittit ſummo caule grandes, è quibus ſiliquæ oriuntur amygdalis ſimiles, in quibus cum dehiſcũt multa grana exigua, rubra, acinis punicorum ſimilia, inueniuntur. Radices habet ceu glandes circiter ſeptem, aut octo, vt in haſtula regia.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in altis montibus, ſaxoſis, & præruptis locis.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Radicem habet leuiter adſtringentem, quadam cum dulcedine, & ſi pluſculum dentibus mandas, acrimoniam item quampiam ſubamarã ſubeſſe percipies. Expurgat porrò etiam iecur obſtructũ, & renes, præſertim quæ acri & ſubamara eſt. Eſt autem facultate omnino reſiccatoria vehementer, haud tam inſigniter calida, ſed aut a ſymmetrum, aut paulò calidius temperamentum attingens eſt.

VIRES.

DIOSC. Sicca radix fœminis, à partu non purgatis datur, ciet mẽſes, amygdalæ magnitudine pota, ventris doloribus cum vino hauſta auxiliatur, valet contra regium morbum, & renum, & veſicę dolores decocta in vino alaum ſiſtit. Rubra grana, rubentes menſes ſiſtunt decem, aut duodecim pota ex vino auſtero, ſtomachicis, & eroſionibus ea eſſe prodeſt. a pueris pota initia calculorum eximunt, grana nigra auxiliantur nocturnis ſuppreſſionibus, Vuluæ ſtrangulationibus, atque doloribus. xv. numero pota in aqua mulſa, aut vino. ¶ Præſtat collo ſuſpenſa Radix comitialibus pueris, & pota capitis affectibus auxiliatur, & idem facit ſemen.

Gal. 6. ſimp. me.

LITHOSPERMVM, Græcis, Λιθόσπερμον.] Mauritanis, *Kulb, Culb, Calt, ſeu Calab.*] Italis, *Lithoſpermo.*] Germanis, *Meerhirſz, ſeu Stain ſomen.*] Gallis, *Gremil, ſeu Herbe aux perles.*

LITHOSPERMVM MAIVS.

GENERA.

Duo eius habentur genera, Maius, & minus. *Matt.*

FORMA MAIORIS.

Foliis eſt oleæ lõgioribus, & latioribus, molliori-busq; humi iacẽtibus, quę ab radice exiliunt. ramulis rectis, tenuibus, firmis, craſſitudine acuti iunci, humi repentis, lignoſis, in quo rũ cacumine bifidi exortus cauliculorum ſpeciẽ exhibent, foliis lõgis, inter quæ paruum ſemen erui magnitudine lapidea duritia. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit exoluto ſolo, & propè ſepes. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Semen cum vino albo potum calculos frangit, & vrinam pellit. DIOSC.
¶Semen datur vtiliter potandum diebus pluribus ſeſquidrachmę ſemidrachma, & ſuccini ſcrupulis duobus ex ſucco plantaginis, aut portulacæ, aut lactucę ad gonorrheam cohibendam. *Matt.* pondere, addito Aſplenis

LITHOSPERMVM minus, Officinis, *Milium ſolis.*] Græcis, Λιθόσπερμον μικρὸν.] Italis, *Lithoſpermo minore, Miglio ſaluatico, ſeu Milium ſolis.*] Germanis, *Klein men hirſe, ſeu Stein ſomen.*

LITHOSPERMVM MINVS.

FORMA.

Matt. Planta eſt fruticoſa, caulibus pluribus referta, ſeſquipedalib⁹, lignoſis, firmis, in qbus folia inſunt oleę minora, & ſemē circa foliorū exortū, albū, milij ſimillimum, pellucidumque, ſed lapidea ferè duritie. Radices habet tenues, numeroſas q;.

LOCVS.

Idem. Naſcitur arido, & ſabuloſo ſolo.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Non minus ad ea omnia eſt vtile, quàm maius, peculiariter autem iuuat fœminas ęgrè parturientes, ſi fœminis drachmæ duæ in puluerem contriti ex humano lacte propinentur.

PHALARIS, Græcis, Φάλαρις.] Italis, *Falari.*

PHALARIS.

FORMA.

Cauliculos emittit zeę cul mis ſimiles, minutis, ac nullius vſus radicibus: multis, duũ palmorũ, geniculatos, graciliores, validiores, ac dulces, ſemen candidum, in ſpicatis capitulis, oblongum, milij magnitudine. DIOSC.

LOCVS.

Seritur in Italia, ſpectaculi gratia. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Tunditur, & in aqua, aut vino ſuccus, & ad veſicæ cruciatus valiſſimè bibitur: Semen cochlearis menſura potum ad eadem efficax eſt.

RVBIA ſatiua, ſiue Do meſtica, Græcis, Ερυθρόδανον.] Arabibus, *Paue, ſeu Fue, Alſabagin.*] Italis, *Robbia.*] Germanis, *Ferberroet.*] Hiſpanis, *Ruuia.*] Gallis, *Garence.*

GENERA.

Dioſc. Duo eius ſunt genera, vna ſpõte prouenit, altera ſerit.

FORMA SATIVÆ.

Idem. Caules illi ſunt aſperi, & quadrãguli, longi, aparinę nõ diſſimiles, robuſtiores, & multo prorſus maiores, foliis per interualla circũ articulos ſtellatim decuſſatis. ſemẽ rotũdũ, inter initia viride, mox rubrũ, poſtea cũ maturuerit nigrũ. Radix tenuis, lõga, rubra.

LOCVS.

Matt. Seritur quibuſdã in locis in cãpis. in Ethruria tamẽ do meſtica ẽt ſponte naſcitur ſecus itinera, ſepes, & fruteta. QVALITATES.

Gale. 6. ſim. med. Radix acerba guſtu eſt, & amara. Itaq; Iecur, & lienẽ expurgat, vrinã trahit craſſam, & ſanguinolentã, & mẽſes, ac mediocriter abſtergit. VIRES.

Dioſc. Radix vrinã ciet, qua de cauſa regio morbo opitulat, ex aqua mulſa pota. Item Ilchiadicis, & reſolutis, craſſam, copioſamque vrinã pellit, nõnunquã & ſanguinẽ. bibẽtes tamẽ quotidie lauare oportet, & excrementorũ quæ reddũtur differẽtiã ſpectare. Ramuli cũ foliis ex vino poti, prẽſtãt aduerſus ſerpẽtiũ morſus, ſemẽ ex aceto potũ lienẽ abſumit. Impoſita radix trahit menſes, & ſecundas. Illita ex aceto albæ vitiligini medetur.

RVBIA SATIVA.



RVBIA ſylueſtris, Græcis, Ερυθρόδανον ἀγρίον.] Italis, *Robbia ſaluatica.*

wild madder.

RVBIA SYLVESTRIS.

FORMA.

Caules, & folia minora lõgè ſpectãtur quàm domeſticæ, & minus quoque aſpera. Radix etiã illi eſt nõ adeo rufa, multifida, tenuisque. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit ſylueſtris locis, ſecus itinera, in frutetis & propter ſepes. *Idem.*

Eius vires longè imbecilliores ſunt quàm domeſticæ. *Idem.*

LONCHITIS aſpera, Græcis, Λογχῖτις τραχεῖα.] Italis, *Lonchite aſpera.*

LONCHITIS ASPERA MAIOR.



GENERA.

Matt. Duo eius reperiuntur genera, Maius, & minus, quãuis Dioſcorides vnius tantũ meminerit.

FORMA.

Matt. Foliis eſt Scolopẽdrij proximis, longioribus tamen, ac magis diuiſis, & ad polypodij faciẽ potius accedentibus, ſpitamæ longitudine, vtrinque diſparib⁹ inciſuris diſſectis, tenuibus, aculeatisque denticulis circũſerratis, ac vbique aſperis, vnde illi nomẽ. caulẽ nõ profert, nec flores, neque ſemẽ, perinde ac polypodium, & aſplenum, quorũ imaginẽ refert. Radice nititur multifida tenui Phyllitis; modo.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in vmbroſis, opacis, & humectis locis.

QVALITATES.

Gale. 7. ſimp. me. Folia ad glutinanda vulnera vtilia ſunt, cum ſunt adhuc viridia, ſicca tamen ex aceto pota lienes induratos ſanant.

VIRES.

DIOSC. Vulneribus mirum in modum prodeſt, in eisque inflammationes excitari non patitur. ex aceto pota lienem aſſumit.

LONCHITIS aſpera minor. Italis, *Lonchite aſpra minore*.

LONCHITIS ASPERA MINOR.



FORMA.

Mitiora, tenuiora, anguſtioraq; folia promit, & magis Polypodio ſimilia, hirſuta, & aſpera. *at*

LOCVS.

Naſcitur in opacis, & frutetis, vliginoſo ſolo. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Herba eſt, & ipſa vulneribus glutinandis, lienibusque abſumẽdis idonea, perinde ac altera. *Idem*

NOMINA.

PSEVDOLONCHITIS, Italis, *Lonchite aſpra falſa.*

PSEVDOLONCHITIS ASPERA.



ALTHEA, Græcis, Αλθαία, & Εβίσκος.] Italis, *Maluauiſchio*.] Mauritanis, *Chitini, Chatini, ſiue Chatmiæ, ſiue Roſa zaueni.*] Germ. *Ibiſchis & Heyluurtz.*] Hiſp. *Hierua Cannamera, ſiue Marmaie.*] Gall. *Guymauue.*

ALTHEA.

FORMA.

Althea quam alij Ibiſcum vocant, in maluatũ ſylueſtrium genere eſt, cui folia vt Cyclamino rotũda ſunt, lanugine caneſcunt, flore roſaceo, caule bicubitali, tricubitalive. Radice lenta, intus alba. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in campeſtribus, humecto ſolo. *Matt.*

QVALITATES.

Facultatem habet digerendi, laxandi, phlegmone leuandi, mitigandi, concoquendi. Radix porrò eius, & ſemen cętera quidem ſimiliter agunt, vt herba viridis, ſed tenuiarum partiũ, magisq; exiccatoria. ad hæc magis abſterſoriam quàm illa facultatem oſtendunt. *Gal. 6. ſimp. me.*

VIRES.

In vino aut aqua mulſa decocta, & per ſe cum imponitur tuſa efficax eſt contra vulnera. Præſtat itẽ ad ſtrumas, parotidas, abſceſſus, mãmarũ inflãmationes. Siquidem diſcutit, excoquit, rũpit, & ad cicatricẽ perducit. Cocta (vt dictum eſt) ſuillo aut anſerino adipe adiecto terebinthinæve, vt malagmatis lentor fiat, facit ad vuluæ inflãmationes, præcluſionesq; in peſſis ſubdita. Decoctum eodem fungitur munere, onera vuluæ reliquiasq; a partu extrahit. Decoctæ radicis ſuccus ex vino potus ſuccurrit vrinæ difficultati, calculoſorũ cruditatibus, dyſenterici, iſchiadicis, tremulisque. Dentium dolorem mulcet cũ aceto decocta, colluto inde ore. Viride ſemen, ſiccũq; tritum vitiligines, ſub Sole peruncta emendat. Eodem cum oleo, & aceto peruncti à venenatis non feriuntur. Valent contra dyſenteriã, ſanguinis reiectiones, aluiq; profluuiũ. Bibitur in poſca, aut vino contra omnes veſparum, apum, ſimiliũq; aculeatorum ictus. DIOSC.

NOMINA.

ALTHEA altera, quibuſdam Abutilon vocatur. Italis, *Maluauiſchio baſtardo.*

FORMA.

Matt. Folia habet cucurbitę, minora, tactu læuia, ſed tenuiſſima obducta lanugine. caulem edit ſeſquicubitalem, & aliquãdo maiorem. flores in toto caule aureos, è quibus ſemen oritur nigrum. Radice nititur. lõga fibroſaq;.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in cãpeſtribus, ac etiam ſponte in hortis.

QVALITATES. ET VIRES.

Idem. Semen epotum ſeſquidrachmæ pondere ex vino, calculos, & arenam pellit, vrinã ciet, & eius cruciatus mitigat.

ALTHEA ALTERA, SIVE ABVTILON.

ALCEA, Græcis, ἀλκέα.] Barbaris, *Bis malua.*] Italis, *Maluauiſco ſaluatico.*] Germanis, *Sigmar kraut.*] Hiſpanis, *Malua monteſina.*] Gallis, *Bimauue.*

ALCEA.

FORMA.

Herba eſt caule, floribus, & ſemine ſylueſtri maluę per quàm ſimilis, ſed foliis euidentioribus, inciſuris laciniatis, ranũculi modo. caules edit tres, aut quatuor, cannabino cortice veſtitos. flores maluæ, tum facie, tum colore ſimiles, paulòque maiores, quemadmodum & ſemen. Radicem longam, latam, albam, ac multifidã maluæ ſimilem, ſed lignoſa intus matrice. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in incultis, campeſtribus, & agrorum, ſcrobiumque marginibus iuxta ſepes, vias, ac ſemitas. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Alcea ſylueſtris maluæ genus eſt, in vino pota dyſenteriæ, & eroſionibus medetur, & potiſſimum eius radix. *Gal.* DIOSC.

CANNABIS, Græcis, Κάνναβις.] Arab. *Scehedenegi, & Canab.*] Italis, *Canape.*] German. *Zamer hanff.*] Hiſpan. *Canambo.*] Gall. *Chanure.*

CANNABIS.

GENERA.

DIOSC. *Matt.* Tria Cannabis numerantur genera, Mas, Fœmina, & Sylueſtris.

FORMA.

Matt. Mas plures è caule fundit ramos, arbuſculæ ſpeciẽ referens. adeo vt ex eius ſtipite carbones fiant ad bombardarum puluerem parandum. Fœmina caules edit longè tenuiores, nullis ramis brachiatos, nulloq; ſemine prolificat. Folia vtriuſque fraxini, ſed minora, & graciliora, ſenſimque ſerrata, quę quidem in mari maiora, nigrioraque ſpectantur, quina ſenave ex vno pediculo prodeũtia. Radice nititur multifida, fibroſaque. Semen tantum in mari gignitur rotundum, cinereo colore, cuius medulla dulcis eſt, & alba.

DIOSC. Sylueſtris virgas fert altheæ ſimiles, minores, nigriores, & aſperiores, cubitalesque, foliis ſatiuæ nigrioribus, & aſperioribus, flore Lychnidis, ſubrubro, ſemine, & radice altheæ.

QVALITATES.

Gale. 7. ſim. me. & lib. 1. de alim. Jac. Semen flatus diſcutit, adeoque deſiccat, vt ſi pluſculum edatur, genituram exiccet. Multũ quoque calefacit. Ideoque ſumptũ paulò largius, caput ferit, vaporem ſurſum ad ipſum mittens, calidum ſimul, ac medicamentoſum.

VIRES.

DIOSC. Semen aduerſatur iis, qui procreandę ſoboli dant operam: namq; longiore cibo ſumptum, genituram extinguit. foliorum recentium ſuccus conuenienter aurium doloribus inſtillatur. Sylueſtris radix decocta, & illita inflammationes mulcet, tumores diſcutit, & toſos articulorum. ¶ Succus ſatiuę inſtillatur auribus vtiliter ad vermes necandos: quinetiam inteſtinorum tineas excutit. Equorum quoque tineas, quæ intro ſedem hęrent, ſuccus, aut decoctum infuſum eiicit. Radix recens illinitur vtiliter ambuſtis, ſed ſæpius amouenda, & iterum admouenda recens, ne exiccetur.

Matt.

ANAGYRIS, Græcis, ἀνάγυρις.] Italis, *Anagiri, & faua inuerſa*.

ANAGYRIS.

GENERA.

Duum eſt generũ, Maius, & Minus. *Matt.*

FORMA MAIORIS.

Frutex eſt arboris inſtar, p quàm graui odore, foliis viticis, virgisque, flore braſſicæ, racemoſo, ſemen in corniculis nõ breuibus gignit, ſubrotundum, firmum, verſicolori facie, ſimile renibus, quod dureſcit vua matureſcente. ¶Vſque adeo duro, vt aqua macerato, in ſua tamen pertinaci duritie conſiſtat. DIOSC. *Matt.*

QVALITATES.

Frutex eſt grauiter olens, & acris, digerentis excalfacientisque facultatis. virẽtia folia propter humiditatis admiſtionem, minus ſunt acria, ſicca verò incidentis. & ſiccãtis ſunt facultatis. ſimilem quòque facultatem habet radicis cortex. *Gal. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Tenera folia trita tumores illita reprimunt. Si partus hæreat, ſi ſecundę, menſesq; morentur, bibuntur drachmæ pondere in paſſo. Sic & ſuſpirioſis dantur, & contra capitis dolores in vino. difficulter parietibus adalligantur ita vt à partu ſtatim auferantur. Radicis cortex concoquendis, diſcutiendisque adhibetur. Semen commanducatum vomitiones vehementer ciet. DIOSC

ANAGYRIS altera, ſiue minor, Græcis, ἀνάγυρις ετέρα.] Italis, *Angiri minore.*] Ananienſibus, in agro Tridentino, *Eghelo*.

ANAGYRIS ALTERA.

FORMA.

Matt. Folia prodeunt ex vno pediculo terna, oblonga, in cacumine mucronata, viridia, læuiaque, trifolij latiora. aureis micat floribus, vt in altero racematim dependentibus, odore tamen ingrato. Hinc cornicula prodeunt Geniſtæ emulа, in quibus ſemen continetur eiuſdem geniſtę magnitudine, ſed oblongũ, phaſeli modo, colore ſubnigro. Materies ligni duriſſima, quę Guaiaci modo exterius lutea eſt, medullitus verò nigra. Incorrupta diu durat, proinde rura palos ad vites ſuſtinendas ex ea parãt. Quin etiam ſagittarij validiſſimos ꝑficiunt arcus.

LOCVS.

Idem Oritur in ſyluis montium, & copioſum habetur in Ananię vallis ſyluis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Omnia poteſt, ac præſtat, quæ maius præſtare diximus.

CENSVRA.

Qui putant Anagyrim alteram eſſe Laburnum (mea quidem ſententia) aberrant.

CEPÆA, Græcis, Κηπαία.] Italis, *Cepea*.

CEPÆA.

FORMA.

Cepæa portulacę ſimilis eſt, ſed nigriora habet folia, & radicem tenuem. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in incultis locis. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Folia in vino pota, vrinę ſtillicidio, & veſicę ſcabie laborantibus opitulatur. maximè id præſtat, ſi cum decocto radicum aſparagi, quem myacanthon, hoc eſt corrudam vocant, bibatur. DIOSC.

NOMINA.

ALISMA, ſeu Damaſonium, Græcis, ἄλισμα.] Italis, *Aliſma*.

FORMA.

DIOSC. Folia inſunt ei plantaginis, ſed anguſtiora, connexaque in terram, caule ſimplici, tenui, cubito altiore, capitibꝰ thyrſi, flore tenui, candido, palleſcẽte, radicibus tenuibus, vt veratri nigri, acribus, odoratis, modicè pinguibus.

LOCVS.

Idem Aquoſos amat tractus.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Abſterſoriæ eſt facultatis.

VIRES.

DIOSC. Radicis drachma vna, aut altera pota his cõuenit, qui leporem marinum, aut opium hauſerunt, aut à rubetis demorſi ſunt. Datur dyſentericis per ſe, aut cum dauci ſemine. conuulſis, & contra vitia vuluæ prodeſt. Herba ſiſtit aluum, menſtrua pellit, tumores illita mitigat.

ALISMA.

HYPERICVM, Græcis, ὑπερεικον.] Mauritanis, *Reiofricon, seu Reiofaricon.*] Italis, *Hiperico, Perforata, seu Herba di S. Giouanni.*] Germanis, *Sant Ioans kraut.*] Hisp. *Coraioncillo.*] Gallis, *Mille pertuys, siue Trucheran.*

HYPERICVM.

FORMA.

Frutice est surculaceo, dodrãtali, rubescente, folio rutæ, pũctim pforato; flore luteo, leucoio simili, q digitis attritus sanguineũ succũ remittit, subhirsuta siliqua, & in rotundo oblõga hordei magnitudine, semine intus nigro, resinosi odoris. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Gignitur in cultis locis, & asperis. *Idem* DIOSC.

QVALITATES.

Calefacit, & desiccat, tenuisq; substãtię est, adeò vt, & mẽses, & vrinas puocet. ¶Aperit, resoluit, agglutinat, atque etiam cohibet. *Gal. li. 8. sim. med.*

VIRES.

Vrinã cit, Menstrua pellit appositũ. Tertianis, Quartanisque liberat. Semen quadraginta diebus hausturn Ischiadicis medet. Folia cũ semine illita, ambusta sanant. ¶Semen ex vino potũ calculos eijcit, & venenis aduersatur. Quin etiam venenosorũ morsibus resistit, tum idem potũ, tum herba ipsa deuorata, haustave, tum vulneri illita. Aqua stillatitia florentis herbę bibitur vtiliter comitialibus, & resolutis. Datur seminis farina commodè ex polygoni succo sanguinem expuentibus. Idem aluum exonerat. Inest floribus, ac semini mira facultas ad vulnera recentia sananda, præter ea quæ capiti infliguntur. DIOSC. *Matt.*

NOMINA.

ASCYRVM, Græcis, ἄσκυρον.] Italis, *Asciro.* Ger. Gamfoin.

ASCYRVM.

FORMA.

DIOSC. Hyperici genus eſt, magnitudine diſtans, fruticoſius, maiores habens ramos, ſurculoſiores, rubẽtesq́;, folia tenuia, flores luteos, & fructum reſinoſum, hyperico non abſimilem, cuius attritu digiti ferè cruẽtantur.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in cultis, & quandoque in vliginoſis locis.

QVALITATES.

Gale. 6. ſim. med. Semen purgatorium eſt, foliorum verò facultas modicè extergens, & deſiccans, vt & ambuſta ſanare credantur. Cęterùm in vino auſtero decocta vinũ ipſum magnorum vulnerum glutinatoriũ efficiũt.

VIRES.

DIOSC. Vſus ſeminis ad Iſchiadicos valet, potum in hydromelitis ſextario. nam bilioſa recrementa detrahit, ſed aſſidue dare oportet, donec ſanitati reſtituantur, illininuntur & ambuſtis efficaciter.

ANDROSÆMVM, Græcis, Ανδρόσαιμον.] Italis, *Androsemo*.

ANDROSÆMVM.

FORMA.

Androsęmum ab hyperico, & ascyro differt, qđ fruticet, ramulis furculosis, ac tenuibus, rubentibus virgis, foliis rutæ, triplo, quadruplove maioribus, quæ trita vinoso succo manant. complures in ea cumine alas habet, vtrinque expãsas pinnatasq́;, circa quas flores pusilli, lutei, & in calyculis semen papaueris nigri. DIOSC.

LOCVS.

Prouenit in montosis, & collibus. *Matt.*

QVALITATES.

Semen aluum purgat, atqui folia extergũt, & desiccãt. *Gal. 6. simp. me.*

VIRES.

Semẽ tritũ duarũ drachmarum pondere potum bilioſa alui excrementa pellit. Ischiadicis maximè medetur, sed à purgatione aquam exorbere oportet. Herba ambustis illita medetur, & sanguinem cohibet. DIOSC.

CORIS, Græcis, Κόρις.] Italis, *Cori.*

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Frutex eſt folio Ericæ, rubro, pinguiore, ac minore, non altior dodrãte, ſuauis, odoratus, acris. ¶Flores habet hyperici ęmulos, luteo colore, ſed minores.

LOCVS.

Idem. Naſcitur arido ſolo in collibus, atque montibus.

QVALITATES,

Idem. Aperit, excalfacit, extenuat, digerit, expurgat.

VIRES.

DIOSC. Potum ſemen menſes trahit, & vrinas. Contra phalangiorum morſus, Iſchiadicos, & opiſthotonicos ex vino pota auxilio eſt. horroribus ex pipere, ſed opiſthotonicis ex oleo aptiſſimè illinitur.

CORIS.

AIVGA, ſiue Camæpitys. Græcis, *χαμαιπίτυς.*] Mauritanis, *Hameſitheos, ſeu Camiſithius.*] Italis, *Camepitio, & Iua.*] Germanis, *Yclenger, ſeu Yclyeber.*] Hiſpanis, *Pinilho, & Iua artetica.*] Gallis, *Yue muſcate, ſiue artetique.*

CAMÆPITYS.

GENERA.

Trium eſt generum.

FORMA PRIMI.

Prima herba eſt in terra repens, ſubcurua, foliis minoris ſedi multo tenuioribus, circū ramos, frequētib⁹, odore pinus. Flore tenui, luteo, vel cādido. Radicibus cicorij Alterū exit cubitalibus ramulis in anchorę ſpeciem incuruatis, prętenuibus, coma ſupradictæ, flore candido. Semine nigro, ac etiā pinū redolet. Tertia Mas nominatur paruula, foliis exilibus, albis, ſcabris, caule aſpero, candido, luteis floſculis, ſemine iuxta alas; reſipit & hęc pinum. DIOSC.

LOCVS.

Naſcūtur in campis tum cultis, tum etiam incultis, & preſertim exoluto ſolo. *Matth.*

QVALITATES.

Camępitys guſtu quidē amarū ſaporē, acri validiorē obtinet. Effectu verò expurgat, abſtergitq; viſcera, plus quàm calefacit. Eſt.n. in deſiccādo ordinis tertij, in calefaciendo verò ſecundi.

VIRES.

Primi generis Aiuga ſeptē diebus in vino pota regio morbo medetur, & quadraginta diebus ex oxymelite Iſchiadicos ſanat. Datur peculiariter vrinæ difficultatibus. Prodeſt, & renum vitiis, & torminoſis. Bibitur conuenięter foliorum decoctum contra aconitum. Trita in farina, & cum fico in pilulis ſumpta aluum emollit. appoſita ex melle vuluæ vitia extrahit, mammarum duritias diſcutit. Vulnera glutinat, & vlcera, quę ſerpunt ex melle illita cohibet. ¶ Vrinam ciet. *Gal. 8. ſimp. me.*

CHAMÆPITYS, siue Aiuga altera. Italis, *Iua saluatica.*

AIVGA ALTERA.

Libri Tertij, Finis.

BETONICA, Græcis, Κέστρον, ἢ ψυχότροφον.] Arabibus, *Chàstra.*] Italis, *Betonica, ſeu Brettonica.*] Germanis, *Betonien.*] Hiſpanis, *Bretonica.*] Gallis, *Betoeſne, ſeu Botoine.*

Braun Betonye

BETONICA.

FORMA.

Caulem fert tenuem, cubiti altitudine, aut maiorē, quadratum, folia quercus, mollia, longa, in ambitu diuiſa, odorata, propè radicem maiora. ¶Florem in ſummis caulibus fert ſpicatum, & rubrum. Radicem fibroſam, & vt veratri tenuem. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in pratis, & montibus, & in paſcuis. *Idem.*

QVALITATES.

Vim habet incidendi: ipſa enim herba amarior eſt, & ſubacris, id quod & particulatim edita actio oſtendit. *Gale. 7. ſimp. me.*

VIRES.

Radix ex aqua mulſa pota, pituitam vomitione euocat. Folia dari debēt mulieribus vuluæ malo oportunis, & ad arcendos eiuſdem ſtrāgulatus, ex eadem mulſa denarij pondere: tres eorundē drachmæ bibuntur ex vini ſextario cōtra ſcorpionum morſus, quibus & herba illita medetur: eiuſdē drachma bibitur vtiliter cū vino ad ebibita venena: quin etiā præſumpta eorundem vires abolet: vrinam ciet, aluum ſubducit: ex aqua pota medetur comitialibus, & inſanis, & iocinoris, lienisq; vitiis ex oxymelite: propinatur acida ructantibus, ſtomachicis quoq, proderit, ſi manſę ſuccum deglutiuerint, & deinde dilutum vinum hauſerint: valet ſanguinē reiicientibus ex vino diluto ſumpta: datur vtiliter iſchiadicis, & in renum, & veſicæ doloribus. regio morbo laborantes recreat, mēſes pellit, drachmę pōdere cū vino pota: aluū purgant quatuor drachmę cū oxymelitis decē cyathis. ¶Conſiſtentes in renibus calculos frangit, & pulmonem, iecur, & thoracem expurgat. DIOSC. *Matt.*

SERRATVLA, Italis, *Serratola*.

SERRATVLA.

FORMA.

Matt. Caule conſtat purpuraſcẽte, tenui, ramoſoque: folia gerit antea quàm cauleſcat betonicę cognata, toto ambitu tenuiter ſerrata, ſed vbi adoleuerit faciem mutant, nam exortis profundioribus inciſuris, maioris phu quadantenus ſimilia ſpectantur. Flores edit in ſummis ramuſculis purpureos, & radicem multifidam.

LOCVS.

Idem. Naſcitur ſyluoſis locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Datur vtiliter potanda ex albo meraco ruptis, & ab alto deuolutis: in vino decocta, ac deinde illita, vlcera mirificè mundat, carne replet, & cicatrice obducit: hæmorrhoidum quoque dolores mulcet fotu adhibita: folia, & radix ſimul contuſa & impoſita, enterocellas ſanare creduntur.

BISTORTA, ſeu Colubrina, Italis, *Biſtorta.*] Germanis, *Nater wurtz.*

BISTORTA.

FORMA.

Foliis erumpit primo ſtatim exortu in acutum deſinentibus colore ſubrufo, quę vbi adoleuerint, rumicis folia referunt, læuia tamen ſunt, & inferna parte ſubpurpurea, & per ambitum ſinuata: caulem edit rotundum, tenuem, cubitalem, in quo folia longè minora ſpectãtur; flos in caulis ſummitate prodit ſpicatus, ruber, ſiue ſubpurpureus, è quo ſemen gignitur oxalidis proximum: radice nititur quadãtenus arundinacea, ſed ſuccoſa, & ſerpentis modo cõtorta. cortice exterius ſubnigro, ſed rubra intus carne, adſtringentis guſtus. *Matt.*

LOCVS.

Oritur in altis montibus, & paſcuis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Refrigerat, exiccat, cohibet, roborat. Bibita radix abortum reprimit: ventri, pubi, renibuſq; ex aceto illita vrinæ incontinentiã ſupprimit. cũ ſucco plantaginis pota, ſanguinem è vulnere manantẽ cohibet, ſuperaſperſo tamen eiuſdem puluere. Idem ex punicorum malorum vino potus, bilioſas vomitiones ſupprimit. præſtat potus contra lętalia venena, aduerſus peſtilentiã, & peſtilentes febres, in quibus exanthematum notæ emergunt. valet ad puerorũ vermes necãdos, tum idẽ radicũ puluis, tũ earũ decoctũ potũ: Eadẽ radix cohibet tũ cęteras alui fluxiones, tum dyſenteriã. additur cõmodè in potionibus, quæ ad intrinſeca parantur vulnera. datur trita ad cruenta expuentibus. cauis dentiũ indita, cum aluminis & pyrethri momento, non modo dolorem mulcet, ſed fluxiones eo decurrentes ſiſtit, valet itẽ ad omnes venenoſorũ ſerpentiũ ictus, ex vino ſumpta. *Idem.*

TORMENTILLA, Italis, *Tormentilla.*] Græcis, Επτάφυλλον.] Germanis, *Tormentill.*] Gallis, *Tormentille.*

FORMA.

Matt. Folia promit pentaphylli minora, ſeptenis inciſuris diuiſa, radicem breuem, nodoſam, compactam, rubro intus colore, ſapore adſtringenti: cauliculos tenues, ſubrubentes: flores melinos pentaphylli æmulos.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in montibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Viribus omnibus inſignitur, quibus Biſtorta prædita eſt.

TORMENTILLA.

LYSIMACHIA, Græcis, Λυσιμάχιον.] Italis, *Liſimachia.*] Germanis, *Vuey deurich*.

LYSIMACHIA.

FORMA.

Caules emittit cubitales, altioresve, hirſutos, tenues, prodeuntibus geniculatim foliis, tenuibus, ſalicis figura, guſtu adſtringentibus. flore rufo, aut aureo. DIOSC.

LOCVS.

Giguntur in aquoſis. *Idem.*

QVALITATES.

Superantem habet qualitatem adſtrictoriã, per quã vulnera glutinat. *Gale. 7. ſim. med.*

VIRES.

Foliorum ſuccus, ſanguinis reiectiones ſupprimit, dyſentericis auxiliatur, tum potus, tum quoque infuſus. menſium abundãtiam ſiſtit in peſſo: vulnerũ cruorem cohibet: acerrimũ nidorẽ ſuffita redolet. DIOSC.

qua de cauſa ſerpentes fugat, & muſcas interficit. ¶ Vis eius tanta eſt, vt iumentis diſcordantibus iugo impoſita eorum aſperitatem cohibeat.

NOMINA.

LYSIMACHIA altera, Italis, *Liſimachia ſeconda*.

Der andre Wunderkraut

LYSIMACHIA ALTERA.

FORMA.

Matt. Caule prouenit recto, quadrágulari, bicubitaliq́;, foliis ſalicis, flore ſpicato rufeſcente.

LOCVS.

Idem. Naſcitur prope fluẽtes aquarum riuos, & vliginoſis locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Adſtringit, refrigerat, cohibet, & omnia poteſt quæ & altera.

POLYGONVM, Græcis, Πολύγονον.] Aphris, *Baſialragi.*] Ital. *Poligono, ſeu Correggiola.*] Germ. *Vuegraſz.*] Hiſp. *Corriola.*] Gal. *Correggiole.*

POLYGONVM MAS.

GENERA.

Trium eſt generum. Mas, Fœmina, Minus. *Matt.*

FORMA MARIS.

Caules mittit teneros obſequioſos, rotundos, geniculatos, humi graminis modo repentes: folia oblonga, ligularum modo. ſemine ſub foliis turgeſcente: Flos verò ei candidus, & exiguus. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

In campis, ędificiorũ areis, hortis, publicis viis, ac ferè vbique creſcit. *Idem.*

QVALITATES.

Polygonum vti adſtrictionem quandam obtinet, ita ſanè vincit in eo aqueum frigidum, vt videlicet ſecundi ſit ordinis refrigerantium, aut etiam quodammodo in initio tertij: Eſt & exiccatorũ: Eſt quoque mas ad omnia validior, quã fæmina. *Gale. 8. ſim. me.*

VIRES.

Succus epotus ſpiſſat, ac refrigerat. Prodeſt cruenta excreantibus, choleræ, alui fluxionibus, & vrinæ ſtillicidio. Auxiliatur ex vino potus, ſerpentium morſibus. Fœminarũ profluuia in potu ſiſtit. Inſtillatur vtiliter purulentis, doloroſisque auribus. Ex vino, & melle decoctus, facit eximie ad pudendorũ vlcera. illita folia ſtomachi feruores extingunt, ſanguinis reiectiones ſiſtunt, & vlcera ſerpentia, ſacros ignes: collectiones, tumores, & recentia vulnera ſanant. DIOSC.

POLYGONVM fœmina, Græcis, Πολύγονον θῆλυ.] Italis, *Poligono, & Correggiola femina.*] Germanis, *Kanten kraut.*] Gallis, *Pin aquatic.*

POLYGONVM FOEMINA.



FORMA.

DIOSC. Vno tantum caule fruticat, arundini teneræ ſimili, denſis geniculis, & in ſe tubarum modo fractis: articulos in orbem cingunt apices, foliolis piceę ſimiles: radicis nullus vſus.

LOCVS.

Matt. In aquoſis, & humentibus locis prouenit.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Refrigerat, ſiccat, inſpiſſat, & ad ea quoque pręſtat, ad quæ mas, ſed ineffica cior eſt.

POLYGONVM minus, Græcis, Πολύγονον μικρόν.] Nonnullis mille grana, quibuſdam herniola. Italis, *Correggiola minore*.

POLYGONVM MINVS.

FORMA.

Ramos edit exiles, humi repentes, geniculatosque: foliis puſillis, lõgiuſculis, ſemine pumilo, rotundo, minuto, albicãte racemoſo. adeoque copioſo, vt vniuerſa planta ſemine prægnare conſpiciãtur. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur arido ſolo, & in ſiccis torrẽtium alueis. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Vis illi eſt conglutinandi, ſiccandi, refrigerandi, proinde ſemẽ potui datum diebus pluribus, commodiſſimè prẽſtat ad enterocellas, vniuerſæ plantę puluis ex vino hauſtus, non ſolũ vrinã cit, ſed calculos frangit, vbi diutius ſumatur. *Idem*

POLYGONATVM, Græcis, Πολυγόνατον.] Italis, *Fraſſinella, ſeu Ginocchietto.*] Germanis, *Vuez wrtz.*] Gallis, *Geniiculiere.*

FORMA.

Matt. Caule eſt cubitali, rotũdo, ac lęui, circa quem folia exeunt lauri effigie, ſed latiora, ſtriis cõpluribus ſecundum longitudinem protenſis, firma, diſpari exortu prodeuntia, ſapore quadantenus adſtringente. flores edit candidos, à quacunque foliorum cauitate: baccas piſi magnitudine, rubẽtes, & quãdoque purpureas. Radice nititur candida, arundinacea, tenera, frequenter geniculata, digiti craſſitudine, ſumma tellure vagante, ſed odore quadantenus graui.

POLYGONATVM.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in collibus, & montibus.

QVALITATES.

Gale. 8. ſimp. me. Miſtam habet tum facultatẽ, tũ qualitatem, habet enim adſtrictionis, pariter & acrimoniæ, & amaritudinis quippiã, & indicibilis cuiuſdam inſuauitatis.

VIRES.

DIOSC. Radix vulneribus efficaciter illinitur, quin etiã maculas in facie delet.

Matt. ¶Qua de re mulieres è radicibus aquã ſtillatitiã parant, qua ad faciei nitorẽ vtũtur. ſunt & quæ ſaccharo radices ipſas cõdiant, ad ſiſtẽda alba vteri ꝓfluuia.

CENSVRA.

Manifeſto errore ducũtur, q polygonatũ, Arabũ ſecacul eſſe cõtendunt.

CLEMATIS, Græcis, Κληματὶς δαφνοειδὴς.] Nonnullis, vinca peruinca. Italis, *Prouenca, & Prouencola.*] Germanis, *Singrien.*] Hiſpanis, *Peruinqua.*] Gallis, *Lyſerum*.

CLEMATIS.

FORMA.

Viticulas ſpargit tenues, læues, humi iacentes, è quibus folia exeunt p interualla, pari vtrinque exortu, robuſta, oliuæ modo oblõga, lauri minora, virentia, è quorũ origine, primo ſtatim vere flores emicant cærulei. Radices fundit numeroſas, albi cãtes, ſumma tellure repentes. Herba eſt perpetuò virens. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in terrenis, & ſæpe ſepes, atque in ſcrobium ripis. DIOSC. *Matt.*

QVALITATES.

Refrigerat, ſiccat, roborat, cohibet. *Matt.*

VIRES.

Folia cum caulibus ex vino pota, alui profluuia, & dyſenterias ſedant. ſubdita in peſſo, cũ lacte, aut roſaceo, cruciatibus vuluæ medẽtur: dolores dentium commanducata ſiniunt: impoſita, ſerpentiũ morſibus leuamentum præſtant. ¶Fœmoribus adalligata viridia folia, mẽſium abundantiam cohibent. & conceptus adiuuant. Capiti adalligata, & collo, gulęve circumducta, ſanguinem è naribus manantem ſiſtũt. Addũtur quoq; vtiliter vulnerariis emplaſtris, & potionibus. DIOSC. *Matt.*

CLEMATIS altera, Græcis, Κλήματις ἑτέρα.] Italis, *Vitalba porporea.*

CLEMATIS ALTERA.

GENERA.

Matt. Duum eſt generum, Alterum flore purpureo, Alterum candido.

FORMA PRIMÆ.

DIOSC. Viticuloſos fundit caules, rubeſcentes, lentos: folia hederę modo diuiſa, guſtu admodū acti, *Matt.* ac exulcerantia. ¶Flores purpureos crucis in modum diuiſos. repitque per arbores, vt ſmilax.

LOCVS.

Matt. Oritur in ſyluis, & in frutetis, dumetisq;.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Folia acrem, adurentem, ſiue cauſticam facultatem habent, adeo, vt lepras excorient: fuerit itaque hæc planta, in quarti ordinis excalfacientium initio.

VIRES.

DIOSC. Semen tritum, pituitam, bilemque detrahit, in aqua, aut hydromelite potum: folia eius illita lepras purgant: cum lepidio conditur ad cibos.

CLEMATIS tertia. Italis, *Vitalba.*

CLEMATIS TERTIA.

FORMA.

Viticulis repit prælongis, obsequiosisque, foliis præscriptæ quadantenus similibus, acri gustu, ac exulcerandi facultate præditis: floribus racemosis, cãdidis, odoratis, & myrti adeo similibus, vt differentiæ ferè nihil intersit. Hos deinde capillacea, incanaq; sequitur coma, quæ tandem vẽto excussa, nudũ relinquit fructum, angulosum, simulque compactum: subnigro colore, atque acerrimum. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur passim in sepibus, & in syluis arboribus se circũuoluens, & per eas repens. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Viribus iisdem præstat, quibus & superior. *Idem.*

FLAMMVLA, nonnullis Flammula Iouis. Italis, *Flammola.*

FLAMMVLA.

FORMA.

Matt. Foliis, floribus, fructuq; adeo tertiam clematidem ęmulatur, vt nihil prorsus differentiæ intercedat: differt ab ea, quod caules edat rectos, haud vnquam repētes, sesquicubitales. Folia, & flores acerrimo sunt gustu, ac admodum feruenti.

LOCVS.

Idem. Nascitur in campis, collibus, & fruteris.

QVALITATES.

Idem. Excalfacit, & siccat excessu quarto.

VIRES.

Idem. Cutem, carnēque semicōtusa illita, exulcerat. Ischiadicos iuuat impo sita. Idem pręstat oleū, in quo folia sub calēte sole diu fuerint macerata, sed rosaceum oleum ad hoc requiritur. Idē non modo inunctum, sed etiam infusum, opitulatur articulorum iliorūque doloribus, ac etiam nephriticis. Stillatitia foliorum, & florum aqua, eadem ferè acrimonia pollet. Hanc non desunt, qui propinent quarta febre laborantibus, parùm ante accessionem.

SYMPHYTVM petrę̃, Grę̃cis, Σύμφυτον πετραῖον.] Ital. *Simphito petreo.*

SYMPHYTVM PETRÆVM.

FORMA.

Ramis exit tenuibus, paruis, origano ſimilibus, capitulis, & foliis thymi: lignoſum totum, odoratum, guſtu dulce, ac adſtringens: radice longa, ſubruſa, ſeu ſubpurpurea, digitali craſſitudine. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in petris, & petroſis montibus. DIOSC. *Matt.*

QVALITATES.

Ex contrariis conſtat viribus. Habet enim incidẽ vim quãpiã, qua collectũ in pectore, & pulmone pus expurgare poteſt. habet etiam quandam contrahendi vim, quâ reiectionibus ſanguinis auxiliatur. & tertia ad eas ineſt humiditas quędam non immodicè calida, per quã guſtãtibus dulce apparet, & odoratu iucundum. *Gal. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Decoctum eius ex aqua mulſa paratũ, potũ, pulmonis vitia purgat: ſanguinem reiicientibus, & renum malis ex aqua datur ad dyſenteriã, rubraque fœminarum profluuia, in vino decoctum: vulnera recentia, enterocellasque glutinat, & illitu cohibet. carnes cum eo decoctæ coaleſcunt. DIOSC.

NOMINA.

SYMPHYTVM maius, Græcis, Συμφύτον ἑτέρον.] Italis, *Consolida maggiore.*] Germanis, *Vual vurtz, seu schuortz vurtz.*] Hispanis, *Suelda maiore, siue Consuelda maior.*] Gallis, *Oreille de Asne.*

SYMPHYTVM MAIVS.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Caulem emittit cubitalem, aut maiorẽ, crassum, angulosum, inanem: circa quẽ breui interuacante spatio, folia exeũt oblõga, lataque, buglossõ proxima hirsutaque. ¶ Caule secundum angulos quosdam striato, ramis tenuibus ex alarũ sinu prodeuntibus, in quibus flores lutei, quandoq; verò purpurei, nõnunquam verò albi, diuersis in plantis spectantur. Tam caulis, quàm folia aspera lanugine horrent, tactuq; pruritum concitant. Radicem fundit crassam, multifidãque, nigro exterius cortice, interna verò pulpa candicat, glutinosoq, succo madet.

LOCVS.

Matt. Nascitur frequens in pratis.

QVALITATES.

Gal. li. 8. sim. med. Similem petræo vim habet. non tamen gustantibus dulce est, nec olfacientibus odoratum. Cæterùm quatenus viscositatem quandam, & mordacitatem obtinet scillæ simile est. eoque vtuntur ad omnia, ad quæ iam dicto.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Tritæ radices & potæ, cruentis excreationibus, ruptisque proficiunt: recentia vulnera illitæ conglutinant: inflammationibus, præsertim sedis, cum senectionis foliis, vtiliter illinuntur. Coalluntur etiam carnes cum iis coctæ. ¶ Ossium fracturas sanant, si contritæ imponantur, & stricta fascia ligentur.

CONSOLIDA media, Hetruſcis, *Morandola, ſeu vt aliis, Conſolida mezzana, ſiue herba Laurentina.*

CONSOLIDA MEDIA.

FORMA.

Folia profert minoris ſolidaginis, latiora, mollioraq; : aduerſa parte ſubpurpurea, caulem pedali longitudine, piloſum, quadrágulum, inanem : flores cæruleos, qui partim inter folia, quę caulem ambiant, partim in cacumine ſpicata congerie prodeunt. Radix illi eſt multifida, haud altè deſcendens. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in hortis, & vineis, aliisq; locis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Datur vtiliter foliorũ ſuccus ab alto deuolutis, item ruptis confractisque, quin etiam ad inteſtina vulnera, & illinitur ad externa. ſanguinis grumos, vbicũq; unt, diſſoluit. folia in collutionibus addita faciunt ad oris, & gingiuarum vlcera. Idem quoque præſtant ad vlcera pudendorum vtriuſque ſexus. *Idem.*

CONSOLIDA minor. Italis, *Conſolida minore.*] Germanis, *Brunellen.*

CONSOLIDA MINOR.

FORMA.

Matt. Caulibus exit quadrangulis hirſutis, ſpithamæ lõgitudine, foliis menthæ proximis, ſed ſubaſperis. Flores gerit in ramuſculorum faſtigiis, ſpicatos, purpuraſcentes, & quãdoque candidos. Radicem multifidam, ac tenuem.

LOCVS.

Idem. Prouenit in montibus, collibus, & ferè vbique.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Additur in medicamentis, quæ parantur ad linguę, faucium, & gutturis inflãmationes, & vlcera. & in omnium morborũ vſum venit, in quorum affectibus pręſtat ſolidago media, nãque ſuas vires illi cõformes habet.

DENTARIA minor, ſiue Sannicula quinque folia. Italis, *Dentaria minor.*] Germanis, *Bers Sanichel.*

DENTARIA MINOR.

FORMA.

Exit hęc foliis pẽtaphylli, ſed lõgè maioribus: radice candida. tã miro naturę ordine, nodulis, ac laciniis quibuſdam elaborata, vt nõ parùm admirẽtur, qui tantum naturæ opus diligenter intuentur atque examinant. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in montibus, ſyluoſis locis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Radix glutinat, cohibet, roborat. Eadem datur vtiliter potanda ad enterocellas, quotidie drachmæ pondere, ex vino auſtero diebus quadraginta cõtinuis. præſtat quoque ad interna vulnera, cũ thoracis, tum etiam inteſtinorum, ex aqua equiſeti eodem pondere ſumpta. *Idem.*

DENTARIA maior, Græcis, Αφύλλος, quòd ſine foliis proueniat.

DENTARIA MAIOR.

FORMA.

Matt. Germinat primo ſtatim vere: caules profert dodrantales, teneros, fragiles, ſuccoſos, orobāche quadātenus æmulos. In quibus à medio ad ſummum flores exeũt ſubpurpurei, hirſutiq́ue, è quibus calyculi oriuntur, exiguo intus ſemine. Radice conſiſtit albicante magna, ſuccoſa, fragili, cõpactili ſquamarũ congerie, miro ſanè naturæ artificio, acerbo guſtu ac ſubamariuſculo.

LOCVS.

Idem. Prouenit in opacis ſyluis, & aliis vmbroſis locis.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem. Adſtringit, refrigerat, & abſtergit; deuorata verò ſoporem facit.

AVRICVLA vrſi, ſiue Sannicula altera. Italis, *Orecchia de Orſo.*

AVRICVLA VRSI.



FORMA.

Folia fert plantaginis, ſed carnoſiora, ſenſim p ambitū ſinuata ſubflauis circunquaque oris: caulem edit, & flores primulæ veris vocatæ per omnia ſimiles, odoris eximij: Radice nititur multifida, albicante, Ellebori modo fibrata. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in altis, & ſaxoſis montibus, inter ingentia ſaxa. *Idem.*

FACVLTATES, ET VIRES.

Refrigerat, ſiccat, glutinat, cohibet: Pota herba cū radicibus enterocellis vtiliter medetur: ac etiam intrinſecis quibuſcunque vulneribus tum herba ipſa deuorata, tum in potionibus addita. Folia recentia vnà cum radice tuſa, atque ſuppoſita nō ſolum menſium abundantiam cohibent, ſed vuluam mirum in modum concludunt. *Idem.*

NOMINA.

HOLOSTIVM, siue Holestium, Græcis, Ολόστιον, ἢ ὁλόστιον.] Italis, *Holostio*.

HOLOSTIVM.

FORMA.

DIOSC. Quadrantalis herba est, pusilla, tribus, quatuorve digitis supereminens extra terram: foliis, viticulisque coronopo, aut gramini proximis, gustu adstringentibus. Radice alba prætenui, vsque in capillamẽti speciẽ, lõgitudine quatuor digitorum.

LOCVS.

Idem. Nascitur in collibus terrenis.

QVALITATES.

Gale. 7. sim. med. Desiccandi vim habet, cum adstrictione.

VIRES.

Vsus eius ad rupta efficax est in vino pota. Nam & carnes coguntur, quę cum ea conferbuerint.

PILOSELLA, Italis, *Peloſella.*] Germanis, *Meuſz ohr.*] Gallis, *Piloſelle, ſeu Oreille de Rat.*

PILOSELLA.

FORMA.

Plãta eſt humi decũbens, radiantibus circunquaque foliis, oblongis, incanis, euidenter piloſis, cauliculos repẽtes mittit funiculi faciem referentes, hirſuta canitie obductos: flores aureos ſtipatos, qui matureſcẽtes in pappoſam lanuginé euolant. Radicibus nitit' numeroſis tenuibus, humi pertinaciter inhærentibus. Lacteum ſuccũ fundit amaro ſapore. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur extenuato, & ari do ſolo, in collibus, & incultis locis. *Idem.*

QVALITATES.

Lacteus eius ſuccus amaro eſt ſapore, id quod extenuantis facultatis, atque etiam abſtergentis inditiũ prębet. Herba guſtu eſt adſtringenti, glutinat, cohibet, refrigerat, ſiccat. *Idem.*

VIRES.

Dyſenterias, & vteri profluuia ſiſtit: ex vino auſtero pota, vulnera tam intrinſeca, quàm extrinſeca ſanat: auxiliatur cęliacis, & bilioſa vomentibus, quin etiã enterocellis, ſanguinem reiicientibus, & omnibus in vniuerſum fracturis. Additur vtiliter in vulneratiis emplaſtris, & vnguentis. Foliorũ ſuccus nõ ſolùm recentia vulnera ſanat, ſed etiã vulnera quoq; contumacia, & pręſertim oris, & pudẽdorũ. *Idem.*

SCABIOSA, Italis, *Scabbiosa.*] Germanis, *Apostemen kraut.*] Gallis, *Scabieuse.*

SCABIOSA.

GENERA.

Matt. Duum est generum, Maior, & Minor.

FORMA MAIORIS.

Idem. Primo statim exortu folia profert oblonga, minimè laciniata: cæterùm, quæ his succedũt, phu maioris mõ inciſa ſpectãtur: quæ verò in caule, & ramis sunt, longè minora, ac magis dissecta visuntur: capitula summis caulibus profert in acutũ desinẽtia, cõmpactili squamarum ordine obducta, Cyani modo, è quibus flores prodeũt etiam similes, sed ex purpura subrubẽtes. Radicem habet pollicari crassitudine, & sæpe maiorem brachiatãque, sapore subdulci, pastinacæ proximo.

LOCVS.

Idem. Nascitur inter fruges, & in campis nõ cultis argillaceo solo.

QVALITATES.

Idem. Excalfacit, extenuat, aperit, digerit, abstergit.

VIRES.

Idem. Radix valet peculiari quadam dote mirificè ad lichenosos, etiã si morbus à Gallica lue prouenerit, si eius decoctum morbosi bibant quotidie in quadragesimũ diẽ vsque, sex vnciarum pondere. Idẽ præstat eiusdem radicis puluis quotidie drachmæ pondere ex sero haustus.

SCABIOSA minor, Græ. Ψόρα.] Ita. *Scabiosa minore.*] Ger. *Apostemē kraut.*

SCABIOSA MINOR.

FORMA.

Foliis crescit inferioribus p ambitū dēticulatis, humi accubātibus, subalbicātibus, oblongis, & subhirsutis. verùm quę ī caule sunt, tenuiora, & magis diuisa spectātur. Caulē mittit tenuē, teretē, rectū, ramosum: flores cæruleos, stipatos, aut pallidos, è quibus capitula oriuntur colore subuiridi, speciosis obducta ocellis. Radix est illi palmaris, multifida, subcandicansque. *Matt.*

LOCVS.

Nascit in agris non cultis, secus itinera, & in collib⁹ terrenis. *Idem.*

QVALITATES.

Sapore est amaro: quare excalfacit, extenuat, abstergit, aperit, & crassa, lentaque expectorat. *Idem.*

VIRES.

Herba ipsa in puluerē pota, aut succus ex melle delinctus, pectus, & pulmones abstergit, crassaq;, ac glutinosa p os eiicit. Idē pręstat eius decoctū potū. scabiem sanat. Id quod & succus facit in vnguētis additus. Folia cruda contusa, & pestiferis carbūculis admota, mirificè eorū pernicię coercēt: Datur vtiliter earundē succus, quatuor vnciarū pōdere, cū theriacę drachma pestilētia affectis, prima statim die, verū à potione ęgros sudare oportet: & iterū, atque iterū medicamentū repetere. Dat itē cōtra serpentiū venenosorum morsus, herba verò exterius imponitur. Illitus scabiosę succus, cū chrysocolla, & caphurę momento, lentigines, alphos, impetigines, & cæteras cutis infectiones abstergit, oculorumque per se, & cum succo fœniculi, albugines delet. *Idem.*

CLYMENVM, Græcis, Κλύμενον.] Italis, *Climeno*.

CLYMENVM.

FORMA.

DIOSC. Caulem fert fabæ, quadratum, folia plantaginis, folliculis supra caulem in sese inflexis, vt in polyporum cirrhis.

LOCVS.

Mat. Nascitur incultis locis.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Succus è tota planta expressus efficax est ad sanguinis reiectiones, & ad cœliacos affectus, fœminarum profluuia cohibet: sanguinem è naribus erumpentē sistit: trita folia, aut siliquæ, recentibus vulneribus illitę, ea ad cicatricem perducunt.

CENSVRA.

Errant qui saponariā, vulgo dictam clymenum faciunt. cęterùm tametsi, ego minimè compertum habeam, quæ nā planta legitimum sit clymenū, volui tamē hanc imaginem hic ostendere, vt de ea aliorum quoque sit iudicium.

PERICLYMENVM, Græcis, Περικλύμενον.] Italis, *Matriſelua, ſeu Vinciboſco.*] Germanis, *Geiſzblatt.*] Hiſpanis, *Madre ſylua.*] Gallis, *Vinciboſſe.*

PERICLYMENVM.



FORMA.

Simplex fruticat, ex inter- DIOSC.
uallis parua folia habẽs, ipſum amplectentia, ſub cãdida, hederaceaq;: inter folia ſurculi exeunt, in quibus baccæ hæderę ſimiles: flos fabæ candidus, aliquantulum rotũdus, & quaſi in folium procumbens: ſemen durũ, quod non facilè euellatur, rádice rotunda, craſſa.

LOCVS.

Naſcitur in aruis, ac ſepi- *Idem.*
bus conuoluens ſe adminiculis propè emergentibus.

QVALITATES.

Tum fructus, tum folia vti *Gale. 8. ſimp. me.*
lia ſunt, adeò vehementer incidentis, ſimul & excalfacientis facultatis, vt ſi pluſculum bibãtur, vrinã ſanguinolentã cieant: ſemen quoq; deſiccat. VIRES.

Maturum ſemen in vmbra DIOSC.
ſiccatũ, ſi drachmæ pondere detur in vino quadragenis diebus, lienẽ abſumit, laſſitudinẽ diſcutit, ſed vrinã ciet ſtatim à ſexto die cruẽtã: Orthopneę, & ſingultui prodeſt, partũ accelerat. Folia ſunt iiſdẽ viribus prędita, quę tricenis ſeptenis diebus pota, ſterilitatem facere produntur. Eadem ex oleo peruncta, febriũ algores abigunt. ¶Folia *Matt.*
& earum ſuccus, veniunt vtiliter in vnguenta, quæ ad capitis vulnera parantur, & ad vlcera quæ in cruribus eueniunt.

TRIBVLVS, Græcis, Τρίβολος.] Italis, *Tribolo.*] Arabibus, *Hasach.*] Germanis, *Dualtek letlin.*] Gallis, *Saligotz terrestres.*

TRIBVLVS.

GENERA.

DIOSC. Duum est generum. Terrestris, & aquaticus.

FORMA TERRESTRIS.

Idem. Foliis exit portulacæ proximis, tenuioribus tamẽ: viticulis longis, in terra stratis: spinis secundũ folia, rigidis, præduris.

LOCVS.

Idem. Iuxta amnes, & rudera nascitur.

QVALITATES.

Gale. 7. sim. me. In terrestri superat terreũ frigidum, quod & adstringẽs fuerit. Fructus tenuium est partiũ, quare calculos in renibus comminuit.

VIRES.

DIOSC. Drachma terrestris tribuli pota, illitave ictos à vipera recreat, contra venena, cum vino aptissimè bibitur. Decoctũ eius sparsum pulices necat. Cætera cum aquatico communia habet.

TRIBVLVS Aquaticus, Græcis, Τρίβ.λος ἔνιδρος.] Italis, *Tubolo aquatico.*] Germanis, *Vuaſſer nuſz.*] Hiſpanis, *Abroyos, ſeu Abrollos.*] Gallis, *Caſtaignes d'Eau.*

TRIBVLVS AQVATICVS.

FORMA.

Foliis prouenit latis, ſubrotundis, craſſis, & aduerſa parte maculoſis, neruoſis, & per ambitũ ſerratis, pręlõgis, & craſſis pediculis nitẽtibus. Caulem edit craſſum, pinguem, ſed in ſummitate longè vegetiorem. Fructũ profert nigrũ, caſtaneę magnitudine, triplici armatũ mucrone, putamine membranoſo, alba intus medulla, caſtaneæ ſapore. Radix illi prelõga, comãtibus ſpicatis capillamentis. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in fluminibus, lacubus, & in mari. *Idem.*

QVALITATES.

Ex humida eſſentia modicè frigida, & ſicca non mediocriter, & ipſa frigida componitur. *Gale. 7. ſim. me.*

VIRES.

Inflãmationes omnes cataplaſmate iuuat: vlcera oris, gingiuas, tonſillasque perſanat. Thraces Strimonę amnis accolę, eius pabulo equos ſaginant, è fructu verò eſculentum faciunt panem. DIOSC.

NOMINA.

SAXIFRAGA, Græcis, Σαξίφραγον.] Italis, *Sassifragia.*] Germanis, *Steinbrech.*] Gallis, *Percepierre.*

GENERA.

Matt. Plura, diuersaq; reperiũtur genera, quorũ nos quinque describemus.

FORMA PRIMÆ.

DIOSC. Frutex est surculosus, thymo similis.

LOCVS.

Idem. In petris, & asperis locis nascitur.

QVALITATES ET VIRES.

Idem. In vino coctus, mox potus, febricitãtibus opitulatur. Strãgurię prodest, singultũ sedat, calculos vesicæ frangit, & vrinam ciet.

SAXIFRAGA.

SAXIFRAGA secunda. Italis, *Sassifragia seconda.*

SAXIFRAGA SECVNDA.

FORMA.

Folia in cauliculis per interualla gerit parua, angusta, ac longiuscula, cunilæ æmula, concomitantibus aliis lõgè minoribus, in cacumine tamen copiosiora sunt: & breuioribus interuallis distincta flores edit in summis caulibus purpureos, odoris non iucundi. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in saxis, & saxosis locis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Cit vrinam, calculos in renibus frangit, & eiicit, visum acuit, si edatur. *Idem.*

SAXIFRAGIA tertia. Italis, *Saffifragia terza.*

SAXIFRAGIA TERTIA.

FORMA.

Matt. Folia mittit capillacea, fœniculi ęmula, ſed lõgiora, tenuiora, rarioraque. caulem pariter fœniculaceũ, ſed tenuem, ac pumilũ, vmbellam in ſummitate, ſemine petroſilini vulgaris ſimile, ſed lõgiuſculo, & odorato. Radicem albicantem, paſtinacæ ſapore.

LOCVS.

Idem Naſcitur in magnis ſaxis, & ſicco ac extenuato ſolo.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Excalfacit, attenuat, aperit, prouocat, abſtergit. Tota planta ſubacris eſt, & ſubdulcis. Radix vrinã ciet, & menſes quouis modo ſumpta: viſum acuit, & obſtructiones iecoris reſerat.

SAXIFRAGIA quarta. Italis, *Saſſifragia quarta.*

SAXIFRAGIA QVARTA.

FORMA.

Foliis eſt terreſtris hederæ, minoribus tamen, circūſerratis, humi accubantibus. Caule tenui, rotūdo, recto, pilo ſo, dodrātali, à quo rari oriuntur ramuli, in quibus flores pandun tur cādidi, ocimoidis modo, è quibus nullū oritur ſemē. Radix illi multifida, tenuisque, in cuius fibris grana quædam rotūda, albicātia ac ſubpurpurea coriādri ſeminis magnitudine ſpectantur, quę eius eſſe ſemē quidam affirmant. Mira ſanè plantæ natura, ꝙ ſemē in radicibus gerat. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur locis nō cultis, ſterili ſolo, ac pariter inter ſaxa. *Idem.*

QVALITATES.

Grana, quæ radicibus hæ rēt amara ſunt. Ideoq; excalfaciūt, attenuāt, abſtergunt, aperiunt. *Idem.*

VIRES.

Herbæ, & radicis decoctū ex albo meraco paratum, renū calculos frangit, & educit. veſicā mundat, & vrinā prouocat, efficacius tamē, ſi ex eodē decocto granorū radicū farina drachmæ pōdere propinetur. Cæterū lōgè felicius curatio ſuccedit, ſi bibatur medicamentum, dum affecti balneo ſe fouent. *Idem.*

SAXIFRAGIA magna. Italis, *Sassifragia maggiore*.

SAXIFRAGIA MAGNA.

FORMA.

Matt. Caule est lignoso, contorto, digiti crassitudine, duris, dēsisq; surculis, ipsisq; tenuibus, stipato: folia fert exigua, oblōga, in acutum desinētia, flosculos albos, & calyculos exiguos, ocimoidis modo, ore circūquaque serrato, in coronæ modū, in quibus semen continetur rubrum admodū exiguum. Radix in petris adeo pertinaciter concluditur, vt inde auelli non possit nisi mucronatis ferramentis.

LOCVS.

Idem. Prouenit in saxis, & antiquis vrbium mœniis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Mirificè tota planta calculos cōminuit, & expellit.

LIMONIVM, Græcis, Λειμώνιον.] Italis, *Limonio.*] Officinis *falso Behen rubrum.*

LIMONIVM.

FORMA.

Folia habet betæ, tenuiora, & lõgiora, decem, & sæpe plura, caulem tenuem rectum, seminibus rubris scatentẽ, adstringẽti gustu. ¶Radix est illi vegeta, rubraque. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in pratis, & palustribus. DIOSC.

QVALITATES.

Semen vtpote austerum auxiliatur, vbi adstrictione sit opus. *Gale. 7. simp. me.*

VIRES.

Semen tritum, & ex vino acetabuli mensura potum, dysentericos ac cœliacos iuuat: quin etiam rubra fœminarũ profluuia sistit, & sanguinẽ expuẽtibus subuertit. DIOSC.

CENSVRA.

Explodenda est seplasiariorum opinio, qui Limonij radicem, Behen rubri vice in medicamentis supponunt. Cęterum longè melius facerent, si bistortę radice vterentur. *Gal.*

LIMONIVM ALTERVM.

Non deſunt rei plantariæ ſcriptores: qui plantã, cuius hic imago ſpecta tur, limonium faciunt. De qua poterit eſſe e- iam aliorum iudiciũ.

PYROLA, Italis, *Pirola.*] Germanis, *Vuintergrien:*

PYROLA.

FORMA.

Foliis est pyri, minoribus tamen, ac perpetuo virescentibus, caule dodrantali, tenui, tereti, in quo per interualla flores spectantur candidi, stellæ figura, capillamentis è medio emergentibus: Radix & illi subalbicãs. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in montibus vmbrosis, & in syluis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Desiccat, adstringit, glutinat: Foliorum succus illitus recẽtia vulnera sanat. Idem prẽstant & folia. Eorundum quoque decoctum ex vino paratum, sanat potum intestina vulnera, quare additur cõmodissimè vulnerariis potionibus. *Idem.*

NOMINA.

LAGOPVS, siue pes Leporinus, Græcis, Λαγώπους.] Italis, *Lagopo, seu Pie di Lepre*. Gr. Gastmfüs.

FORMA.

DIOSC. Herbula est caule tenui, hirsuto, rotundo, ramoso, foliis trifolio proximis, sed minoribus.

Matt. ¶Paniculis in summitate villosis, & tactu mollibus, perinde ac leporini pedes.

LAGOPVS.

LOCVS.

DIOSC. Nascitur in campis inter segetes.

QVALITATES.

Gal. 7. simp. me. Qualitatis est, exiccantis, adeò, vt fluxus aluipbè exiccet.

VIRES.

DIOSC. Adalligatur tota planta inguinibus contra eorum inflammationes.

Matt. ¶Folia, & paniculę dãtur vtiliter ex vino austero, aut ex succo punici mali contra dysenteriam. vniuersę plantæ decoctum, additis maluæ foliis è dulci vino paratum, datur commodè ad vesicæ morbos, & vrinæ ardores: semẽ auxiliatur sanguinem reiicientibus. Peculiariter cinis illitus hęmorrhoidas fluentes sistit. Sunt qui paniculis vtantur ad extergendam dysentericorum sedem.

CARYOPHYLLATA, Italis, *Garofanata.*] Germanis, *Bēdicten wurtz.*] Gallis, *Benoiste, Galliot, seu Ressize.* Heidnisch Mündkraut.

CARYOPHYLLATA.

GENERA.

Duum est Generum, Campestris, & Montana.

FORMA CAMPESTRIS.

Folia fundit subaspera, hirsuta, tripartita: duobus etiam longè minoribus auricularū instar in posteriori parte adnatis, atque omnibus per ambitum laciniatis: caule est ramoso, rotundo, haud crasso, sesquicubitali, geniculato, subasperoque: floribus aureis, pentaphylli æmulis, villosis: succedentibus inde capitulis, in quibus semē continetur. Radicibus nititur copiosis, tenuibus, subrufis, caryophyllorū odorē spirantibus. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur secus vias, propè hortorum, & agrorum sepimenta, locis potius opacis, quàm apricis. *Idem.*

QVALITATES.

Radix, cuius est vsus, excalfacit, & siccat, aperit, & roborat. *Idem.*

VIRES.

Radices præstant ad sananda vulnera, & vlcera, & præsertim ad intrinseca vulnera, si in potionibus addantur. Earundem succus cum ærugine infusus, præstat ad cuniculosa vlcera. Eædem olfactæ vitales spiritus recreant, & frigidum iuuant cerebrum. Earundem puluis epotus, prodest cæliacis, dysentericis, & sanguinem expuentibus. *Idem.*

NOMINA.

CARYOPHYLLATA montana. Italis, *Garofanata ſaluatica*.

CARYOPHYLLATA MONTANA.

FORMA.

Matt. Folia gerit alterius craſſiora, criſpiora, hirſutioraque, plura ab vna radice prodeuntia, longisque pediculis inhærẽtia. tactu ſubaſpera, & circumquaque laciniata, humique procũbentia. Caules tenues, nullis adnatis ramis, in quibus puſilla, ſed rara folia ſpectantur. In caulium ſummitatibus vnicus tantum flos emicat aureus, pẽtaphylli ſimilis. ſed maior paulò, qui flaccescẽs, pinnatum efficit orbem, nõ parno naturæ opificio: Radice nititur dodrantali, diiti craſſitudine, ſubrufa: caryophyllorũ odore.

LOCVS.

Idem Naſcitur in Boemiæ montibus, è quibus Albis fluuius oritur.

QVALITATES.

Idem Radix non ſolùm excalfacit, & ſiccat, ſed etiam cohibet, ac roborat.

VIRES.

Idem Iiſdem cum altera pollet viribus, ſed præſtantioribus.

CORTVSA, Italis, *Cortuſa*.

CORTVSA.

FORMA.

Foliis prouenit ferè viti- *Matt.*
gineis, ſed lõgè mino-
ribus, ſubrotundis, at
que ſubaſperis, adſtrin
genti quadantenus ſa-
pore, caules edit te-
nues, rectos, glabros-
que. in quorum cacu
mine flores exeunt ex
terius purpurei, inte-
rius verò aurei, ſtami-
nib⁹ pariter aureis re-
ferti: Radices fundit
numeroſas, tenues: ac
longas. Eſt etiam quæ
violaceos, & quę can-
didos flores gerat. ſed
prima frequentior ha-
betur.

LOCVS.

Naſcitur locis vmbroſis, *Idem*
cretaceo, & albicante
ſolo.

QVALITATES.

Tota planta dum recens *Idem*
eſt, gratiſſimo fragrat
odore, mellei faui ferè
ſimili, ſed longè admo
dum gratiori: in ſicca verò odor euaneſcit: ſubtilium eſt partium, qua re excalfacit magis recens, quàm ſicca; primo tantum exceſſu.

VIRES.

Mulcet neruorum, & articulorum dolores; à quauis cauſa oriantur. *Idem*
Ad hoc autem macerantur flores recentes in oleo dulcium amygda
larum, & roſaceo, quod completum vocant, diuq; inſolantur. Oleũ
egelidum deinde illini præſtat, repetitiis illitionibus.

MEDIVM, Græcis, Μήδιον.] Italis, *Medio, nonnullis Viola marianna.*

MEDIVM.

FORMA.

DIOSC. Folia habet intubi, caulẽ tricubitalem, & in eo florem grandem, purpureum, rotundum, semine Cnici simile, minuro: Radicem dodrantalem: crassitudine baculi, gustu acerbo.

LOCVS.

Idem. In saxosis, & opacis nascitur.

QVALITATES.

Gal. li. 7. sim. med. Medij radicem contra atque semen ipsum temperatum esse cõtingit: nam illa quidem austera est, & fluxiones cohibet, cùm alias, tum profluuium muliebre. At semen tantum abest, vt tale quid efficiat, vt etiam menses cieat, vt pote quòd tenuium partium, & incidentis est facultatis.

VIRES.

Idem. Radicis farina, ex melle cocta, rubros fœminarum menses cohibet, eclegmate per aliquot dies sumpto, semen verò in vino potum eosdem pellit.

ANNOTATIO.

Matt. Medium foliis iridis prouenire deprauatus Dioscoridis codex legit: At Oribasius, qui ab eo trãscribit, non irides, sed seridis foliis ipsum prouenire ait, quòd in suo Dioscoridis exemplari legerit, σέριδι, non autem, ἴριδι, cui & nos astipulamur.

GLADIOLVS, Græcis, Σιφίον.] Italis, *Gladiolo.*] Senenſibus, *Monacuccie.*] Mauritanis, *Kaſiſton.*] Germ. *Schuertel.*] Gallis, *Glais, ſiue Glaitel.*

GLADIOLVS.

FORMA.

Folia ei ſunt iridis, breuio ra tamen, & anguſtiora, ſtriata, & in mucronem deſinentia. Caulis cubitalis, læuis, ſuccoſus, in quo flores exeunt purpurei paribus ſpatiis vtrinque diſtantes, Iridis æmuli, ſed longè minores: colore verò puniceo diluto, è quibus rotundum prouenit ſemen: Radicibus cohæret geminis, bulboſis, rotundis, preſſis verticillari ſpecie, altera, alteri inſidente. Hæ capillaceo contegũtur inuolucro, ſubrufoque. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in aruis, & inter ſegetes. *Idem.*

QVALITATES.

Radix quæ ſuperior eſt, at trahẽtem, digerentem, & exiccantem facultatem habet. *Gal. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Superior radix cum thure illita, admiſto vino, ſpicula, & aculeos è corpore eximit: panos cũ Lolij farina, & hydromelite diſcutit. menſes ſuppoſita trahit. Eadẽ ex vino pota veneré ſtimulat. Contrà vero inferior, quippe quæ ſterilitatem faciat. Datur ſuperior vtiliter cum aqua potanda ad puerorũ enterocellas. DIOSC.

ANNOTATIO.

Tametſi ſcripſerit Dioſcorides ſuperiorem gladioli radicem inferioré magnitudine ſuperare, plerunque tamen contrarium viſitur.

SPARGANIVM, Græcis, Σπαργανιον.] Italis, *Sparganio.*] Mauritanis, *Safarbcramon.*

SPARGANIVM.

FORMA.

DIOSC. Folia habet gladioli, sed arctiora, & in terram magis procumbẽtia, in summo caule veluti pilulæ prominent, in quibus semen.

LOCVS.

Matt. Nascitur ad montium radices, humecto solo, & circa scrobes.

FACVLTATES.

Gale. 8. sim. med. Et ipsum desiccantis est facultatis.

VIRES.

DIOSC. Datur radix ex vino contra serpentium venena.

CENSVRA.

Quãquam ferè omnes, qui de materia medica scripserunt, hãc plantã sparganium faciunt, nos tamen non parum dubitamus, an rectè senserint, quùm hæc folia gladioli latiora gerat, non angustiora, sursum spectantia, non humi procumbentia.

XYRIS, Græcis, Ξυρὶς.] Italis, & vulgo, *Spatola fetida.*] Germanis, *Vuandt leuſz.*] Hiſpanis, *Lirio ſpadanal.*] Gallis, *Glaicul.*

XYRIS.



FORMA.

Folia habet Iridis latiora, & in cacumine mucronata, è quorum medio caulis erumpit ſatis craſſus, cubitalis, ex quo ſili quæ triangulares depẽdent, in quibus purpureus flos, & in medio puniceus, ſemen in folliculis ſimile fabis, rotundum, rubrum, acre. Radix longa, geniculata, rufa. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in aquoſis, & humectis locis. *Matt.*

QVALITATES.

Tenuium eſt partium, attractoriæ, digerendi, ac nimirum etiam deſiccãdi eſt facultatis, cùm radix, tum multò etiã magis eius fructus. *Gale. 7. ſim. me.*

VIRES.

Valet ad capitis vulnera, fractaq; efficax eſt: aculeos, & ſpicula omnia, citra moleſtiam extrahit, adiecta floris æris tertia parte, & radicis centaurii, & mellis quinta: tumoribus, & collectionibus illita cum aceto medetur. Radix bibitur ex paſſo ad conuulſa, rupta, coxendicum dolores, ſtrangurias, & alui profluuia. ſemen tribus obolis potum, vrinam vchementer impellit, & cũ aceto lienem abſumit.

NOMINA.

ANCHVSA, Græcis, Αγχουσα.] Italis, *Anchuſa.*] Germanis, *Rodt ocſenzungen.*] Hiſpanis, *Sagem.*] Gallis, *Orchanette.*

ANCHVSA.

GENERA.

DIOSC. Trium eſt generum, magnitudine, & exilitate foliorum, & caulium differentium.

FORMA PRIMÆ.

Idem. Folia habet lactucæ, in acumen faſtigiata, hirſuta, aſpera, nigra, multa, ab radice quoquo verſum humi ſparſa, ſpinis horrida. Radici craſſitudo digitalis, quæ æſtate prouenit, & manus inficit ſanguineo colore.

LOCVS.

DIOSC. *Lobelii.* Naſcitur læto ſolo, & locis incultis.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Radicem habet admodũ refrigerantẽ, & deſiccãtem, tũ adſtringentẽ, & ſubamarã, tum quæ ſufficiat extenuãdis, & extergendis humoribus, corporibusq; condẽſandis. Folia radice quidẽ ſunt imbecilliora, cęterũ adſtringũt & ipſa, & deſiccant.

VIRES.

DIOSC. Radix adſtringit: ex oleo, & cera, efficax eſt ad ambuſta, & vetera vlcera. Medetur igni ſacro, cũ polenta illita. Illinitur quoq; ex aceto, lepris, & vitiliginibus: partus ſuppoſita extrahit. Datur eius decoctum vtiliter potandum calculoſis, lienoſis, & bile ſuffuſis, & ſi febris ſit ex aqua mulſa. Folia ex vino pota aluum ſiſtunt.

ANCHVSA altera, Græcis, Αγχουσα ἑτέρα.] Italis, *Anchusa seconda.*

ANCHVSA ALTERA.

FORMA.

Minoribus hæc exit foliis, quàm prima, similiter tamen asperis: ramulis exilibus, in quibus flos purpureus in puniceũ vergens conspicitur. Radices habet rubras, prælõgas, quæ messibus sanguineum succũ fundũt. DIOSC.

LOCVS.

In sabulosis nascitur. *Idem.*

QVALITATES.

Calidior altera est, & magis medicata: nam plusculum habet & gustu ipso protinus acrimoniæ. *Gale. 6. sim. med.*

VIRES.

Vires foliis, radicibusque insunt, quę, cõtra virus, cùm reliquorum serpentium, tum maximè viperarum auxilientur, siue cibo, siue potu, siue alligatu, illinituvè: nam si quispiam mandens, in serpentis os inspuat, eum necabit. DIOSC.

NOMINA.

ANCHVSA tertia, Græcis, ἑτέρα ἄγχουσα.] Italis, *Anchusa terza.*

ANCHVSA TERTIA.

FORMA.

DIOSC. Est & hæc alteri non dissimilis, sed puniceo, ac minori semine.

LOCVS.

Matt. Nascitur arido, ac sabuloso solo.

QVALITATES.

Gale. 6. sim. med. Parua hæc, etiam altera, calidior est, quæ, & amarior, & magis etiam medicata.

VIRES.

DIOSC. Commanducatum semen, si in serpentis fauces expuatur, eum interficiet. Radix acetabuli mensura, cum hyssopo, & nasturtio pota, latas ventris tineas excutit.

ECHIVM, Græcis, Ἔχιον.] Italis, *Echio, & Bugloſſa ſaluatica.*] Germanis, *Vild oſſenzungen.*] Hiſpanis, *Yerua della biuora.*] Gallis, *Bugloſſa ſauuage.*

ECHIVM.

FORMA.

Folia habet prælonga, aſpera, aliquãtum tenuia, anchuſæ proxima, minora tamen, ſubrubra, & pinguia, ſpinulis tenuibus horridula: cauliculos exiles, numeroſos, minutaq; vtroque latere folia, expanſa pinnataque, nigra, in ſummo caule proportione minora. Flores ſecundum folia purpureos, in quibus ſemina capiti viperarum ſimilia inſunt. Radix nigricat digito tenuior. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur ſecus itinera, in agrorum marginibus, & ſicco, inculto, & exoluto ſolo. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Radix non modo percuſſis DIOSC. à ſerpente ex vino prodeſt, ſed eos, qui antea biberint feriri non patitur. Idem præſtant munus, folia, & ſemen. Lumborum dolores ſedat in vino, aut ſorbitione ſumpta. Lac extrahit.

OCIMOIDES, siue Ocimastrum, Græcis, Ὠκιμοειδὲς.] Italis, *Basilico saluatico, siue Ocimoide.*] Hispanis, *Alba haqua montesina.*] Gallis, *Basilic sauuage.*

OCIMOIDES.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Foliis exit ferè satiuo Ocimo similibus, ramulis hirsutis, quadrangulis, cubitali longitudine, in quorũ summo flores emicant candidi, & nonnunquã purpurei, è quibus calyces erũpũt hyoscyami figura, capaci vẽtre, arctis faucibus per ambitum dẽticulatis, in quibus semẽ includitur nigrum, melanthio ferè simile.

LOCVS.

Matt. Nascitur passim inter segetes, propè septa, & agrorum marginibus.

QVALITATES.

Gal. 8. simp. me. Radix superuacanea est: at semen tenuium partiũ, & deliccãtis citra mordacitatem facultatis est.

VIRES.

men in vino potum, tum viperarum, tum cęterarum morsibus medetur. Datur Ischiadicis cũ vino, melle, myrrha, & pipere.

ERINVS, Græcis, Ερίνος.] Italis, *Erino.*] Hiſpanis, *Baſilho delbagoa.*

ERINVS.

FORMA.

Folia mittit Ocimi, minora tamẽ, ſuperna parte diuiſis, ſurculis quinis, ſenisvè dodrãtalibus: flore cãdido, ſemine nigro, & acerbo. Folia, & caules lacteo ſucco turgent. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur apud fontes, & fluuios. *Idem.*

QVALITATES.

Semẽ acerbũ eſt, ac proin de repellentis, & exiccatoriæ eſt facultatis. vtuntur eo ad oculorum, & narium fluxiones. *Gale. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Semen drachmis duabus in quatuor mellis cyathis oblitum, oculorũ fluxiones cohibet. ſuccus cum ſulphure, & nitro inſtillatus, aurium dolores ſedat. DIOSC.

GRAMEN, Græcis, Αγρωστὶς.] Arabibus, *Vagem, Negen, seu Nagien. Thel kel, & Negil.*] Italis, *Gramigna.*] Hispanis, *Grama.*] Gallis, *Den de chien.*

GRAMEN.

GENERA.

Matt. Complura graminis visuntur Genera, de quorum nonnullis dicetur.

FORMA PRIMI.

DIOSC. Geniculatis serpit ramulis, à quibus radices spargũtur dulces, articulis præcinctas. Folia acuminata, dura, & vt arundinis paruæ lata, eaq; iumenta, & boues pascunt.

LOCVS.

Matt. Prouenit in campis, & incultis locis.

QVALITATES.

Gal. 6. simp. me. Radix mediocriter frigida est, & sicca, mordacitatẽ quándam exiguá, & partium tenuitatẽ obtinẽs: herba verò primo quidẽ excessu refrigerat: in humiditate, & siccitate moderata. Semen imbecillũ est. Radix esculenta est viridis. Dulcis enim est, instar aquę, sed acre quiddam exiguũ, & subacerbum obtinentem.

VIRES.

DIOSC. Trita radix illitu vulnera glutinat. Decoctum eius in potu torminibus medetur, atque vrinę difficultatibus: calculosa etiam vesicę excrementa comminuit. ¶Idem potum interaneorum vermes necat.

Matt.

GRAMEN mannę, Italis, *Sanguinella, ſiue herba Capriola*.

GRAMEN MANNÆ.

FORMA.

Foliis, ac radicibus exit alterius tenuioribus; caule geniculato, prælongo, ſpicis numeroſis in cacumine refertо, ipſiſq; ſenſim aculeatis, adeò vt naribus inditis, manuque agitatis, ſanguinem eliciant. Semen iis ineſt minutum albicans, panico longè minus orizæ ferè ſapore, quod à Germanis eſtur in pingui iure decoctum, & per quàm bellè placeat. Qua de re hoc ſemen Mannam appellant. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in Germania, & diligẽter colitur in cãpis: quin etiam ſponte per ſe naſcitur in incultis locis. *Idem.*

QVALITATES.

Semen orizæ qualitates habet, quare mediocriter ventrem adſtringit. *Idem.*

VIRES.

Semen ex pingui iure decoctum, & illitum mammarum durities reſoluit. In cibis mediocriter alit.

CENSVRA.

Errant profectò qui hanc plantam coronopum faciunt.

GRAMEN ALTERVM.

Eſt & Alterũ, quod floridũ appellari poteſt, foliis & caulibus cæteris ſimilibus; floribus in ſummitatibus ſtellarum inſtar radiantibus, candidisque: Radice tenui minimè geniculata.

GRAMEN Parnasi, Græcis, ἄγρωσις παρνάσσεως.] Italis, *Gramigna de Parnaso*.

GRAMEN PARNASI.

FORMA.

Densius hoc fruticat, foliis hederaceis, flore odorato, candido, semine paruo, non inutili: radicibus quinis, aut senis, digitali crassitudine, cādidis, mollibus, & admodū dulcibus. DIOSC.

LOCVS.

Prouenit in monte Parnaso. *Idem.*

QVALITATES.

Semen desiccatorium, tenuium partiū, & subacerbum est. *Gal. 6. simp. me.*

VIRES.

Succus cum pari melle, & myrrhę dimidio decoctum, adiectis piperis, & thuris tertiis portionibus, probatissimum erit oculorum medicamentū: præsertim si in ęnea pyxide recondatur. Decoctum radicis idem, quod herba præstat. Semen vehementius vrinam impellit, aluum vomitionesque sistit. DIOSC.

NOMINA.

CRAMEN aculeatum, Italis, *Gramigna ſpinoſa.*] Græcis, ἄγρωστις ἀκανθώδης.

FORMA.

Matt. Folia, caules, radices primi graminis mõ profert. In caulibus tamẽ ſingulis è foliis, aculei peculiariter exeunt, triplici apice conſtantes, ac ſuis nixi pediculis, tribulorum terreſtrium inſtar.

LOCVS.

Idem Prouenit inter rudera, & in muris vetuſtate collapſis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Vires eaſdem habet, quibus pollet primũ graminis genus.

RGA MEN ACVLEATVM.

SIDERITIS, Græcis, Σιδερῖτις.] Arabibus, *Sidrichis.*] Italis, *Siderite*.

SIDERITIS.

GENERA.

Tria Dioſcoridi recenſentur genera. *Matt.*

FORMA FRIMÆ.

Folia habet Marrubij, ſed longiora, ſatis ad frondem quercus, aut ſaluię accedentia, minora tamen, & aſpera. caules edit quadratos, dodrātales, aut etiā maiores, non iniucundi guſtus, aliquantum ſubſtringētis, in quibus per interſtitia orbiculatę vertebræ, vt in marrubio ſpectantur, & ſemen in eis nigrum. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in petroſis locis. *Idem*

QVALITATES.

Habet quidem etiā abſtergendi quandam facultatē, ſed plurima eius pars humida eſt, & mediocriter frigida, paucula verò ineſt adſtrictio, quare flegmonem ſedat, & glutinat. *Gale. 8. ſim. med.*

VIRES.

Illita folia, ſuapte vi vulnera ſine inflammationis periculo iungunt. DIOSC.

ANNOTATIO.

Cùm hæc planta humectis, vt plurimum, naſcatur locis, non auſim eādem affirmare, legitimam eſſe primi generis ſideritim, & ſi cæterę correſpondeant notę. Quo factum eſt vt ſequentem deinde legitimam crediderim, eſſe primi generis ſideritim.

NOMINA.

SIDERITIS altera, Græcis, Σιδηρῖτις ἑτέρα.] Italis, *Siderite ſeconda*.

SIDERITIS II.

FORMA.

Matt. Exit hæc caule quadrato, dodrantali, aut maiori, ramoſoque, foliis marrubio lõgioribus, ad ſaluiæ faciem accedentibus, criſpis, albicantibus, & per ambitũ laciniatis, ſapore haud ingrato: foliis verticillatim in caule & ramis prodeũtibus marrubij modo.

LOCVS.

Idem Naſcitur aridis locis.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem Eædem illi ſunt vires, quas primo ſyderitis generi tribuit Dioſcorides, & Galenus.

SIDERITIS tertia, Græcis, Σιδηρῖτις τρίτη.] Italis, *Siderite tertia*.

SIDERITIS III.

FORMA.

Ramulis, & caule prouenit bicubitalibus, exilibus, foliis felicis, numerosis, vtrinque per oras diuisis, pediculo lõgo, prodeũtibus è summo alarum sinu furculis lõgis, tenuibus, capitulo in cacumine orbiculato, aspero, in quo semẽ continetur, quàm betæ rotundius aliquãto ac durius. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in campestribus saxosis locis. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Seminis, & foliorum vis, ad vulnera præcipua est. DIOSC.

ANNOTATIO.

Hæc Dioscoridi, secundo generi assignatur.

SIDERITIS quarta, Italis, *Siderite minore*.

SIDERITE QVARTA.



FORMA.

Dioſc. Foliis exit ab vna radice multis, coriandro ſimilibus, circa cauliculos dodrantales, læues, teneros, ſubcandidos, atque ſubrubicūdos, flore puniceo, paruo, guſtauti amaro.

LOCVS.

Idem Naſcitnr in maceriis, & vineis,

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Huius ea vis eſt, vt quamuis recenti vulneri impoſita, ſanguinem ſupprimat.

VIRGA aurea. Italis, *Virga aurea, quibuſdam herba Iudaica, ſiue Pagana.*

VIRGA AVREA.

FORMA.

Caulem edit bicubitalē, ſubrufum, læuem: folia oliuæ latiora, circū minutiſſimè ſerrata, florens in cauliū faſtigiis aureos, ac ſpicatos, qui flaueſcentes in pappos diſſiliunt. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in collibus, in agrorum marginibus, & vineis. *Idem.*

QVALITATES.

Subamara eſt, abſterſoriæ facultatis, ac glutinatoriç. *Idem.*

VIRES.

Additur vtiliter tota plan ta in vulnerum intrinſecorum potionibus: vulnera quęcūque glu tinat: calculos commi nuit, & vrinam ciet. Pota aut infuſa alui fluxiones cohibet: eius decocto ſanantur fotu oris vlcera. *Idem,*

NOMINA.

ACHILLEA, Græcis, Ἀχίλλειος.] Arabibus, *Sichritis, ſeu Egilos. Succus verò Damalo chotten.*] Italis, *Achillea.*

ACHILLEA.

FORMA.

Dioſc. Scapos gerit dodrátales, aut maiores, fuſorum effigie, minutulis foliis circũdatos, ex obliquo crebras inciſuras habentibus, Coriãdri ſimilitudine, ſubflauo colore, lentis, odore nõ inſuaui, verùm medicato, vmbella in cacumine rotunda, floribus candidis, purpureis, & aurum æmulãtibus.

LOCVS.

Idem. Prouenit læto ſolo.

QVALITATES.

Gale. 8. ſim. med. Viribus eſt Sideritis non diſſimilibus, cæterùm adſtrictione exuperat. quare ad ſanguinis eruptiones, dyſenterias, & muliebre profluuium conuenit.

VIRES.

Dioſc. Trita coma ſanguinolenta glutinat, & ab inflãmationũ periculo tuetur. Erumpentem ſanguinem inhibet, & ex vellere ſubdita, cruenta vuluæ profluuia: bibitur ad dyſenteriam vniuerſæ plantæ decoctũ, in quo etiam inſident fœminæ vteri profluuio laborantes.

RVBVS, Græcis, Βάτος.] Mauritanis, *Buleich, ſeu Haleich.*] Italis, *Rouo.*] Germanis, *Bramen, ſeu Cratz.*] Hiſpanis, *Carza.*] Gallis, *Ronce Fructus.*] Latinis, *Mora Rubi.*] Græcis, Βατίνα ἄμπατια.] Italis, *More di Rouo.*] Germanis, *Brambeer, & kratz beer.*

RVBVS.

GENERA.

Plura rubi reperiuntur genera, alius exit arboris inſtar. Aliud ſepibus frutetisq; implicatur. Aliud humi ſerpit, radicaturq; graminis modo. Aliud denique aliis modis in montibus, & ſyluis vagatur. ¶ Cęterum nobis duorũ tantum generum meminiſſe ſat fuerit, nẽpe vulgaris & Idei. *Theoph. lib. 3. de p.h.*

FORMA.

Qui paſſim in ſepibus, & frutetis naſcitur, virgas edit quadrãgulas ſubrubẽtes obſequioſas, aduncis vbiq, aculeis referta. E ramulis pediculi exeunt aculeati è quibus terna prodeunt folia fragariæ herbę ęmula, ſed aſpera, & in acutũ deſinẽtia, dorſo auerſa parte aculeato. Flores profert racemoſos, albicantes, e quibus mora oriuntur. Radix illi eſt graminis modo repens. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in ſepibus, dumetis, frutetisque. *Idem.*

QVALITATES.

Folia, germina, flos, fructus, & radix qualitate adſtringẽte participãt, eaq; nõ obſcura. Atqui folia recenter nata: plurimũ in ſe habẽt ſubſtantiæ aquę, parũ verò adſtrictionis. eadẽ ratione, & germina. Fructus immaturus acerbus eſt, & valdè exiccatorius: maturus verò nõ parũ habet calidi temperati. Flos viribus eſt immaturi fructus. Radix cũ adſtrictione tenuium eſt partiũ, quare renũ calculos cõminuit. *Gal. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Ramorũ decoctũ potũ, aluũ ſtringit, & fœminarũ profluuia: capillos tingit, folia cõmãducata gingiuis, & oris vitiis medẽtur. Serpentia vlcera cohibent, & quę in capite manãt. Illinũtur quoq; cõdylomatis, & hęmorrhoidibus. Eadem trita cardiacis, & ſtomachi doloribus vtiliter admouentur. Flores ex vino poti aluum ſiſtunt. DIOSC.

RVBVS Idæus, Græcis, *βάτος ἰδαία.*] Italis, *Rouomontano.*

RVBVS IDÆVS.

FORMA.

Matt. Est altero longè clementior. Folia pfert latiora, mollioraq;, virgas rotundas, fragiles, spinis nullis, aut omnino raris. Flores albos, alterius æmulos. Fructus rubi mora per omnia referũt: cęterùm differunt quòd hi teneriores, molliores que habeantur: sapore, cũ dulcedine quadã insipida, adstringente, nõ tamen iniucundo, rubicundo perpetuò colore. Tridentina rura, hæc mora vocãt Ampomele, & fragorũ vice iis vescuntur.

LOCVS.

Idem. Prouenit copiosus ĩ Mõtibus.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Eadem prestat, quę supra dictus. Illinitur flos cum melle oculorum collectionibus. Ignem sacrum extinguit: stomachicisq; ex aqua bibendus datur.

HELXINE cissampelos, Græcis, Ελξίνη κισσαμπελὸς.] Italis, *Vilucchio minore.*] Arabibus, *Acsin.*] Germanis, *Mitel vuinal.*] Hispanis, *Campanela yerua.*

HELXINE CISSAMPELOS.

FORMA.

Foliis est hederæ minoribus, ramulis exilibus, longis, quibus complectitur quodcũque contigerit adminiculũ. ¶Flores edit albos, lęui tamẽ purpura perfusos, calathi figura, è quibus semẽ oritur nigrum. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in sepibus, vineis, ac segetibus. *Idem.*

QVALITATES,

Digerendi facultatem habet. *Gale. 6. sim. med.*

VIRES.

Foliorum succus potus aluum deiicit. DIOSC.

NOMINA.

ELATINE, Græcis, Ελατίνη.] Arabibus, *Athin.*] Italis, *Elatina.*

ELATINE.

FORMA.

Dios. Folia habet Helxine similia, minora tamen, rotundiora, pilosa, tenuibus & dodrãtalibus ramulis, quinis, senisvè, a radice, foliosis, gustu adstringentibus.

LOCVS.

Idem. Nascitur in segetibus, & cultis.

QVALITATES.

Gale. 6. fin. med. Modicè tum refrigerat, tum adstringit.

VIRES.

Dios. Oculorum fluxionibus, inflãmationibusq; auxiliãtur folia cum polenta trita. Eadem cocta, sorbitionis vsu, dysenteriam sistunt.

NVMVLARIA, siue Lunaria minor. Italis, *Lunaria minore*.

NVMVLARIA.



FORMA.

Serpit hæc humi, iunceis cauliculis, cubito lõgioribus, in quibus à radice ad summum, breuibus interstitiis vtrinque folia exeunt, crassiuscula, rotũda paruorum nũmorum instar, vnde illi nomen: flores fert aureos, ac speciosos. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in scrobium ripis, & vliginosis aggeribus secus vias. *Idem.*

QVALITATES.

Glutinãdi, cohibendiq́ue facultate prædita est. *Idem.*

VIRES.

Herba ipsa illita, recentia vulnera glutinat. Idem prę̃stat eorum succus. Prę̃cipua autem vis eius est, ad puerorũ enterocellas, cùm illita, tum in puluerẽ hausta. *Idem.*

EVPATORIVM, Græcis, Ευπάτοριον.] Officinis, & Italis, *Agrimonia.*] Arabibus, *Cafat, Cifit, ſeu Gafet.*] Germanis, *Odermeng.*] Hiſpanis, *Agramonia.*] Gallis, *Agremoine.*

FORMA.

EVPATORIVM.

DIOSC. Fruticoſa eſt herba, vnicũ efferẽs caulẽ, lignoſum, nigricãtẽ, rectũ, tenuem, hirſutũ, cubitalẽ, interdũ ampliorẽ, foliis per interualla quinquefolij, aut cãnabis ſimilibus, quinque partito, aut amplius diuiſis, nigricãtibus, & per ambitum ſerratis. Semẽ medio caule erumpit, piloſum, deorſum ſpectãs, quod ſiccatum veſtibus inhæret.

Matt. ¶Flores gerit ſpicatos, aureos, radicẽ lignoſam, ſubrubrã pentaphylli modo.

LOCVS.

Idem. Naſcitur ſecus ſepes, itineraque, in agrorũ marginibus, & incultis locis.

QVALITATES.

Gale. 6. ſim. me. Tenuium eſt partiũ, incidẽdi, extergẽdiq; facultatẽ, citra manifeſtã caliditatem obtinet, quo circa obſtructiones hepatis expurgat: ineſt ei & adſtrictio modica, propter quam robur viſceri additur.

VIRES.

DIOSC. Folia contrita & cum ſuillo adipe impoſita, vlceribus cõtumacibus medentur. Herba, aut ſemen in vino potum, dyſenteria, iecinoriis vitiis, & ſerpentium ictibus liberat. Iocinoroſos iuuat decoctũ potum. ¶Idẽ ex vino albo paratũ, cum ſaccaro ſex vnciarum pondere tribus diebus potum, mirificè ſtrangurią ſanat, & vrinas impellit. Additur herba in potionibus, quę ad intrinſeca parãtur vulnera.

Matt.

EVPATORIVM vulgare, Officinis, *Eupatorium Auicennæ.*] Italis, *Eupatorio.*] Germanis, *Kunigundt kraut.*

EVPATORIVM VVLGARE.

FORMA.

Caulem edit tricubitalẽ, subrubrum, rotundũ, folia cannabis, sed maciora, albiãtia, hirsuta, amaro gustu, odore medicato, nõ insuaui. Flores exeunt in summitatibus, in vmbellis sub purpurascẽtes, qui flaccescentes in pappos abeunt. Radix multifida illi est, sed superuacua. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur vliginosis locis, & in scrobium aggeribus. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit, siccat, abstergit, incidit, aperit, & subtilium est partium. *Idem.*

VIRES.

Præstat foliorum decoctũ iocinoris doloribus, ac cæteris eiusdem affectibus ab obstructione prouenientibus: quin etiã lienis tumoribus, & obstructionibus. Datur idẽ diutina febre laborãtibus. vrinas, & menses pellit, scabiẽ, & pruritũ sanat, præsertim cũ fumaria, & caprino sero, sed succus fortior est. Is itaque potus incipiẽti elephãtiæ medetur. Flores illiti vulnera recentia, & vlcera sanant: succus drachmarũ duarum pondere in catapotiis sumptus, intestinorum vermes necat: Dantur folia vtiliter pecoribus tussientibus, & anhelosis equis. *Idem.*

POTENTILLA, quibuſdam Anſerina. Italis, *Potentilla.*] Germanisi, *Gren ſinge.*] Gallis, *Agrimoine ſauuage.*

POTENTILLA.

FORMA.

Matt. Foliis exit agrimoniæ proximis, hirſutioribus, prona parte virentibus, ſupina verò albicãtibus. cauliculos fundit humi repentes, è quibus aurei prodeunt flores: Radice cõſtat exterius ſubrufa, interius verò candicans, auſtero guſtu, & adſtringenti.

LOCVS.

Idem. Naſcitur humecto ſolo.

QVALITATES.

Idem. Refrigerat, ſiccat, adſtringit, repellit, roborat.

VIRES.

Idem. Fœminarum profluuia, & dyſinterias cohibet, ac cęteras alui fluxiones. Datur vtiliter ſanguinẽ reiicientibus. Herbæ decoctum ex vino paratum, præſtat potum ad inteſtinorum tormina, & dorſi dolores. ſiccæ farina ex ſua ipſius aqua ſtillatitia pota, alvteri fluxiones cohibet, ſed valentius, addito corallio, & ebore. tur ad enterocellas, & bubonocellas. vulnera recentia, & oris, dendorumque vlcera ſanat: ex aceto decocta. colluitur vtiliter commotos dentes: & laxas gingiuas, dentiumque dolores mulc & prolapſam columnellam reſtituit, addito aluminis momento

QVINQVEFOLIVM, Græcis, Πεντάφυλλον.] Italis, *Cinquefoglio.*] Germanis, *Vuels funf, seu Finger kraut.*] Hispanis, *Cinco en rama.*] Gallis, *Quinte feuille.*

QVINQVEFOLIVM.

GENERA.

Pulchra quinquefolij extant genera, colore, ac magnitudine differentia. *Matt.*

FORMA PRIMI.

Ramulos fert festucarum similitudine, tenues, dodrantales, in quibus semen: folia menthæ, quina singulis pediculis, in ambitu serrata: florem ex candido pallescentem, auri æmulum, subrubram habet radicem, oblongamque, nigro veratro crassiorem. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in riguis & aquariis ductibus. *Idem.*

QVALITATES.

Radix vehementer desiccat: nimirum verò acris est, & cùm sit tenuium partiũ, citra morsum desiccat. Radix enim desiccat ordine quodammodo tertio, minimum habens euidentis caliditatis. *Gal. 8. simp. me.*

VIRES.

Radicum decoctum, collutione, dentium dolores sedat, & vlcera putrida sistit, arteriæ scabritias gargarizatu læuigat. Dysenterias, & cæteras aluî fluxiones cohibet; quin etiam articulorum coxendicumq; cruciatus potu tollit. Coctæ in aceto, & illitæ, serpentia vlcera reprimunt. Strumas, tumores, duritias, abscessus, & collectiones discutiunt. Ignes sacros, & condylomata sanant. Teneræ radicis succus, iocinoris, & pulmonum vitiis medetur. pollet etiam aduersus venena: folia tricenis diebus pota, comitiales iuuant. Eorundem succus tribus cyathis diebus aliquot potus, celerrimè regio morbo medetur. Ex melle, saleque illita, vulneribus, & fistulis auxiliatur. Medetur etiam enterocellis. Tota planta, & potu, & illitu, sanguinem manantem sistit. DIOSC.

QVINQVEFOLIVM album, Græcis, Πεντάφυλλον λεύκον.] Italis, *Cinquefoglio bianco.*

QVINQVEFOLIVM ALBVM.

FORMA.

Matt. Foliis eſt incanis, hirſutis, per ambitum ſenſim denticulatis, quinis ex vno quoq; pediculo dependẽtibus cauliculis mollibus, obſequioſisque, flore candido, radice ſquamoſa, agnatis ex obliquo prodeuntibus.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in ſaxis ingentibus, & ſaxoſis locis.

QVALITATES.

Idem. Adſtringit, ſiccat, roborat, repellit: Radix ſubtilium eſt partiũ.

VIRES.

Idem. Ea omnia præſtare poteſt, quę alterũ, quo tamen adſtringentior eſt.

DIAPENSIA, siue Sannicula. Italis, *Cinquefoglio maggiore*.

DIAPENSIA.

FORMA.

Folia profert quinq; folij maiora, vitiginea specie, cauliculis rotũdis, gracilib⁹, obsequiosis, in quorum summitate, & adnatorũ fastigiis capitula prodeunt subalbida, fragorum figura: Radicibus constat numerosis, gracilibusque. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in montibus, & syluosis collibus. *Idem*

QVALITATES.

Refrigerat, & siccat, cohibet, reprimit, glutinat, & roborat. *Idem*

VIRES.

Vniuersæ plantæ decoctũ, datur potandum ad intrinseca vulnera sananda, fistulas, & enterocellas. Idem quoq; præstat foliorum, & radicũ farina. *Idem*

NOMINA.

FRAGARIA, Italis, *Fragolaria*: Fraga verò, Italis, *Fragole, & Fraghe.*] Germanis, *Erdtbeer*.

FRAGARIA.

FORMA.

Matt. Planta est humi repens, foliis pentaphylli maioribus, ternis ex vno pediculo prodeuntibus, & per ambitū serratis: floribus candidis, rubi æmulis, è quibus fraga oriuntur; cauliculos habet tenues, hirsutos, obsequiosos; : radices habet numerosas, & tenues adstringentis gustus.

LOCVS.

Idem Proueniunt in montibus, collibus, syluis, secus itinera, & prope sepes.

QVALITATES.

Idem Refrigerat excessu primo, & siccat secundo.

VIRES.

Idem Folia, & radix vulnera, & vlcera sanant, muliebres fluxiones, & dysenterias cohibent. vrinam cient, & lieni conferunt. Eorundem decoctum potū præstat ad iocinoris inflammationes, & ad renum vesicęque sordes. Idem in ore contentū gingiuas roborat, commotos dētes stabilit, & destillationes sistit: At fraga, pręter id quod ęstate deuorata maximè placent, biliosis, æstuātibusque ventriculis prosunt, siticulosisque opem ferunt. Vinum quod ex eis elicitur, vlcusculis faciei mirificè medetur, illitū. quin & varos, & oculorum fluxiones calidas impositum tollit.

EVFRAGIA, Italis, *Eufragia.*] Germanis, *Augentroſt.*] Gallis, *Eufraiſe.*

EVFRAGIA.

FORMA.

Tenuis eſt planta ad ſpithamæ altitudinem aſſurgẽs, foliis minutis, criſpis, & per ambitũ crenatis, guſtu adſtringentibus, & ſubamaris. caule tenui, rubentiq́ue: flore inter purpuram, & aurum albicante, quem mittit in fine ęſtatis. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in pratis, & in ſyluis.

QVALITATES.

Excalfacit parum, ſiccat magis, abſtergit, & cohibet.

VIRES.

Præſtat tam in cibis, quã in medicamentis ſumpta, cùm recens, tum ſicca, ad omnia oculorum impedimenta, & præſertim cùm in cibis, aut potu ſumitur diutius. Vinum ex ea paratum idem pręſtat potum. Eius enim vſu ſenũ oculi reuiuiſcunt. viſus mirificè acuitur. & cæcutientes ad lucem redeunt, & pręcipuè in pinguibus, & pituitoſis corporibus, hęc omnia præſtat.

PHOENIX, Græcis, Φοινιξ.] Quibuſdam lolium murinum: Italis, *Gioglio ſaluatico.*] Germanis, *Vualdt trohor, ſeu Bintzenhel mer.*] Gallis, *Yuraye ſauuage.*

PHOENIX.

FORMA.

DIOSC. Folia habet hordei ſed breuiora, & anguſtiora, ſpicam lolio ſimilem, calamos ſenum digitorum, radici aduolutos, ſeptenas, octonasve ſpicas.

LOCVS.

DIOSC. *Matt.* Naſcitur in aruis, tectis, recenter illitis, & ſecus itinera.

QVALITATES, ET VIRES.

Ex vino auſtero pota alui profluuium, & menſiũ abundantiam ſiſtit: vrinæ impetus cohibet, in puniceo vellere adalligata: collo ſuſpenſa (vt aiunt) ſanguinem manantem ſiſtit.

RHODIA radix, Græcis, Ροδία ῥίζα.] Italis, *Radice rodia.*] Germanis, *Roſen vurtz.*

RHODIA RADIX.

FORMA.

Caules mittit teretes, cubitales, foliis vbique ſtipatos, longiuſculis, in acutũ deſinẽtibus, portulacę, ſeu minoris ſedi inſtar pinguibus, minutim per ambitũ ſerratis. Vmbella in cacumine viridi tithymali cypariſſię modo. Radix ei inæqualis, ſtrumoſa, craſſa, lęui cortice obducta, ſplendeſcẽs. ſubſtãtia intus ſubrufa, roſarũ odore. Radix eſt omniũ viuaciſſima. Siccis. n. locis menſibus pluribus aſſeruata, & deinde ſata, ſtatim repululat. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in altiſſimorũ mõtium rupibus, ſaxoſis, ac pręruptis locis. *Idem.*

QVALITATES.

Tenuium eſt partium, & diſcutientis facultatis, in calefaciẽdo verò, ſecũdi receſſus cẽſenda eſt, aut certè tertij incipientis. *Gal. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Vtiliſſima eſt, capitis doloribus, ſi madefacta fronti ac temporibus, cum roſacei momento imponatur. ¶ Vbi aut dolor à calida prouenerit cauſa, tuſa, & roſacea aqua madefacta imponi debet, vbi verò à frigida, ex amaraci aqua illini pręſtabit. DIOSC. *Matt.*

EQVISETVM, Græcis, ἵππουρις.] Arabibus, *Dhenben alcail, Dhemb alchi, ſiue Daneb alchail.*] Italis, *Coda di Cauallo.*] Officinis, *Cauda equina.*] Germanis, *Roſſz ſchwuantz.*] Hiſpanis, *Goda de mula, ſiue Rabo de mula.*] Gallis, *Queue de Cheual, ſiue Prela.*

GENERA.

Quatuor nobis ſunt gña.

EQVISETVM.



FORMA PRIMI.

Matt. Profert cũ primũ è terra erũpit quoddã tenerrimũ germen oblongũ, iuglandiũ iulo nõ abſimile, ſub nigricãti colore. & deinde caules inanes, geniculati, ſubrubeſcẽtes, leniter ſcabri. iũcea circa eos coma, aſpera, exilis, ſetarũ inſtar. adeo vt equorũ inſtar caudæ, appareat. Radicem lignoſam, duram.

LOCVS.

Idem. Naſcitur aquoſis, & humectis locis, in riguis, & ſcrobibus.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Adſtringẽtẽ cũ amaritudine facultatẽ poſſidet, ac proinde valẽter ſimulque citra mordacitatẽ exiccãtẽ. itaque vulnera maxima impoſita cõglutinat, etiam ſi pręſectos neruos eſſe contingat.

VIRES.

DIOSC. Herbę ſuccus ſanguinem è naribus erũpentẽ ſiſtit: prodeſt dyſentericis ex vino potus: vrinam ciet. Trita folia, & illita ſanguinolẽta vulnera glutinant. Radix cũ ſua herba tuſſim, ortopnęã, ruptaque adiuuat. Foliis in aqua potis, diſſectiones veſicę, & inteſtinorum, enterocellasque in vnum coaleſcere, cogique ferunt.

EQVISETVM alterum, Græcis, ἵππουρις ἑτέρα.] Italis, *Coda di Cauallo minore*.

EQVISETVM SECVNDVM.

FORMA.

Caulis est rectus, cubito maior, inanis: comis per interualla breuioribus, candidioribus, & mollioribus. DIOSC.

LOCVS.

Prouenit humectis locis, & vliginosis pratis. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Valet ad omnia, ad quę ge DIOSC. nus alterum.

EQVISETVM Tertium, Græcis, ἵππουρις τρίτη.] Italis, *Coda di Cauallo.*

EQVISETVM TERTIVM.



FORMA.

Matt. Caulem edit geniculatū, ſtriatūque, inanem, fragilem, à quo complures oriuntur rami. Et ipſi quoque geniculati, ac aſperi, nulla circūſtante coma.

LOCVS.

Idem. Prouenit & hoc paluſtri ſolo.

VIRES.

Idem. Iiſdem cum aliis pollet viribus.

EQVISETVM quartum, Græcis, ἵππουρις τέτρη.] Italis, *Coda di Cauallo.*

EQVISETVM QVARTVM.



FORMA.

Recto prouenit caule, firmiore, minusque geniculato, à quo rami procedũt, iũceis quasi processibus stipati, iisque asperis, geniculatis, tenuibus. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit iisdem in locis. *Matt.*

VIRES.

Easdẽ habet vires, quas cętera genera habere diximus. *Idem.*

Coccvm infectorium, Græcis, Κόκκος βαφικὸς.] Arabibus, *Charmens, seu kermes.*] Italis, *Grana da tingere.*] Germanis, *Scarlach beer.*] Hiſpanis, *Grana per atemnir, ſeu grana in grano.*] Gallis, *Vermillon.*

COCCVM INFECTORIVM.

FORMA.

Matt. Frutex eſt ſurculoſus, foliis oblongis per ambitū aculeatis aquifolij modo, ſed lōgè minoribus, baccis rotundis, inanibus, puniceo colore.

LOCVS.

DIOSC. *Matt.* Gignitur in Galatia, Armenia, Aſia, Cilicia, Hiſpania. Naſcitur ét in Cilicia è quercu. ¶Quin etiã in Polonia, & Boemia, è quercubus legitur.

FACVLTATES.

Gale. 7. ſimp. me. Adſtringentem, ſimulque amaram facultatem poſſidet: vtraque ſine morſu deſiccat.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Vulneribus neruisque præcipuis conuenienter ex aceto tritum illinitur. Baccarum puluere feliciter vtuntur Italę mulieres ad fœtum roborandum, & aborſum prohibendum ipſum ex ouo ſorbili pregnantibus propinantes, addita thuris, aut maſticis momento.

CENSVRA.

Non rectè ſentiunt, qui Coccum infectorium, & Chermeſinum idem faciunt.

PIMPINELLA, seu Saxifragia hircina, Italis, *Sassifragia di becco.*] Germanis, *Bibernel.*

PIMPINELLA SAXIFRAGIA.

GENERA.

Duo eius habentur genera, Maius, & minus. *Matt.*

FORMA.

Maior radice nititur lõga, foliis, quę ad radicẽ sunt, humi accubãtibus, pluribus ex vno pediculo vtrinque emergẽtibus, & per ambitũ serratis: caule quadrangulo, floribus in vmbella cãdidis. Radix il li lõga digitali crassitudine hircũ quadãtenus redolẽs, acri sapore. minor caule exit rubẽti. foliis minoribus, ac tenuiore ẽt radice odoris ac saporis eiusdem. *Idem.*

LOCVS.

Nascũtur in mõtibus, collibus, & incultis locis. *Idem.*

QVALITATES.

Radix, in qua vis tota cõsistit, excalfacit, siccatque ordine secũdo completo, aut tertio incipiẽte, aperit, prouocat, attenuat, digerit, incidit. Sed maior acrior est atque valẽtior. *Idem.*

VIRES.

Vtriusque radix præstat ad renũ, & vesicæ incõmoda: calculos enim in renibus genitos frãgit, & eiicit: vrinas pellit. succus radicis ex meraco haustus, prẽstat cõtra deleteria medicamenta, & virulentorum animaliũ ictus. Quare non desunt, qui radices etiam contra pestilentiam miris laudibus efferant. *Idem.*

PIMPINELLA Sanguiſorba. Italis, *Pimpinella, ſeu Sorbaſtrella.*] Germanis, *Hergotts bertlin.*] Gallis, *Pimpenelle.*

PIMPINELLA SANGVISORBA.



GENERA.

Matt. Duum eſt generū: Maius, & minus.

FORMA MINORIS.

Idem. Foliis prouenit ab vna radice numeroſis, cōpluribus ab vno tenui pediculo vtrinque prodeūtibus, ſubrotūdis, puſillis, vbique ī ambitu crenatis, firmis, humi in orbē accubātibus, adſtringēti guſtu: cauliculos edit plures, tenues, ſubrubētes, rotūdos dodrātales, atq; maiores, in quorū ſummitatibus capitula exeūt ſquaroſa, ſubpuniceo colore. in quibus ſemē. Radice nitit' ligno ſa ſubrufeſcēte, adſtringētis guſtus. LOCVS.

Idem. Naſcitur in agris nō cultis, in collib⁹, & ſerit' in hortis. QVALITATES.

Idem. Deguſtata adſtringit, ſed manſa lētoris copiā fundit, glutinat, ſiccat, reſoluit & cohibet.

VIRES.

Idem. Siſtit pota rubra, albaq; fœminarū profluuia, dyſenteriā, & cęteras alui fluxiones: bilioſas vomitiones cohibet, ſanguinis reiectiones ſiſtit: vulnera, & vlcera ſanat: vnguētis quoque vtiliter miſcetur, quę tū ad capitis vulnera, tū ad carcinomata parātur. Natat ſępe in poculis vino repletis, quòd gratiā quādam, iucunditatēq; potātibus afferat.

PIMPINELLA, seu Sanguisorba maior. Italis, *Pimpinella, seu Sorbastrella Matt. maggiore*. Bibrunell.

SANGVISORBA, SEV PIMPINELLA MAIOR.

FORMA.

Facie ab altera non differt, nisi quòd maior sit omnibus suis partibus, & folia longiora, latioraque proferat: caules proceriores, & capitula crassiora, oblongioraque. *Idem*

LOCVS.

Prouenit in pratis, pascuis, & inculto solo. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Viribus iisdem prædita est, quibus & minor. *Idem*

NOMINA.

TRAGVM, Græcis, Τράγος ἢ σκορπίος.] Italis, *Trago*.

TRAGVM.

FORMA.

Dioſc. Planta eſt dodrantalis, aut amplior, fruticoſa, humilis, oblonga ſine foliis, puſillis circa ramos acinis, rufis, multis, tritici magnitudine, acuto cacumine, guſtu admodum adſtringente.

LOCVS.

Idem Naſcitur maximè in maritimis.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem Baccæ guſtu ſunt admodũ adſtringẽti. Racemorũ baccæ decem, ex vino potę, cæliacis, & fæminis fluxione vuluæ laborãtibus auxiliantur.

IVNCVS, Græcis, Σχοῖνος.] Italis, *Giunco.*] Germanis, *Bint zen ſchmelen.*] Hiſpanis, *Iunco.*] Gallis, *Ionc.*

IVNCVS.



GENERA.

Duum eſt generum, Alterum læue, Alterum acutũ; cuius etiã duo extant genera, vnũ ſterile, alterum fertile: Eſt & alterũ ὀλόχερος vocatum, ſeu Æthiopicum. DIOSC

FORMA.

Caulis eſt lęuis, viridis, in cacumine aculeatus, alba intus medulla: Semẽ gerit in ſuperiore caulis parte, è latere prodiens racemoſum, ſubrubrum, adſtringentis guſtus. Alter conſimilis eſt, ſed ſine ſemine prouenit. & tenuioribus calamis. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Naſcuntur omnia genera cùm in mari, tum in fluminibus, lacubus, paludibus, ac cęteris aquoſis locis. *Matt.*

QVALITATES.

Cõpoſitã eorũ tẽperies eſt, ex terrena videlicet eſſentia, leuiter frigida, & aquea leuiter calida, vt & inferna deſiccare poſſint, & ſenſim frigidos ad caput vapores ſubmittere, quibus ſomnolentos efficiant. *Gale. 8 ſim. mei*

VIRES.

Semen toſtum ex vino potum, aluum ſiſtit, & rubra fœminarum profluuia: vrinam ciet, capitis dolores facit: Quæ proxima ſunt radici folia tenera, conuenienter illinuntur aduerſus Phalangiorum morſus. ¶Semen potum ſomnum conciliat. DIOSC.

NOMINA.

IVNCVS floridus. Italis, *Giunco florido*.

IVNCVS FLORIDVS.

FORMA.

Matt. Foliis exit ab vno ceſpite numeroſis cyperi ſimi libus, ſurſum ſpectan tibus, caulibus pluri-bus, lęuibus, iunci mo do glabris, in quorũ cacumine flores emi-cant ſpecioſi, ſubpur-purei, è quibus ſemen gignitur.

LOCVS.

Idem. Prouenit in fluuiorum li toribus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Creditur ea omnia præ-ſtare poſſe, quæ cętera præſtant genera.

LICHEN, Græcis, Λειχήν.] Officinis, *Epatica.*] Arabibus, *Arzez allacher.*] Italis, *Lichene, ſeu Epatica.*] Germanis, *Stein leber kraut.*] Hiſpanis, *Epatica, ſeu Figadella.*] Gallis, *Epatique, ſeu Porcorau.*

LICHEN.

FORMA.

Foliis eſt latis, robuſtis, aſperis, nullis adnexis pediculis in cacumine tripartitis, aſperginoſis lapidibus pertinaciter inhærentibus, radicibus numeroſis perquàm exiguis aduerſa foliorum parte emergẽtibus: floribus paruis, ſtellarum figura. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in aſperginoſis ſaxis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Adſtringit, refrigerat, abſtergit: illita folia ſanguinis profluuia ſiſtũt: inflammationes arcẽt. DIOSC.

Impetigini medentur. Iuuant regio morbo laborantes, cum melle illita oris, & linguæ defluxiones inhibent. Præfertur maximè hęc planta ad iocinoroſos affectus. *Matt.*

PVLMONARIA, Italis, *Pulmonaria.*] Germanis, *Lungen kraut.*] Gallis, *Herbe aux pulmons.*

PVLMONARIA.



GENERA.

Matt. Duo eius habentur genera, Arboreum alterum, Alterũ terreſtre.

FORMA ARBOREÆ.

Idem. Similis eſt Licheni, ſed maiora, latioraq́; fundit folia, variis modis per ambitum laciniata, ac ſi à vermibus eroſa fuerint, areſcentia, prona parte viridia, ſupina verò palleſcentia, ac ſubalbicantibus maculis reſperſa.

LOCVS.

Idem. Prouenit in denſis, opacisq́ue ſyluis, in annoſarum arborum caudicibus.

QVALITATES.

Idem. Adſtringit, ſiccat, abſtergit: vulnera glutinat.

VIRES.

Idem. Præſtat, (vt ſcribunt) ad tabẽ, pectoris, & pulmonis vlcera, & cruẽta ſputa, quin etiam ad vulnera, & pudẽdorum vlcera, & ad vtrunque muliebre profluuium, dyſenteriam, & bilioſos vomitus: Sunt qui ea vtantur ad ſuſpirioſos, & aſthmaticos, cum dulcis radicis ſucco, hyſſopo, helenio, & ſcillino oxymelite: Datur quoque vtiliter à paſtoribus tuſſientibus pecudibus, cum ſale.

PVLMONARIA altera, Italis, *Polmonaria*.] Germanis, *Lungen kraut*.] Gallis, *Herne aux pulmons*.

PVLMONARIA ALTERA.

FORMA.

Foliis assurgit borraginis quadantenus æmulis, non tamen crispis, nec hispidis, oblongis, aspe ris, hirsutis, albis macu lis superna parte respersis, boraginis sapore: caulem gerit angulosum, atque tenerum: in cuius adnatorum cacuminibus flores erumpunt, cynogloſſi vulgaris modo. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur opacis locis, propè vliginosas sepes. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Cohibet, cõsolidat, siccat, abstergit: Præfertur ad pulmonis cùm vlcera, tum cæteras infectiones, & ad sanguinis reiectiones: Datur totius plantæ decoctum ad suprascripta, magno auxilio, cum saccharo pluribus diebus: Idem cum maiori quoque successu præstat foliorum succus potus. *Idem.*

PARONYCHIA, Græcis, Παρωνυχία.] Italis, *Paronicchia*.

PARONYCHIA.

FORMA.

DIOSC. Exiguus eſt frutex, in petris naſcens, peplo ſimilis, minor longitudine, ſed maioribus foliis.

LOCVS.

Idem Naſcitur in pratis.

QVALITATES.

Gale. 8. ſim. med. Vis eius eſt tenuium partium, & exiccatoria, morſu vacãs. Talia enim ſint oportet, quę paronychia ſanant: excalfacit ordine tertio. & ſiccat pariter.

VIRES.

DIOSC. Illita paronychiis, atque ſauis, remedio eſt.

APPENDIX.

Matt. Quanquam non deſunt, q hanc plantam vnà mecũ paronychiã faciunt, quũ tamen ſint, qui reclamẽt, ne diſſenſio vlterius protrahatur, non Dioſcoridis, ſed noſtram paronychiam eam eſſe volumus. Scimus. n. non ſolùm paronychiis ipſam mederi, ſed ad ciendas vrinas, & renum calculos frangendos pellendosque, pręſtantiſſimam eſſe.

CENSVRA.

Maximè cæcutiunt, qui paronychiam hanc noſtram album Theophraſti adiantum faciunt.

PARONYCHIA altera.

PARONYCHIA ALTERA.

FORMA.

Folia profert pepli, longiora, flores paruos, copioſos, racematim cohærentes. albo colore, ſed qui paronychiam florere ſcribat hactenus nō legimus: quin etiam mihi incō pertum eſt, an in ſaxis oriatur. Quo fit vt ne hanc quoque legitimā paronychiā facere auſim. *Matt.*

HELICHRYSVM, Græcis, Ελίχρυσον.] Italis, *Helichriſo.*

HELICHRYSVM.



FORMA.

DIOSC. Ramulum habet candidū, virentē, rectū, firmum, folia, intercedē tibus ſpatiis, anguſta, abrotano ſimilia, comā aureæ lucis in orbem: vmbeila rotunda veluti ſiccis corymbis dependentibus: radice tenui.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in aſperis, & torrentium locis.

QVALITATES.

Gale. 6. ſimp. me. Facultatis eſt incidentis, & extenuantis.

VIRES.

DIOSC. Coma ex vino pota, menſes ciet: auxiliat quoque ſerpentium ictibus, coxendicum doloribus, & vrinæ ſtillicidiis. ſanguinem in ventriculo, aut veſica concretum abſumit, deſtillationes ſiſtit, cum mulſo à ieiunis pota triobolari pondere: veſtibus interpoſita, eas à tineis tuetur.

HELICHRYSVM ITALICVM.

Helychrysum Italicum hanc plantam appellare libuit, quòd plurimum in Italia proueniat, & iisdem sit facultatibus præditum, quibus & præcedens.

NOMINA.

HELICHRYSVM creticum. Italis, *Helichriſo di Candia*.

HELICHRYSVM CRETICVM.

FORMA.

Matt. Planta eſt exilis, foliis lõgis, anguſtis, hirſutis, ſtriatisque, caulibus anguloſis, vmbella in ſummitate aurea, diuulſaque: radice tenui, ac ſuperuacua.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in Creta Inſula.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem. Ea omnia hoc quoque, quę ſupra ſcripta pręſtare poſſe creditur.

STOECHAS citrina. Italis, *Amaranto giallo.*

Rom Bauhino.

STOECHAS CITRINA.

FORMA.

Folia profert albicãtia, hir *Matt.*
ſuta, longa, caules dodrantales, aut maiores, lanuginoſos, incanos, in quorum ſummitatibus flores ſunt aurei, globoſi, odorati, in vmbellæ diuulſæ modum ſe ſe pandentes. Radice breui ſubnigricãte.

LOCVS.

Naſcitur locis incultis, & *Idem.*
in paſcuis.

QVALITATES.

Excalfacit, ſiccat, aperit, *Idem.*
& abſtergit, vt amariu ſculus indicat ſapor, nec adſtringenti facultate vacat.

VIRES.

Decocta comã, aut ex vi- *Idem.*
no macerata, iocinoris obſtructiones aperit, proinde datur commodè eius decoctum, dilutumve regio morbo affectis. Idem potum interaneorum vermes necat.

NOMINA.

AMARANTHVS, Græcis, Αμάραντος.] Italis, *Amaranto, ſcu fior velluto.*] Germanis, *Samat bluom.*] Gallis, *Paſſe velours.*

AMARANTHVS.

FORMA.

Matt. Folia profert ocimi, maiora, caulem craſſum, pinguem ſubrubentẽ, ſtriatũ: florem ſpicatũ, admodũ purpureum; qui etſi quàm diu ſiccatum aſſeruetur, haud quaquam tamen colorem deperdit.

QVALITATES.

Idem. Refrigerat, ſiccat, repellit, cohibet.

VIRES.

Idem. Flos epotus cœliacos, & dyſentericos iuuat, mẽſium abundantiã ſiſtit, & albas vteri fluxiones. prodeſt quoque ſanguinem excreantibus.

CHRYSANTHEMVM, Græcis, Κρισάνθεμον.] Italis, *Chriſanthemo.*

CHRYSANTHEMVM.

FORMA.

Herba eſt tenera, frutico- DIOSC.
ſa, lęues proferens cau-
les, & multifida folia :
flores luteos admodũ
ſplendentes.

LOCVS.

Propter oppida naſcitur. *Idem.*

QVALITATES,
ET VIRES.

Flores cũ cerato triti, ſtea- *Idem.*
tomata diſcutere pro-
duntur. Ictericos breui
ad bonum colorem re-
ſtituunt, ſi ſequente lõ-
go balnei vſu, poſt exitũ
ebibantur. caules man-
duntur olerum modo.

AGERATVM, Græcis, Ἀγήρατον.] Officinis, *Eupatorium Meſue.*] Italis, *herba Giulia.*

AGERATVM.

FORMA.

DIOSC. Fruticoſa eſt herba, binum dodrantum longitudine aſſurgens, ſimplex, humilis, origano maximè ſimilis: vmbellã gerit, in qua flos bullis aureis ſimilis, helichryſo minor. Nomẽ ei inditũ eſt, qm̃ diutiſſimè flos in ſua coloris ſpecie cõſeruetur.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in inculto ſolo, & in paſcuis.

QVALITATES.

Gale. 6. ſim. me. Digerit, & inflammationes quodãmodo reſoluit.

VIRES.

DIOSC. *Matt. Meſue.* Vis decocti feruens, herbæ vſtę nidor vrinã ciet, & vluę duritias emollit. ¶Florum dilutũ ex albo meraco paratũ, puerorũ vermes necat duarũ vnciarũ põdere potũ. ¶Excalfacit ordine primo, & ſiccat ſecũdo. Bilẽ, & pituitã facilè purgat, tenuat, incidit, terget, expurgat, putredinẽ prohibet: reſoluit ſine attractione, obſtructiones reſerat, & earum affectus ſanat, diuturnis febribus mirificè medetur. Adſtringit, quare ventriculũ, iecur, & cętera viſcera roborat: cum ſero lactis efficacius purgat.

CENSVRA.

Medicam materiam non aſſequuntur qui negant Eupatorium Meſuis non eſſe Dioſcoridis Ageratum.

VERBENACA, Græcis, Περιστέρεων, ἡ ἱερὰ βοτάνη.] Latinis, *Verbenaca supina.*] Italis, *Verminacola, Berbena, & Berbenaca.*] Germanis, *Eisen kraut.*] Gallis, *Veruaine masse.*

VERBENACA.

FORMA.

Ramulos emittit cubitales aut maiusculos, angulosos, in quibus ex interuallis folia exeunt quercus, sed minora, & angustiora, eiusdem in ambitu diuisuris, colore aliquatenus cæsio. Radix longa, tenuis. Flores purpurei, graciles. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur secus vias in ciuitatibus, & oppidis, & in plateis. *Matt.*

QVALITATES.

Vim habet adeo desiccantem, vt vulnera glutinet. *Gal. 8. simp. me.*

¶ Insigniter est amara: quare excalfacit: & siccat, abstergit, aperit. *Matt.*

VIRES.

Folia cũ radice in vino pota, illitave, serpentiũ ictibus auxiliantur. Folia bibuntur commodè ex vino vetere quadragenis diebus ad icteritiam: veteres tumores, & inflammationes mitigant: sordida vlcera purgant. tota in vino decocta, tonsillarum crustas abrumpit: oris nomas gargarizatu cohibet: Datur potandũ in tertianis febribus, tertium à terra geniculum, cum foliis circundantibus: quartanis quartum. Sacram vocant herbam, quoniam multum ad amuleta, expiationesque commendetur. DIOSC.

HYACINTHVS, Græcis, ὑάκινθος.] Italis, *Hiacintho.*] Germanis, *Mertzen bluomen.*] Hiſpanis, *Maios flores.*] Gallis, *Vaccet.*

HYACINTHVS.

GENERA.

Matt. Nobis duo obſeruata ſund genera, vulgare alterũ t alterum Orientale, quo, duplex eſt.

FORMA VVLGARIS.

DIOSC. Folia habet bulbi: caulem dodrantalem, minimo digito tenuiorẽ, herbacei coloris: comam procumbentem, florum purpureorum plenam, incuruamque: radicem quoq; bulbaceam.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in campeſtribus, ferè vbiq; inter ſegetes.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. Bulboſa radix exiccat ordine primo, & refrigerat ſecundo cõpleto, aut tertio incipiente. ſemen leuiter extergit, & adſtringit. Exiccat autem quadá tenus ordine tertio. Cæterùm in medio conſiſtens caliditatis, & frigiditatis.

VIRES.

DIOSC. Pota radix aluum ſiſtit, & vrinas propellit: phalangiorũ morſibus medetur. Semen adſtringentius eſt, theriacis expetitum. cum vino potum ictericos iuuat.

HYACINTHVS orientalis, Italis, *Hiacintho orientale*.

HYACINTHVS ORIENTALIS.

FORMA.

Foliis exit lilij, minoribus, anguſtioribus, ſurſum ſpectantibus, pinguioribus, & in acutũ deſinẽtibus: caule craſſo, in quo flores exeũt cærulei, lilij figura, ſed parui. Radix illi bulboſa, ſquamoſaq; *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis, & colitur in fictilibus vaſis. *Idem.*

HYACINTHVS ORIENTALIS ALTER.

FORMA.

Foliis eſt alterius latioribus, pinguioribus, & in ſummitate retuſis. cętera cæteris perquã ſimilia ſunt.

PAPAVER erraticum, Græcis, Μήκων ῥοιὰς.] Italis, *Papauero ſaluatico.*] Germanis, *Klapper roſen.*] Hiſpan. *Amapollis, ſeu Papoulla.*] Gallis, *Pauot ſauuage, ſiue confanons.*

PAPAVER ERRATICVM.

FORMA.

Folia habet erucę, diuiſa, ſcabra: caulem iunceum, rectum, cubitalem, aſperũ. Florem ſylueſtris anemones puniceum, interdum albũ: capite oblongo. ſed anemones minori, in quo rufum ſemen. Radix eſt longa, ſubalbida, minoris digiti craſſitudine, guſtu amara. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur plurimum in aruis inter ſegetes. *Matt.*

QVALITATES.

Refrigerandi, ac ſoporem inducendi illi poteſtas eſt. *Gale. 6. ſim. med.*

VIRES.

Capita quinque, aut ſex in vini cyathis tribus ad dimidias decocta, potuiq; data, ſoporem faciunt: ſemen acetabuli menſura ex aqua mulſa pota, aluum leniter emollit: folia cum calycibus illita inflammationes ſanant: allicitur etiam ſomnus eorundem perfuſione, & fotu. ¶ Flores in puluerem triti, & ex aqua dulci poti, pleuritidi commodè medentur. DIOSC. *Matt.*

PAPAVER ſatiuum, Græcis, Μήκων ἥμερος.] Arabibus, *Thaythay, ſeu Caſchas.*] Italis, *Papauero domeſtico.*] Germanis, *Mogſomen.*] Hiſpanis, *Dormidera.*] Gallis, *Pauot blanc, ſeu Pauot priué.*

PAPAVER SATIVVM.

GENERA.

DIOSC. Tria eius habẽtur genera. Hortenſe, cui candidum ineſt ſemen: & ſylueſtre, cuius duo ſunt genera, quę etiam ſeruntur: His accedunt corniculatum, & ſpumeum.

FORMA.

Idem. Hortenſe capitulum habet oblongum, & ſemen candidũ, ſylueſtre verò caput habet inſidens, demiſſumque, & ſemẽ nigrum. Tertium magis ſylueſtre, multò his longius eſt, & productiore capitulo.

LOCVS.

Matt. Hortenſe in hortis, cætera in campis ſeruntur.

QVALITATES.

Gale. 6. ſim. me. Omniũ facultas refrigeratoria eſt. ſatiui autem ſemen mediocriter ſomnum conciliat, viſu candidum. Cætera genera longè magis ſoporifera ſunt.

VIRES.

DIOSC. Omnium in commune natura refrigeratrix: foliorum, capitumque decoctum ex aqua paratum, ſomnum conciliat: calyces cum farina hordeacea triti, & cataplaſmatis admiſti, igoibus ſacris, & inflãmationibus medẽtur. coquũtur quoque capita per ſe ad dimidias. coquiturque decoctum cum melle, quouſque eclegmatis modo craſſeſcant. Hoc itaque modo paratur medicamentũ ad tuſſim, arterię fluxiones, & cęliacos affectus, efficacius tamen redditur, addito hypociſtidis ſucco, & acacia: Cęterùm nigri papaueris ſemen tritũ cũ vino bibitur contra citam aluum, & fœminarum profluuia, & fronti quoque in peruigiliis illinitur ex aqua. Opium autem, quod è papauerum nigrorum capitibus paratur, magis refrigerat, inſpiſſat, ſiccatque.

PAPAVER corniculatum, Græcis, Μήκων Κερατίτις.] Arabibus, *Almacharam.*] Italis, *Papauero cornuto.*] Germanis, *Gelbol magen.*] Hiſpanis, *Dormidera marina.*] Gallis, *Pauot Cornu.*

PAPAVER CORNICVLATVM.



FORMA.

Folia habet candida, hirſuta, verbaſco ſimilia. in ambitu ſylueſtris papaueris modo ſerrata: caule non diſſimili: flore pallido (& quandoque puniceo) calyculo in corniculorum modum inflexo: ſemine papaueris, puſillo, nigroque: Radice per ſumma ceſpitum nigra, craſſaque. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in maritimis, & aſperis. ¶ Cęterũ quod flore eſt puniceo naſcitur copioſum in campis, in Morauia, & Boemia. *Idem Matt.*

QVALITATES.

Vim habet incidendi, & abſtergendi. *Gal. 7. ſimp. me.*

VIRES.

Radicis decoctum, ad dimidias paratum, coxendicum & iocinoris affectus potu ſanat: prodeſt his, qui craſſa quędam, & araneoſa cum lotio reddunt. Semen in aqua potum ácetabuli menſura aluum leniter purgat. Illita folia, & flores, cruſtas emarginant, & iumentorum argemas, & nubeculas abſtergunt.

NOMINA.

HYPECOVM, Græcis, ὑπέκοον.] Italis, *Hippocoo*.

HYPECOVM.

FORMA.

Matt. Foliis prouenit rutę paulò maioribus, si singulatim expendantur, cauli bus exilibus, mollibus, hirsutis, in quibus flores sunt pallidi, & propè calycem subpurpurei: floribus succedunt capitula, tenui inuolucro contecta, in quibus semẽ reconditur nigrũ, tactu asperum, pseudomelanthio proximum.

LOCVS.

Idem Nascitur in agris inter segetes, & legumina.

QVALITATES.

Gale. 8. sim. med. Refrigerandi vim habet, ex tertio ferè refrigerantium ordine, adeò, vt

DIOSC. parũ absit à papauere.

VIRES.

Natura eadem, quæ papaueris succo.

APPENDIX.

Nullam hactenus plantam mihi videre licuit, quę magis hypecoum referat: tametsi etiam mihi pĕr omnia non satisfacit.

HYOSCYAMVS, ſiue Apollinaris herba, Græcis, Υοσκύαμος.] Arabibus, *Bengi.*] Italis, *Iuſquiamo.*] Germanis, *Bilſomen.*] Hiſpan. *Velenho.*] Gallis, *Iuſquiame, ſeu Hanabene.*

HYOSCYAMVS.

GENERA.

Tria ſunt eius genera. Nigrum, Albũ, & Flauũ. DIOSC.

FORMA.

Flaui folia lata ſunt, & oblonga, diuiſa, nigra, hirſuta. Flores è latere cauli ordine prodeunt, tãquam punicorum cytini, ſcutulis ſepti, ſeminũ plenis, vt papaueris. Flores ei ſunt lutei, & ſemen ſubflauuũ, & ſiliquæ minores. In nigro autem flores ſpectãtur purpurei, & cytini prę-duri ac ſpinoſi: radice alba digitali craſſitudine. DIOSC.

LOCVS.

Proueniunt ſecus itinera, & in agrorũ marginibus. *Matt.*

QVALITATES.

Cui ſemen atrum eſt, inſaniam, ac ſoporem affert. Huic propinquam habet facultatem, cui ſemen mediocriter eſt flauum. verùm vtrique fugiendi ſunt, vt inutiles, & venenoſi. *Gale. 8. ſim. med.*

VIRES.

Flaui ſemen, vbi album non adſit, eius loco ſupponi poteſt, ſed maiori cum cautela vti eo præſtat. DIOSC.

HYOSCYAMVS albus, Græcis, Τοσκύαμος λεύκη.] Italis; *Iusquiamo bianco.*

FORMA.

Matt. Foliis crescit alterius nō dissimilibus, sed subrotūdis, pinguioribꝰ, mollioribus, hirsutioribus, rarioribus, albicātibus. Flores illi candidi, aut subpallidi, è quibꝰ eodē ordine, quo in cęteris, cytini oriūtur, sed rariores, & clementiores, in quibus albū cōcluditur semen. LOCVS.

Idem. Nascitur spōtè, & seritur in hortis.

QVALITATES.

Gal. 8. simp. me. Ad sanationes is vel maximè idoneus est, ex tertio quodāmodo ordine refrigerātiū. VIRES.

DIOSC. Semen collyriis, quę dolorū sensum auferūt, cō modissimè inseritur: cō tra acutas, calidasque fluxiones, aurium dolores, atque vuluæ mala prosunt: cum farina autē hordeacea oculorū, pedūque, ac cęterarum partium inflāmationes placat. Idē tussi, destillationibus, & oculorū doloribus efficax est. Cōtra mensium abundantiam, & erumpentem aliunde sanguinem oboli pondere, cū papaueris semine, & aqua mulsa bibitur. Podagris subuenit, testibus inflatis, māmisque à partu tumētibus, tritum ex vino illinitur. Folia omnibus medicamentis dolorem sedantibus, tum per se, tū cum hordeacea farina vtiliter imponuntur: recentia ad mitigādos omne genus dolores oblinuntur. Radix in aceto decocta, dentiū dolores mulcet.

HYOSCYAMVS ALBVS.

HYOSCYAMVS tertius, seu potius quartus. Italis, *Iusquiamo nuouo, seu Iusquiamo maggiore.*

HYOSCYAMVS TERTIVS.

FORMA.

Planta est insignis, caules edit sesquicubitales, rotundos, tenui obducłos lanugine, ramososque: foliis amplis, pinguibus, tenui pilo pubescentibus, mollibus, solani soporiferi speciē quadātenus referentibus, graui etiā odore. Flores edit pallidos, hyoscyami ęmulos, è quibus capitula subrotunda oriuntur, quæ nōnullā hyoscyami cognationem præseferunt: similibus enim ferè scutulis concludūtur, coronato circūquaque cacumine, & semine intus subflauo: Radice est alba spithamæ longitudine. *Matt.*

LOCVS.

Seritur in hortis. *Idem.*

FACVLTATES, ET VIRES.

Refrigerat ordine tertio completo: soporem inducit, adeo vt ea sit ei natura, quę cæteris Hyoscyamis. *Idem.*

PSYLLIVM, Græcis, Ψύλλιον.] Arabibus, *Bazarachat hona, ſeu Bezer cothume.*] Italis, *Pſillio.*] Germanis, *Pſillien kraut.*] Hiſpanis, *Zargatona.*] Gallis, *Herbe à puce.*

PSYLLIVM.

GENERA.

Matt. Duum eſt genẽrũ, foliorum, capitulorũque differentium.

FORMA PRIMI.

Matt. Foliis eſt in canis, lõgis, hirſutis, coronopo æmulis, non tamẽ corniculatis. Ramis numeroſis, dodrantalibus, rotundis, gracilibus, & folioſis, humi potius, quàm in altum ſeſe diffundentibus, in quorũ cacuminibus capitula oriũtur, ſcabioſę vocatæ modo: floſculos edit puſillos, prętenues, lanuginoſos, pilorum ſpeciẽ referentes, albo colore, plãtaginis anguſtifoliæ modo, ſemen puſillum nigrum, pellucidum, pulicum effigie.

LOCVS.

DIOSC. In aruis, & incultis naſcitur.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. Semen admodũ vtile eſt, ex ſecũdo refrigerantium ordine, in deſiccando verò, & humectando, medium quodãmodo eſt, & ſymmetrum.

VIRES.

DIOSC. Vis ei ad refrigerandum, inſpiſſandum, & emolliendum cõueniẽs: articulorum morbis, parotidibus, tuberculis, tumoribus, luxatis, illitum auxiliatur. Imponitur in dolore capitis, cũ roſaceo, aqua, aut aceto. Enterocellis infantiũ, & prominenti vmbilico, illitum ex aceto medetur. Seminis mucago ex aqua parata, vehementer refrigerat: contra ſacros ignes efficax eſt: cum adipe tuſum ſordida vlcera, & quæ cocoẽthe vocãtur, expurgat: ſuccus vermiculoſis auribus, aut fluxione laborantibus, ex melle infuſus prodeſt.

PSYLLIVM alterum, Græcis, Ψύλλιον ἑτέρον.] Italis, *Psillio*.

PSYLLIVM ALTERVM.

FORMA.

Longè ſarmẽtoſius eſt, *Matt.* & numeroſiorib⁹ refertũ foliis, longioribus, anguſtiorib⁹, dẽ ſioribuſq;, piloſis pariter, atq; incanis. capitula ſunt illi alteri ſimilia, ſed minora paulò, & numeroſiora, in quibus ſemen progignitur alteri ſimile. Radicem habet multifidã, numeroſis vbiq́ue fibris.

LOCVS.

Naſcitur in campeſtribus, ſed in maritimis copioſius. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Eædem illi ſunt vires, *Idem.* quę primo generi aſſignantur.

SOLANVM hortenſe, Græcis, Στρύχνος κηπαῖος.] Arabibus, *Hamebthanaleb, ſeu Hameb alchachaich, ſeu Hanabalthaleb.*] Italis, *Solatro, ſeu Herba morella.*] Germ. *Nacht Schadt.*] Hiſp. *Yerua mora.*] Gal. *Morelle.*

SOLANVM HORTENSE.

FORMA.

Matt. Foliis exit ocimo maioribus, ſed amplioribus, nigrioribus, mollioribus. Plures circūquaque fundit ramos, non ſine alarum cauitatibus, floribus albis, & in medio luteis; ſtellę figura, baccas edit rotundas, racematim dependentes, vinoſo ſucco prægnantes, orobi quātitate, in quibus ſemen continetur album, minutūque: variat in baccis color: nāque in hac planta nigræ, in illa luteę, in altera ſubuirides ſpectātur.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in hortis, plateis, ſecus itinera, & ferè vbique.

QVALITATES.

Gale. 8. ſimp. me. Vſus eius eſt ad omnia ea, quę refrigerari, & adſtringi poſtulāt, poteſt enim hęc duo ordine ſecundo.

VIRES.

DIOSC. Folia conuenienter illinuntur, cum hordeaceæ farinæ polline ignibus ſacris, & vlceribus, quę ſerpunt: ęgilopia, capitisque dolores, trita, & impoſita per ſe ſanant: æſtuanti ſtomacho auxiliantur: parotidas cum ſale detrita, illitu diſcutiunt, foliorū ſuccus, cū roſaceo perfuſus, valet contra infantium ſyriaſim: inſtillatur vtiliter auritū doloribus: in vellere ſubditus, menſium abundantiam ſiſtit. Fuluo gallinarum fimo ſubactus, & appoſitus, ægilopis præſentaneo eſt remedio. ¶ Phrenitico iuuat ex aceto, & roſaceo ſincipiti illitus. Illinitur fronti contra calidas oculorum fluxiones. Gargarizatur quoque cum aceto, ad faucium, & columnellę inflammationes, & additur conuenienter in vnguentis, & emplaſtris, quorum ad vlcera contumacia eſt vſus. cibis idoneus eſt.

Matt.

SOLANVM Halicacabum, Græcis, Στρύχνος ἀλικάκαβος.] Mauritanis, *Kekengi, seu Alkekengi.*] Italis, *Alcachengi, & Halicacabo.*] German. *Iudem kirsen.*] Hispanis, *Besiga de perro.*] Gallis, *Buguenandes.*

SOLANVM HALICACABVM.

FORMA.

Folia mittit hortẽsis similia, sed latiora, firmiora, & subaspera, nec adeo, vt in illo nigricantia: caulibus lẽtis: floribus candidis, è quibus vesicę oriũtur turbinatę, iuglandiũ magnitudine, angulosaque, quę per maturitatẽ rufescũt, in quibus singulis singulę cõcluduntur baccæ, vinoso succo refertæ, ipsęque rubẽtes ruſci baccis persimiles, sapore austero, simul & amaro. numeroso minutoque intus semine. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur propter vliginosas sepes, & locis vmbrosis. *Idem.*

QVALITATES.

In foliorũ facultate hortẽsi solano simile est, multis admiscetur compositis, quæ ad iecur, vesicam, & renes accõmodantur. *Gale. 8. sim. med.*

VIRES.

Vim, vsusque hortensis solani habet: verum in cibis nunquã expetitur, regium morbũ purgat: semẽ potũ vrinã pellit. ¶ Baccarũ vis habetur nõ solum præstantissima ad renũ vitia, & ciendã vrinã, sed ad eius quoque acredinẽ retũdẽdã: bibitur nãque earũ succus ad ea omnia vtiliter cũ papaueris albi cremore, aut seminũ melopeponũ, aut cucurbitæ, cucumerisve. Aspidibus aũt adeò aduersissimũ est Halicacabũ, vt admota propius eius radice, sopore inexpugnabili necentur. DIOSC. *Matt.*

VESICARIA, siue Halicacabum repens. Italis, *Vilucchio forestiero.*

VESICARIA, SIVE HALICACAB. REPENS,

FORMA.

Matt. Foliis constat oblongis, per ambitum laciniatis, floribus pallidis, aut cãdidis, è quibus vesicæ prodeunt virides, subrotundæ, senis secundum longitudinẽ futuris: semine intus pullo, erui magnitudine, aut paulò maiore, in cuius latere humani cordis nota visitur albo colore.

LOCVS.

Idem. Seritur in hortis, & fictilibus, ad topiaria.

QVALITATES.

Idem. Creditur valere semẽ ad omnes cordis affectus, ob notam qua idem insignitur.

SOLANVM ſomniferum, Græcis, Σπρύχνος ὑπνωτίκος.] Italis, *ſolatro ſonnifero*.

SOLANVM SOMNIFERVM.

FORMA.

Numeroſis fruticat ramis, denſis, caudicoſis, fractu cõtumacibus: foliis multis, pinguibus, cotoneæ mali haud abſimilibus, plenis, flore grãdi, rubro: fructu in follicu lis crocato: radice grandi, ſubrubro cortice veſtita. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in ſaxoſis, nõ procul à mari. *Idem.*

QVALITATES.

Radicis cortex opio quidẽ perſimilis eſt, ſed imbecillior, adeò vt tertiũ refrigerantium ordinẽ nõ excedat: cùm opium ſit quarti. Idem deſiccat ſecundo ordine completo, at tertio incipiente. *Gal. 8. ſimp.me.*

VIRES.

Radicis cortex ex vino drachmæ pondere potus, ſomnificam vim habet, opio tamen mitiorem: Semen vehementer vrinam cit, corymbi duodecim hydropicis dantur. plures verò mentis alienationem faciunt. Remedio eſt aqua copioſa potui data: inſeritur paſtillis, & medicamentis, quę doloris leuamentũ pręſtant. Vinum in quo idem decoctum fuerit in ore contentum, dentium dolorem mulcet. Radicis ſuccus ex melle illitus, oculorum hebetudines tollit. DIOSC.

SOLANVM ſomniferum alterum. Italis, *Solatro Somnifero minore*.

SOLANVM SOMNIFERVM ALTERVM.

FORMA.

Matt. Foliis eſt anguſtioribus, venoſis, in humum ſpectãtibus : caule anguloſo : Floribus tintinnabuli figura, ſubpurpureis, per ambitũ crenatis. ex quibus baccæ proueniunt nigræ, vinoſæ, minuto intus ſemine, viridi quodam calyculo ad mediũ vſque contectæ, in coronę modum denticulato. Radicem habet grandẽ, ſtrumoſam, albicantem.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in montibus inter ſaxa.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Vires alteri ſimiles habet; ſed proculdubio imbecilliores.

SOLANVM maius. Italis, *Solatro maggiore, siue Herba bella donna.*

SOLANVM MAIVS.

bus simile.

FORMA.

Foliis prouenit hortensis solani maioribus. caule bicubitali, tricubitaliq́ue, atque maiore, ramis numerosis, alis multis, floribus oblongis, tintinnabuli instar cõcauis, subpurpureis, capillaceis intus staminibus. His baccæ suboriuntur singulatim dependentes, & breui calyculo superiori parte comprehensæ, quæ matureſcentes nigricant. acini vuę magnitudine, pellucida exterius cute vinoso succo prægnantes, ac minuto numero soq́ue semine. Radicẽ fundit lõgã, crassam, albicantẽ, & succi plenã. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in montibus saxosis, & seritur ĩ hortis. *Idem.*

FACVLTATES.

Refrigerat ordine tertio, & siccat secundo, estq́; somnifico solano viribus simile. *Idem.*

VIRES.

Baccæ quatuor, aut sex deuoratę, sumentes deliros faciunt, atque furẽtes, plures verò veternosos efficiunt. Aqua è tota planta distillata, (vt quidã fatentur) duorum, aut ad summũ triũ cochleariorũ mensura, internas viscerũ inflãmationes extinguit, nullo omnino incómodo: sed à copiosiore potu abstinendum. Eadem exterius admota, erysipelas, sacros ignes, & alios calidos affectus iuuat: cõtusa folia, & illita oculorum, palpebrarumq́ue flegmonas mitigant.

MANDRAGORAS, Græcis, Μανδραγόρας.] Arabibus, *Jabora, seu Yabrohac.*] Italis, *Mandragola.*] Germanis, *Alraun.*] Hispanis, *Mandracola.*] Gallis, *Mandragore, siue Mandegloire.*

MANDRAGORAS.

GENERA.

DIOSC. Duum est generum nigra, quæ fœmina, & Alba, quę mas dicitur.

FORMA FOEMINÆ.

Idem. Foliis prouenit lactucæ minoribus, angustioribusque, virosis, ac graueolentibus, humi sparsis. Mala gerit sorbis similia, pallida, odorata. in quibus semen veluti pirorum: Radicibus cohæret magnis, binis ternisve inter se conuolutis, nigris foris intus albis, crasso cortice vestitis: caulem nullum fert.

LOCVS.

Matt. Nascitur copiosa in Gargano Apuliæ, & aliis in montibus quoque habetur.

QVALITATES.

Gale. 7. sim. med. Vincentem habet facultatem refrigeratoriam, adeo, vt tertij sit ordinis refrigerantium, verùm, & caliditatis cuiusdam particeps est, & in primis humiditatis, proinde soporis cõciliandi vim habet. Radicis cortex cùm sit valentissimus, non tantum refrigerat, sed etiam desiccat: reliquũ, quod intus est, imbecillum existit.

VIRES.

DIOSC. Succus è radicũ corticibus duobus obolis ex mulso potus, vomitione bilem atram, pituitamq; extrahit: potu verò largiore interimit. Admiscetur medicamentis ocularibus, & his, quæ dolores finiunt, semioboli pondere inditus. partus per se, & menses expellit. Folia recentia conuenienter oculorum inflammationibus, & collectionibus, quas vlcera excitarunt, cum farina hordeacea imponuntur: suppurationes, Strumas, & tubercula discutiunt: stigmata delent, si quinis, senisve diebus sensim perfricentur. trita radix ex melle, aut oleo illita, serpentium morsibus medetur. Mala olfactu soporem afferunt. ac etiam si mandantur: Semen eorundem potum, vuluas purgat. Radix cbur emollire fertur, quæ senis horis, cum eo decocta sit & ad accipiendam, quam effingere optaueris formam, ipsum facilè præstat.

MANDRAGORAS mas, Græcis, Μανδραγόρας ἄῤῥενος.] Italis, *Mandragola maſchio*.

MANDRAGORAS MAS.

FORMA.

Folia habet magna, alba, lata, lævia, vt betę: mala quę alterius duplo maiora, colore in crocum inclinante, iucundè, cum grauitate quadam olentia, quorum pomorum cibo aliquã tùm opiliones ſoporã tur. Radix alterius eſt ſimilis, maior tamen, & candidior, orbata & hæc caule. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur & hęc in montibus. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Iiſdem eſt inſignita facultatibus, quibus & fœmina. DIOSC.

CENSVRA.

Qui credunt, mandragoras, quę ab impoſtoribus circumferuntur, humana forma, eſſe legitimas, manifeſto hallucinantur. Factitiæ enim ſunt.

MELONGENA, seu mala insana, Italis, *Petranciani, seu Melanzane*.

MELONGENA.

FORMA.

Matt. Folia gerit stramonię cognata, aut maioris solani subaspera tñ, & subhirsuta, & per ambitũ sinuata, caule vnico, dò drãtali, aut maiore, tereti, firmo, subpurpureo, & hirsuto: flores edit albicantes, aut sub purpureos in stellę modum, è quibus oblongi oriuntur fructus, cucumeris magnitudine, purpurascentes, virentesve, leui cortice, succosa albicãteque intus pulpa: semine numeroso, paruo, siliquastri ęmulo: radice nititur multifida.

LOCVS.

Idem Seritur in hortis, & vasis fictilibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Manduntur in cibis fructus. Sunt è nostratibus, qui horũ esu venerẽ cõcitari putent: quod

Auicen. forsan ideo præstant, quòd flatus gignant. ¶Cæterùm, frequenter manducati, cũ bilioſos, tũ atrabiliarios generant humores, viscerũ obstructiones, carcinomata, elephantiasm, tristitiam, capitis dolores, & iocinoris, & lienis obstructiones. Quo fit vt postea diuturnę oriantur febres, & habitus malus.

ACONITVM Pardalianches, Græcis, ἀκόνιτον παρδάλιαγχες, ἢ Θηλύφονον.]
Italis, *Aconito pardalianche*.

ACONITVM PARDALIANCHES.



GENERA.

Quatuor nos obſeruauimus genera. Primum, quod Dioſcoridis, ſecundum, quod Plinij, tertiũ quod Theophraſti eſſe cẽſemus, & quartum, quod Doronicũ errore magno vocatur. *Matt.*

FORMA PRIMI.

Planta eſt admodũ rara, foliis cucumeri proximis, ſed maioribus, ad ſummum quatuor, ſub hirſutis. caulem edit dodrantalem, floribus chryſanthemi ſimilibus, ſed minoribus. Radicem alabaſtri modo ſplendentem, digitali craſſitudine, in acutum deſinentem, incuruam, geniculatam, & tota facie ſcorpij caudam æmulantem. *Matt.*

LOCVS.

n nudis, & arduis montium ſummitatibus, cautibusque prouenit, vmbroſis tantum locis. DIOSC.

QVALITATES.

utrefaciendi facultatem obtinet, & lethale eſt, itaque cibo, potuq; fugiendum: attamen ad putrefaciendum extremas corporis partes, aut circa ſedem, idoneum eſt: Herbæ verò radix ad hęc vtilis eſt. *Gale. 6. ſim. me.*

VIRES.

)culorum medicamentis leuandi doloris gratia adiicitur: Enecat pantheras, ſues, lupos, & feras omnes in carnibus obiectũ: torpeſcunt, (vt fama eſt) ſcorpiones, admota radice, ſtupentque, ſed ſtatim ellebori contactu excitantur.

ACONITVM pardalianches Plinij. Italis, *Aconito Pardalianche ſecondo.*

ACONITVM PARDALIAN. PLINII.

FORMA.

Matt. Foliis creſcit prioris ſimi libus, ſed paulo rotun dioribus. & minus hir ſutis: radice fere ſimi-li ſed brachiata, alba, ſplendente, geniculata, ima parte ſcorpionis caudam referente, minime tamen incurua: caulem, & florem gerit, prę ſcripti omnino ſimiles.

LOCVS.

Idem Naſcitur in altiſſimis mõ tium prę ruptis, & ferè inacceſſibilibus locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Pares ſunt ei qualitates, & vires cum prę ſcripto.

ACONITVM Pardalianches Theophrasti. Italis, *Aconito Pardalianche terzo*.

ACONITVM PARDALIANCHES, THEOPHRASTI.



FORMA.

Folia profert cyclamini haud dissimilia, radicem scorpionem integrum præseferentẽ. cui fibræ insunt geniculatæ, graminis modo, & eiusdem quoque modo se se propaginãtes, & alios quoque scorpiones effingentes, è quibus germina, & folia erũpunt. Atqui caules, & flores à cęteris minimè differunt. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in altissimis mõtibus, præscriptis locis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Ea omnia potest, quæ de cæteris scripta sunt. *Idem.*

NOMINA.

ACONITVM pardalianches minus, Officinis, *falsò Doronicum*.] Italis, *Doronico*.

ACONITVM PARDAL. MINVS.

FORMA.

Matt. Folia, caules, & flores gerit cæterorum generũ similes, radicẽ quę graminis modo serpit, & q̃ hincinde numerosa edit tubercula scorpionum effigiem præseferentia, candida, tenera ac dulcia.

LOCVS.

Idem. Nascitur & hoc in altissimis montibus, vbi syluestres capreæ inhabitant.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Radix canes, vulpes, & lupos necat cum carnibus duarum drachmarum pondere propinata: Est. n. lethalis, & deleteriæ facultatis.

CENSVRA.

Supplicio damnandi sunt qui vulgare Doronicũ medicamentis adiciunt, qui intus in corpus sumunt.

PSEVDOACONITVM PARDAL.

Plantã, cuius hic imago ſpectatur, nos Pſeudo aconitũ Pardalianchẽ appellamus, quòd nõ deſint, qui eandem aconitum præſcriptum legitimum faciant ab errantes. Duo tantum hæc plãta habet folia, rotunda, firma, & per ambitum crenata, flores melinos in cauliũ ſummitate, radices numeroſas, aſphodeli modo, ſed quàm lõgè minores, guſtu acerrimo ac lethiferæ.

ACONITVM II.

Flores habet purpureos.

LOCVS.

Matt. Naſcitur hoc, cum cæteris infraſcriptis generibus, in altis mõtibus, & pręſertim in monte Baldo in Veronenſi agro.

ACONITVM III.

Flores habet purpureos.

ACONITVM IIII.

Flores mittit aureos, magnos.

ACONITVM V.

Flores illi insunt pur purei.

ACONITVM VI.

Floribus ſplendet purpureis.

ACONITVM VII.

Flores mittit purpureos.

ACONITVM VIII.

Floribus nitet purpuraſcentibus.

ACONITVM IX.

Aureos gerit flores.

HERBA paris, quibuſdam vua verſa, ſiue vua lupina. Italis, *Herba Paris.*] Germanis, *Vuolffs beer, ſeu ſtern kraut.*] Gallis, *Raiſin de Renard.*

HERBA PARIS.

FORMA.

Matt. Vno tantum conſtat caule, rotundo, duorũ dodrantum longitudine, è cuius medio quatuor erumpunt folia, eodem ambitu crucis inſtar patentia: ſanguineæ virgę ſimilia: vnicam in ſummitate buccã gerit, purpuream, acino vuæ ſimilem, atq; vinoſo ſucco prægnantem: numeroſo intus ſemine, albo, minutoq; halicacabi modo: radiantibus quatuor ſubtus foliolis, oblongis, & acutis: Radix illi ſub eſt tenuis, ac multifida.

LOCVS.

Idem. Prouenit in montibus: in conuallibus, & frutetis.

QVALITATES.

Idem. Herba vnà cùm baccis refrigerat, & ſiccat.

VIRES.

Idem. Semen quod è baccis eximitur (vt quidam aſſerũt) ſemidrachmę pondere potũ, eos maximè iuuat, qui aut ex morborũ diuturnitate, aut veneficiis, amentia tenentur. Baccæ antidotis admiſcentur, quæ contra deleteria pharmaca parantur: Herba recens tuſa, & illita, genitalium tumores, & inflammationes ſanat, ac pariter oculorũ phlegmonas: paronychiis quoque medetur.

CENSVRA.

Errant, atque maximè hallucinantur, qui hanc plantam Aconitum pardalianchem faciunt.

NAPELLVS, Italis, *Napello.*] Chymiſtis, *Herba tora.*

NAPELLVS.

FORMA.

Foliis exit quinis ex vno pediculo ꝓdeũtibus, circumquaq; diuiſis, ſupina parte albicantibus; caulem edit bicubitalem, ſubrufeſcẽtem, ſtriatumque: in cuius faſtigio flores exeunt ſpicati, purpureo colore, hormini ſylueſtris modo: Hos ſequũtur corniculatę ſiliquæ, ſurſum ſpectantes, ternę ex vno quoque pediculo prodeuntes, in quibus ſemen concluditur nigrũ, ac minutum. Radice nititur turbinata, ſubnigricante, à qua numeroſę oriuntur fibrę, in retis modũ complicatæ. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in montibus, & in conuallibus. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit, & ſiccat ordine quarto. *Auicen.*

VIRES.

Venenum eſt pernicioſum. Linitum tamen vitiligines tollit, eius antidotum eſt Diamoſchos. *Idem.*

ANTORA, siue Amitora. Italis, *Antora*.

ANTORA.

FORMA.

Matt. Caulem edit sesquidodrā talem, rotundum, firmū, in quo multifida, ac tenuia, disparibus interualllis oriūtur folia, numerosa, in latus, sese diffundentia. Flores edit summo caule numerosos, purpureos, Napelli ęmulos, sed minores: radices duas solidas, oblōgas, turbinatas, oliuæ crassitudine, subnigricātes, sed alba intus carne, nardi montanę modo.

LOCVS.

Idem Prouenit in Galliæ Cisalpinæ, & Liguriæ montibus.

QVALITATES ET VIRES.

Pręstant radices ad epotū napellum, & ad cętera quęcūq; venena: quin etiam ad viperarum & cæterorum serpētium ictus. Vermes intestinorū necant. Propinantur quoque commodissimè ad tormina, & cæteros intestinorum cruciatus: & contra pestilentiam: auxiliantur omnibus cordis affectibus. Dantur magno auxilio pestilenti febre: cum exanthematibus laborantibus: & cùm legitimo Doronico careamus, eius loco per quàm bellè supponi possunt.

APPENDIX.

Antorę radices, ego quidem Auicennæ Zedoariam esse censeo, quòd vnà cum napello proueniant.

CICVTA, Græcis, Κώνειον.] Arabibus, *Sucaram.*] Germ. *Ziger kraut, Schirling, ſeu Vueteric.*] Hiſp. *Ceguda.*] Gal. *Cigue, Segue, ſiue Cocue.*

CICVTA.

FORMA.

Caulem edit geniculatũ, DIOSC. vt fœniculi, grandem, folia ferulæ, anguſtiora tamen, odore graui: Rami, mox vmbellæ ī ſummo prodeũt, flores quoque albicantes, & ſemẽ aniſo candidius: radice non alta, concaua.

LOCVS.

Naſcitur paſſim propè vrbium, & oppidorũ mœnia, & ſecus itinera. *Matt.*

QVALITATES.

Facultatis eſt extremè refrigerantis. *Gale. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Lethale venenum eſt: ſuia enim vi refrigeratoria necat: Herba cũ coma trita, & teſtibus circumlita, libidinum imaginationes, in ſomno compoſita: In virginibus mammas coercet, & increſcere nõ patitur. ¶ Ab Aſinis deuorata, tam improbum iis ſoporem inducit, vt mortui videantur. DIOSC. *Matt.*

peſcit, ſed genitale reſoluit. Lac puerperarum extinguit mammis ap

TAXVS, Græcis, Σμίλαξ.] Italis, *Taſſo, ſeu Naſſo.*] Germanis, *Eibenbaum.*] Hiſpanis, *Texo.*] Gallis, *Yf.*

TAXVS.



FORMA.

DIOSC. Arbor eſt Abietis magnitudine, & foliorũ eiuſdem figura. ¶ Baccas fert rubentes, atque vinoſas: Ligni materies rufa, venoſa, robuſta, ac ferè incorrupta: è qua haſtæ, arcus, & tela fiũt.

Matt.

LOCVS.

Matt. Prouenit in montibus ſaxoſis locis.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. Facultatis eſt venenoſę.

VIRES.

DIOSC. Baccę ab hominibus de uoratæ, alui profluuiũ excitant: Lęduntur maximè, qui in Narbonenſi agro ſub taxi vmbra obdormierint: imo ſępius moriuntur. ¶ Boues foliorum paſtu necantur.

Matt.

DIOSC. ¶ Quare de taxo hæc traduntur, vt ab ea caueamus.

APOCYNVM, Græcis, Απόκυμον.] Italis, *Apocimo, siue periploca.*

APOCYNVM.

FORMA.

Frutex est longis viticulis DIOSC. constans, malè olentibus, lentis, vitiliúque modo obsequiosis: fractu ferè inuictis : folio hederę, molliore tamẽ, & per extremũ acutiore, odore graui. Id luteo succo turget : siliquę ceu fabarum : folliculari specie; digiti lõgitudine protẽdũtur : semine intus duro, paruo, nigro.

LOCVS.

Prouenit in Syria, & Apulia. *Matt.*

QVALITATES.

Est autem hominibus venenũ. Herba multum grauiter olens : proinde omnino calida est non instrenue : non tamen proportione desiccat. Itaque illita, admodum digerentis est facultatis. *Gal. 6. simp. me.*

VIRES.

Folia cum adipe in panes coacta, canes, lupos, vulpes, & pantheras enecant in cibo data, & protinus eorum coxendices resoluta. DIOSC.

NOMINA.

APOCYNVM repens. Italis, *Apocino ſerpeggiante*.

APOCYNVM REPENS.

FORMA.

Matt. Folia promit alterius lõgiora, caules, ſeu potius viticulas obſequioſas, & fractu cõtumaces, lentasque: quibus nõ ſolùm humi repit, ſed arbores quantũuis proceras ſcandit. tota planta lacteo ſucco tithymali modo ſcatet: ſed non vt in altera luteo. Eſt & in ſiliquis differentia. nãq; in hac planta binæ ex vno pediculo in origine cõiunctę prodeunt, & in ſeſe inuicem inflexæ, nerij ſiliquis perquàm ſimiles.

LOCVS.

Idem. Prouenit hæc planta copioſa in Apulia, & Calabria.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Creditur iiſdem pollere viribus, quibus & alterũ.

NERIVM, ſeu Rhododendrum, Græcis, Νήριον, ἢ ῥοδόδενδρον.] Italis, *Oleandro.*] Germanis, *Oleander.*] Hiſpanis, *Adelfa, ſiue Eloendro.*] Gallis, *Oleandre, Roſage, ſeu Roſagine.*

NERIVM SEV RHODODENDRVM.

FORMA.

Arbor eſt vulgaris notitiæ, longioribus, quàm amygdala foliis, craſſioribuſque: flore in roſam conformato: fructum fert cornu ſimilẽ, qui patefactus, quandá lanoſam naturã oſtẽdit: ſpinoſarũ plantarũ pappis ſimilẽ: Radice longa, acuta, lignoſa: guſtãti ſalſa. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in amœnis, maritimis, & ſecus amnes. *Idem.*

QVALITATES.

Foris quidem corpori illitum, diſcutiẽdi vim obtinet, intra verò in corpus aſſumptum, pernitioſum non tantum hominibus, ſed pleriſque etiam pecudibus. *Gale. 8. ſim. me.*

VIRES.

Flores, & folia mulis, aſinis, canibus, & quadrupedum plurimis venena ſunt: hominibus verò contra ſerpentium morſus præſidia è vino pota, & eo magis addita ruta. Imbecillæ etiam animantes, vt oues, & capræ, ſi aquam bibant, in qua folia maduerint, moriuntur. DIOSC.

FVNGI, Græcis, Μυκήτες.] Arabibus, *Hatar, ſeu Fater.*] Italis, *Fonghi.*] Germanis, *Pfifferling, ſeu Reisken.*] Hiſpanis, *Hongos, Cogomelos, ſeu Cylerques.*] Gallis, *Champignon, ſeu Potyron.*

FVNGI

GENERA.

Dioſc. Fungorũ genera, numeroſa quidẽ ſunt, verũ quædam eſculenta ſunt, quædam verò pernicioſa.

FORMA.

Matt. Vt quidem vana ſpectãtur facie, ac colore, ita hominibus maximè noti ſunt fungi: plurimi tamen galeri modo formãtur palmari: ac ẽt minori pediculo nitentes, vario ſuperius, inferiusq; colore.

LOCVS.

Matt. Naſcũtur quidã in pratis, plerique in paſcuis, nonnulli in ſyluis, quidam in frutetis, & aliqui in arborum caudicibus.

QVALITATES.

Gale. 8. ſim. med. Fungus, frigida, humidaq; plãta eſt: quamobrem ẽt proximè ad delereriã, enecantẽque facultatẽ accedit, & ſanè inter eos ſunt, qui interficiãt, præſertim, qui ex natura miſtam habent qualitatem putredinoſam.

VIRES.

Dioſc. Multis de cauſis venenoſi gignũtur: vbi videlicet clauus ferreus rubiginoſus, aut pãni marcor affuerit, aut ſi iuxta ſerpentis cauernam, arboresque, qui priuatim noxios pariũt fructus. Qui verò eſculẽti ſunt, ſuauẽ in iuribus gratiã habent: largius tamen deuorati, nocent, & ægrius concocti ſtrangulant, aut choleram morbum gignunt.

COLCHICVM, siue Ephemerum, Græcis, Κολχικὸν.] Officinis *falso Hermodactylus.*] Arabibus, *Surugen.*] Italis, *Colchico, & Zaffarano saluatico.*] Germanis, *Zeittloſz, aut bild ſoffran.*] Gallis, *Mort au chien, ſeu chiennee.*

COLCHICVM.

FORMA.

Autunni exitu florem gerit croci, ſubalbicãtem, poſtea verò folia bulbi, ſed pinguiora, caulẽ palmo altum, ferentem rufum ſemen: radicẽ foris è nigro rufeſcẽtem, quæ delibrata cãdida, & mollis ſpectatur. lacteo ſucco madet, guſtu dulci: bulbus eius mediam habet rimam, fiſſurãq; qua flos erumpit. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in pratis, & paſcuis. *Matt.*

QVALITATES.

Strangulando necat: eſt enim deleterię facultatis. *Gale. 6. ſim. med.*

VIRES.

Deuorata radix, fungorum more ſtrangulãdo necat. DIOSC.

NOMINA.

COLCHICVM orientale. Italis, *Zaffarano ſaluatico orientale*.

COLCHICVM ORIENTALE.



FORMA.

Matt. Minoribus exit foliis, anguſtioribus & magis acuminatis, caule rotũdo, flore grandiori. Radice bulboſa euidenter ſciſſa, & lacteo ſucco prægnante.

HERMODACTYLVS, Græcis, Ερμόδακτυλος.] Arabibus, *Surugen.*] Italis, *Hermodattilo*.

HERMODACTYLVS.



FORMA.

Folia mittit prælonga, binum dodrantum, ac etiam lógiora, porri, aut asphodeli quadãtenus similia, longè tamen angustiora, breuiora verò sunt, quæ circa radicem exeunt. Radices habet quatuor ex vna eadéq; basi prodeũtes, digitorũ figura, colore subrufescente, albis in summitate vnguibus: caulis è medio prosilit tenuis, in cuius summitate oblongũ promi net capitulũ pyri figũra, ephemeri colchici modo. *Matt.*

LOCVS.

Oritur in Orientalibus Regionibus, & in Arabia. *Matt.*

QVALITATES.

Excalfacit, & siccat ordine secundo. ¶Cum humiditate excrementosa, flatulenta. *Mesue Serap.*

VIRES.

Pituitã crassam, & præsertim ab articulis trahit: ac proinde podagris, ac cęteris articulorum morbis confert. Impinguat, genitale semen auget, & vlcera purgat, & carnem in his putrem consumit. *Mesue*

CENSVRA.

Errore magno ducuntur, qui Colchico, Hermodactyli loco vtuntur.

PSEVDOHERMODACTYLVS, Italis, *Hermodattilo baſtardo*.

PSEVDOHERMODACTVLVS.

FORMA.

Matt. Folia habet aquaticæ plátaginis, minora tamen, infirmioraque, longo pediculo nitentia: caulem tenuem, ſingularẽ, in cuius ſummo flos emicat albus, ſtellæ figura. Radices habet binas, bulboſas, cãdidas, teneras.

LOCVS.

Idem. Prouenit in frutetis, & propter ſemitas, & ſepes.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Sunt, qui radices probẽt ad ea omnia, ad quæ legitimus hermodactylus cõferre poteſt. Nos verò horum ſententiá nec probamus, nec improbamus, cùm nullã certã de eo habeamus experientiam.

EPHEMERVM, quod aliqui ſylueſtrem Irim appellant, Græcis, ἐφήμερον.] Italis, *Giglio matto.*] Gallis, *Flambe blanche ſauuage.*

EPHEMERVM.

FORMA.

Folia habet lilij, ſed tenuiora, caulem parem, florem candidum, amarũ, ſemen molle: radicem vnam, digitali craſſitudine longam, adſtringentem, odoratam. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in ſyluis, & opacis. *Idem.*

QVALITATES.

Adſtringens eſt, & boni odoris, vnde palàm eſt, quòd admiſtę ſit facultatis, temperaturęque nempe repellentis, & halitu digerentis. *Gale. 6. ſim. me.*

VIRES.

Radix in dentium dolore prȩcipua, ſi eius decocto colluantur: folia in vino cocta, tumores diſcutiunt, & pariter tubercula, quæ nihil ad huc humidi cõtraxerunt. DIOSC

HELXINE, Græcis, ἑλξίνη, ἢ περδίκιον.] Offic. *Parietaria.*] Ital. *Vetriola.*] Germ. *Tagundnache.*] Hiſpanis, *Yerua del muro.*] Gallis, *Paritoire.*

HELXINE.

FORMA.

DIOSC. Folia profert mercurialis, hirſuta, cauliculos ſubrubentes, & circa eos veluti ſemina aſpera, adhærentia veſtibus.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in domorum parietibus, ſepibus, & maceriis, arido ſolo.

QVALITATES.

Gale. 6. ſim. med. Vis ei ineſt abſtergendi, & leuiter conſtringendi, cũ humiditate ſubfrigida.

VIRES.

DIOSC. Folia illita, ſacros ignes aduſta, condylomata, incipiẽtes panos; tumores, inflammationesq; ſanãt. Succus eius, cũ ceruſſa vlceribus, quæ ſerpunt commodè illinitur: imponiturque podagris cũ hircino adipe, veterem tuſſim emẽdat, inſtar cyathi hauſtus: Gargarizat, ac illinit vtiliter tonſillarũ inflãmationib°: auriũ doloré mulcet, cũ roſaceo inſtillatus.

Matt. ¶Vis herbę quoque magna ad vulnera recẽtia ſanãda: Si. n. recẽs ſemicõtuſa vulneri adalligetur, & tertia die ſoluatur, nõ erit opus alio medicamẽto: foliorũ ſuccus defecatus, potus triũ vnciarũ põdere: cũ ſaccharo, vrinã mirificè ,ppellit: & renes abſtergit: Folia ſup tegula ignita calefacta, & albo meraco aſperſa: pubiq; illico impoſita, calculoſis, & vrinę malo affectis mirificè auxiliatur. Additur commodè in clyſteriis, qui ad ventris, & vteri dolores parantur. Stillatitia eorum aqua faciem abſtergit, & eius nitorem conciliat.

ALSINE, Græcis, ἀλσίνη.] Italis, *Centone, Paparina, Budello di Gallina, & Centouice.*] German. *Huuener darm, seu Vogel kraut.*] Gallis, *Mouron.*

ALSINE.



GENERA.

Plura eius sunt genera, quę in maiora, & minora diuidi possunt. *Matt.*

FORMA.

Folia habet adsimilia helxinæ, sed humiliora, minimeque hirsuta, adeò vt musculorũ auribus similia videantur: cum teruntur cucumerem resipiunt. DIOSC.

LOCVS.

Locis opacis gaudet. *Idem.*

QVALITATES.

Facultatem habet refrigerantem, & humectantẽ: est enim essentię aqueæ frigidæ: quare, & citra adstrictionẽ refrigerat. *Gale. 6. simp. me.*

VIRES.

Vim refrigerandi, adstringendique obtinet: oculorum inflammationibus cum polenta illinitur, succus auriũ doloribus infunditur. ¶Ex oleo chamęmelino fer- DIOS. uefacta illinitur vtiliter ventri contra tormina, & vteri dolores. *Matt.*

LENS paluſtris, Græcis, Φακὸς ὁ ἐπὶ τῷ τελμάτων.] Arabib. *Tahaleb, ſeu Taleb.*] Italis, *Lente aquatica, & Lenticulana.*] Germanis, *Vuaſſer hirſen.*] Hiſpanis, *Lenteya della goa.*] Gallis, *Lentille de mer.*

LENS PALVSTRIS.

FORMA.

DIOSC. Muſcus eſt aquę innatans, foliis lenticulę ſimilibus.

LOCVS.

Idem. Inuenitur in aquis non fluẽtibus.

QVALITATES.

Gal. 8. simp. me. Humidę, frigidęque temperaturæ eſt, vtrinque ex ſecundo quodammodo ordine.

VIRES.

DIOSC. Illinitur conuenienter collectionibus, igni ſacro, & podagris, tum per ſe, tum cum farina hordeacea. Glutinat & puerorum interanea. *Matt.* ¶Stillatitia eius aqua (quorundam teſtimonio) datur commodiſſimè ad internas viſcerũ inflammationes, & ad peſtilentes febres: præſtat quoque, ad oculorum ruborem, & palpebrarum phlegmonas, & ad mammarum, teſticulorumque collectiones, anteaquàm augeantur. Herba ipſa recẽs fronti adhibita, capitis dolores mulcet, vbi à calore prouenerint.

LENS paluſtris altera. Italis, *Lente paluſtre del ſemo.*

LENS PALVSTRIS ALTERA.



FORMA.

Caulem gerit repentem, angulosum, à quo plura, per interualla cateruatim oriuntur folia, prælongis, ac tenuibus pediculis nitentia, quę quaterna, crucis in modum ſeſe pandunt, ſubrotunda. ſemen profert racemoſum, in ipſo caule, lētium ferè effigie, ſubnigrum, denſum, durumque. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in paludibus, lacubus, & cæteris ſtagnantibus aquis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Nihil habeo, de qualitatibus, & viribꝰ, quod probare poſſim, non tamen ambigo, quin ſit frigidę humidęq; temperaturę. *Idem.*

SEMPERVIVVM, ſiue ſedum maius, Græcis, Αεῖζων μέγα.] Arabibus, *Beia halalen, ſeu Hai alhalez.*] Ital. *Sempreuiuo maggiore.*] Germ. *Graſz haus vurtz.*] Hiſp. *Semperuiua, ſeu Yerua puntera.*] Gall. *Iou barbe.*

GENERA.

Matt. Plura ſunt ſemperuiui genera, Maius, Minimum, & arboreſcens.

FORMA MAIORIS.

DIOSC. Caules cubiti altitudinē implēt: interdū excedunt, pingues, pollicari craſſitudine, in cacumine linguę ſimilia: alia in terram conuexa, alia inuicem in capite ſtantia, ita, vt in ambitu effigiem imitentur oculi.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in montibus, ſaxis, teſtaceis, & ſupra domicilia etiam ſeritur.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Leuiter quidem deſiccat, quandoquidem & mediocriter adſtringit, omnis alterius vehementis qualitatis expers; quare in eo plus cęteris abundat eſſentia aquea: Cęterum nō mediocriter refrigerat. eſt enim ex tertio ordine, & receſſu refrigerantium.

SEMPERVIVVM MAIVS.

VIRES.

DIOSC. Medetur igni ſacro, nomis, vlceribus, quę ſerpunt, oculorum inflammationibus, ambuſtis igni: folia per ſe, & cū hordeacea farina illita, podagris auxiliantur: ſuccus illitus, capitis dolores mulcet: & præſertim ſi cū roſaceo infundatur: Datur potandum ad phalangiorum ictus, dyſenteriam, aluiąue profluuia: teretes tineas potus in vino excutit. ſubditus in vellere, mulierū abundantiam ſiſtit: Idem oculorum lippitudinibus inungitur.

SEMPERVIVVM, ſed Sedum minus, Græcis, Αεῖζων μικρὸν.] Italis, *Sempreuiuo minore.*] Germanis, *Klein haus vurtz.*] Gallis, *Iou barbe petit.*

SEMPERVIVVM MINVS.

FORMA.

Caulibus prouenit ab vna radice multis, tenuibus, crebro foliatis: exilibus foliis, rotundis, pinguibus mucronatis: caule à medio emicante, palmũ alto. vmbellã, herbidosq; flores, & tenues gerente. DIOSC.

LOCVS.

In petris, parietinis, & maceriis, nec non in ſcrobibus opacis naſcitur. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Folia, eiſdem cum priori, viribus prædita ſunt. *Idem.*

SEMPERVIVVM minimum, siue tertium, Græcis, Ἀειζώων εἶδος τρίτον.] Arabibus, *Halsebram, Handrachabara, seu Tilason.*] Italis, *Herba grassella, siue Sempre viuo minuto.*

SEMPERVIVVM MINIMVM.



FORMA.

DIOSC. Foliis prouenit pusillis, crassioribus, hirsutis, portulacę proximis.

LOCVS.

DIOSC. *Matt.* Nascitur in muris, locis saxosis, & secus itinera.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Vis ei excalfactoria, acris, exulcerans. illita folia cum axungia, strumas discutiunt.

SEMPERVIVVM Arboſcens. primum: Italis *Sempreuiuo Arboreo.*

SEMPERVIVVM ARBORESCENS.



FORMA.

Patet forma, ex hic appicta imagine.

SEMPERVIVVM arboreſcens alterum maius. Italis, *Sempreuiuo Arboreo maggiore*.

SEMPERVIVVM ARBORESCENS ALTERVM.

VMBILICVS Veneris, ſiue Acetabulum. Græcis, Κοτυλήδων ὁ ἰδὲ κυμβαλιον] Italis, *Bellico di Venere*.] Hetruſcis, *Copertoiole*.] Hiſpanis, *Scudettes*.] Gallis, *Eſcudes*.

VMBILICVS VENERIS.



GENERA.

Duũ eſt generum. Alterum acetabuli, alterũ maioris ſoli figura. DIOSC.

FORMA PRIMI.

Fólio eſt in acetabuli formã tornato, lætenter cõcauo, breui cauliculo, in quo ſemen ineſt, radice oliuæ modo rotundo. *Idem*.

LOCVS.

Naſcitur frequens in ſaxis, & vetuſtis ædificiorũ parietibus, & in oppidorũ mœnibus. *Gale. 7. ſim. med.*

QVALITATES.

Miſtæ eſt qualitatis, nempe humidę ſubfrigidæ, & cũ iuſdam obſcuræ adſtringentis, & cum ea leniter amaræ. vnde refrigerat, repercutit, abſtergit, & diſcutit. DIOSC.

VIRES.

Foliorum & radicũ ſuccus, cum vino circũlitus, inſtillatus vè, contecta genitalia nudat: inflammationibus, ſacris ignibus, ſtrumis, pernionibus illitu auxiliatur. Stomachi ardorem refrigerat: folia cum radice comeſa calculos frangunt, vrinam cient, hydropicis ex melle dãtur. ¶Phlegmonas Erysipelatodeis: & Erisipelata phlegmonodeis curant. *Gal.*

VMBILICVS Veneris alter. Græcis, Κοτυλήδον ἑτέρα.] Italis, *Bellico di Venere ſecondo.*

VMBILICVS VENERIS ALTER.

FORMA.

DIOSC. Pinguibus exit foliis, latioribus, ligularum modo denſis, circa radicem, medium oculi ambitū deſcribẽtibus, vt in maiore ſemperuiuo: adſtringentis guſtus: cauliculo tenui, in quo flores, & ſemina hyperici: radice maiuſcula.



LOCVS.

Matt. Naſcitur in ſaxoſis montibus, & petris.

QVALITATES. ET VIRES.

DIOSC. Facit eadem, quæ ſemperuiuum.

CYMBALARIA, Italis, *Cimbalaria*.

CYMBALARIA.

FORMA.

E' muris comę modo dependet, cauliculis numerosis, tenuibus, funiculi instar prę lōgis, lentisque: è quibus folia prodeunt hederacea, pinguia, longis pediculis adnexa: flosculis paruis lutescentibus, qui è tenuissimis quoq; pediculis exeūtes, clauicularum modo sese implicant. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur in antiquis, vliginosisq; ædificiorum parietibus, maceriis, & saxis. *Matt.*

QVALITATES.

Facultatis est humidę frigidæque, cum adstrictione quadam. *Idem.*

VIRES.

Iis profectò hanc plantā pollere facultatibus, facto periculo cōstat, quibus primi generis cotyledonē. sunt qui ea vtantur ad alba vteri profluuia, eandem recētem in acetariis propinantes. *Idem.*

CENSVRA.

Tametsi hæc planta Veneris vmbilici viribus prędita sit, errant tamē, qui putant hanc ipsam herbam esse veneris vmbilicum.

VRTICA, Græcis, Ἀκαλύφη.] Arabibus, *Humiure, ſeu Angiara.*] Italis, *Ortica.*] Germanis, *Neſſel.*] Hiſpanis, *Ortiga.*] Gallis, *Ortie.*

VRTICA.

GENERA.

Trium eſt generum. Prima aſperior. Altera nõ æquè aſpera, & tertia omnium minima.

FORMA PRIMÆ.

DIOSC. *Matt.* Syluestrior hęc eſt, aſperior, latioribus, nigrioribusq; foliis. ſemine lini, ſed minore. ¶Caule rotũdo, aſpero, hiſpidoque, ac pungenti: pilulas in caule gerit hirſutas, ac vrentes, in quibus ſemẽ gignitur. LOCVS.

Matt. Prouenit calidis tractibus, aridis, & incultis locis.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Semen, ac folia digerentis ſunt facultatis, ſed & quiddam flatuoſum obtinent, quo venerem extimulant: porrò non vehementer calefacit, ſed admodum tenuium eſt partium. VIRES.

DIOSC. Folia cum ſale illita, canum morſibus medentur, gãgrenas, carcinomata, ſordida vlcera, & quæ cacoethe vocantur. Item luxata, panos, tubercula, parotidas, ſuppurationesque ſanant: lienoſis cum cerato imponuntur: cum ſucco trita, & naribus indita, ſanguinem fluentẽ cohibent. Ciunt menſes trita, & cum myrrha ſuppoſita: procidentes vuluas reſtituunt, ſuo contactu: ſemen ex paſſo potum venerem ſtimulat, & vuluæ ora patefacit, cum melle delinctũ, orthopneæ, lateris, & pulmonũ inflãmationibus prodeſt: toracẽ expurgat. Cocta cũ eõchis folia, aluũ emolliũt, vrinas mouẽt, inflationes diſcutiunt.

VRTICA altera, Græcis, Ἀκαλύφη ἑτέρα.] Italis, *Ortica volgare*.

VRTICA SECVNDA

FORMA.

Foliis prouenit alterius similibus, verũ non æque asperis : semen profert racemosum, ac minutũ : caulem quadrangulum, asperũque, tactu acuto, ac pungente. *Matth.*

LOCVS.

Nascitur vbique. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Iisdẽ cũ altera est facultatibus : atqui peculiariter seminis puluis, sanguinem è cerebri membranis manantẽ supprimit. *Idem.*

NOMINA.

VRTICA tertia. Græcis, Ακαλύφη τρίτη.] Italis, *Ortica minore*.

VRTICA TERTIA.

FORMA.

Matt. Folia profert cæteris similia, sed longè minora, acutiora, vrentioraque: caule dodrantali, hispidiore, ac vrente, densioribus foliis, & in ambitu serratis.

LOCVS.

Idem. Nascitur secus ædificiorum muros, in hortis, & ferè vbique.

FACVLTATES, ET VIRES.

Idem. Non minus valet, quàm cæ tera genera.

CARDIACA, Italis, *Cardiaca.*] Germanis, *Hertz geſpan.*] Gallis, *Gripaume, ſeu Cheneuſe.*

CARDIACA.

FORMA.

Facie vrticâ quadantenus referre videtur, foliis tamen, quę prope terram ſunt, rotundioribus conſtat, & ranũculi ferè modo per ambitum laciniatis: caulem habet quadrangulum, ramis copioſis pariter quadratis, in qbus bina vtrinq; folia, parib⁹ interuallis ab imo, ad ſummũ exeunt, ſed minora, & per ambitum magis diuiſa: flores in purpura albicant & verticillato ambitu, mar rubij modo, caulem ambiunt. Radix in rubro palleſcit. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in ruderibus: iuxta ſemitas, & propè vrbium mœnia. *Idem.*

QVALITATES.

Guſtu vſque adeo amareſcit, vt facilè exiſtimari poſſit ad ſecundũ excalfacientium ordinem, & ad tertium ſiccantium accedere.

VIRES.

Præſtat (quorundam teſtimonio) ad omnes cordis affectus, ad cõuulſos, ac reſolutos: obſtructiones reſerat, vrinã ciet, & mẽſes, pectus à pituita detergit. Lumbricos necat. foliorũ farina, domeſtici cochlearis mẽſura in vino hauſta, ægrè parturientibus mirificè opitulatur.

GALIOPSIS, Græcis, Γαλιόψις.] Italis, *Ortica fetida, ſeu Ortica morta.*] Germanis, *Velch neſſel.*] Hiſpanis, *Ortica muerta.*] Gallis, *Ortie.*

GALIOPSIS.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Foliis, & caule conſtat vrticæ ſimilibus. tactu tamen non mordentibus, floribus purpureis, tenuibusque, odore fætido, ac graui.

LOCVS.

DIOSC. Prouenit in ędificiorũ areis. in plateis, iuxta ſemitas, & circa hortorum ſepes.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Folia, caules, ſemen, ſuccusque duritias, & carcinomata diſſipãt: ſtrumas, panos, & parotidas diſcutiunt: oportet bis in die tepidũ ex aceto cataplaſma imponere, & eius decocto fouere: ad putreſcẽtia, gangrenas, & nomas, cũ ſale efficaciter illinunt.

SCROFVLARIA, Mille morbia, Ferraria, ſiue Caſtrangula. Italis, *Scrofolaria.*] Germanis, *Braun vurtz.*] Gallis, *Grande Scrolaire.*

SCROFVLARIA.

FORMA.

Caules ab vna radice mittit plures, ſeſquicubitales, anguloſos, ſubrufeſcentes, in quibus folia inſunt nigricantia, robuſta, ad vrticę faciem accedentia, per ambitum leuiter denticulata, Flores mittit in caulium ramorumque ſummitatibus puſillos: purpureoſq;, galeæ faciem referentes, & ſemen in capitulo, vt in lino, & lactaria herba, rotundo, acuto ſumma parte apice. Radicem habet magnã, albicantem, ſtrumoſam. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit plurimùm ſecus riuos aquarum, & vliginoſis locis. *Idem.*

QVALITATES.

Deſiccat, extenuat, diſcutit, abſtergit: eſt.n. guſtu amara, & ſubtilium eſt partium. *Idem.*

VIRES.

Radix præſtat recens ad ſtrumas, & hæmorrhoidas ſanandas, in quem vſum effoditur autumno, & repurgata tunditur cum recẽti butyro. & operculato fictili. vliginoſo loco reponitur, bis quinque, aut pluribus diebus. mox lento igne colliquatur butyrum, & percolatum aſſeruatur: quo poſtmodum præſcripti mõi bi illinuntur. Idem illitum ſcabiem ſanat: Aqua è radicibus diſtillata, faciei rubo rem illita tollit. Siccæ radicis puluis impoſitus hæmorrhoidas ſiccat: Idem drachmę pondere potus, lumbricos ventris pellit.

CENSVRA.

Cęcutiunt ad ſummum vſque, qui Scrofulariam Dioſcoridis ocimaſtrum faciunt, nec minus aberrant, qui eandem Galiopſim eſſe contendunt.

GALIVM, Græcis, Γάλιον.] Italis, *Galio.*] Germanis, *Meger kraut.*] Hispanis, *Coaia leche yerua.*] Gallis, *petit Muguet.*

GALIVM.



FORMA.

DIOSC. Ramulum, foliumque habet aparine simillimũ, rectum, florem luteum, tenuem, densum, copiosum, odoratum.

LOCVS.

Matt. Nascitur ferè vbique copiosum, prope sepes, & secus vias.

QVALITATES.

Gale. 6. sim. med. Facultatem obtinet desiccatoriam, & subacrem. est autem flos boni odoris, & coloris lutei.

VIRES.

DIOSC. Flos igni ambustis illinitur, & sanguinis profluuia sistit: radix venerem concitat: coma in lacte macerata, illud coaguli modo condensat, vnde illi nomen.

APPENDIX.

Est etiam Galium, qui flores albos edat.

SENECIO, Græcis, Πολύφορον.] Italis, *Cardoncello, seu Spelliccioſa.*] Germanis, *Creutzwurtz.*] Hiſpanis, *Bon varon.*] Gallis, *Seneſſon.*

SENECIO.

GENERA.

Duum eſt genus: Maius, & minus. *Matt.*

FORMA MAIORIS.

Cauliculo eſt cubitali, ſub rubro, foliis ſenſim per extremitates erucę modo diuiſis, ſed minoribus multò: luteis floribus, qui celeriter diſſecti, euaneſcunt in pappos, radice ſuperuacua. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur maximè in maceriis, parietibus, & circum oppida. *Idem.*

QVALITATES.

Facultatem miſtam obtinet, ſimul refrigerantẽ, & modicè digerentem. *Gal. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Folia illita cum vini modico, vel per ſeſe, teſtium & ſedis inflãmationes ſanant. Quin etiã cum manna thuris medentur, cùm reliquis vulneribus, tũ iis, quę nerui acceperũt. Illiti per ſe, aut cum aceto pappi, idem munus præſtant. verùm recentes epoti, ſtrangulant. totus caulis ſi coctus ex paſſo potui detur, ſtomachi dolores à bile contractos, perſanat. DIOSC.

APPENDIX.

Cùm autẽ herba euidenter ſit amara, vt ſiccet, abſtergat, aperiatq; neceſſe eſt, quare nil mirum fuerit, ſi fœminę Epoto foliorũ ſucco, aut totius plãtę decocto, remorãtes mẽſes ſibi prouocẽt. ab anis edoctæ.

SENETIO maior, Italis, *Cardoncello, seu Spellicciosa maggiore.*] Germanorum Offic. *Flos S. Iacobi: vulgari verò sermone S. Iacob blum.*

SENETIO MAIOR, SIVE FLOS S. IACOBI.

FORMA.

Matt. Folia mittit erucæ syluestris æmula, per ambitũ laciniata, nigricantia, amaro gustu, caulis illi est sesquicubitalis, artemisiæ similis, à medio ramosus, surculosus q;. Flos ī summitate aureus, q flaccescens, in papposam euolat lanuginem, Radice est multifida ac breui.

LOCVS.

Idem. Nascitur in cãpestribus inculto solo.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Excalfacit, siccat, aperit, abstergit, digerit, & reliquas minoris Senetionis vires obtinet.

Mvscvs marinus, Græcis, Βρύον θαλάσσιον.] Arabibus, *Tabaleb, siue Thabel.*] Italis, *Corallina.*] Germanis, *Meer mieſz, ſeu Mer moeſſ.*] Hiſpanis, *Mahor quiana.*] Gallis, *Coralline.*

MVSCVS MARINVS.

GENERA.

Dunm eſt generum: Dioſcoridis alterum, alterũ verò Plinij. *Matt.*

FORMA PRIMI.

Gracilis, capillaceusq; prouenit caulis expers, colore cum ſiccatur ſubrufescente, ſalſo ſapore, odore concharum marinarum ſimili. *Idem.*

LOCVS.

Naſcitur in ſcopulis teſtaceisque. DIOSC.

QVALITATES.

Compoſitus eſt ex terrena, & aquea eſſentia, vtraq; frigida, ſiquidem guſtũ adſtringit, & calidis qui buſdã illitus, ea euidenter refrigerat, & adiuuat. *Gale. 6. ſim. med.*

VIRES.

Præcipua ei ſpiſſandi vis, & collectiones cohibendi: podagras iuuat, quas refrigerare opus ſit. ¶Peculiari autẽ ſicci dote, admirabilis eſt facultatis, ad teretes inteſtinorum vermes pellendos, potui datus drachmæ pondere ex paſſo, aut cum Ægyptię ſiliquæ pulpa.

APPENDIX.

Poſſe quidẽ marinũ muſcũ, qui recens fuerit, refrigerare. facile cũ Galeno, & Dioſcoride concedam: q; verò ſiccum id efficere poſſit, q; guſtu falſo ſentiatur, non ita facile mihi concedendum videtur.

NOMINA.

Mvscvs marinus alter, Italis, *Moſco marino di Tlinio*.

MVSCVS MARINVS ALTER PLINII.

FORMA.

Plin. l. 27 cap. 8. Bryon marina herba, ſine dubitatione lactucę foliis ſimilis, rugoſa, veluti contracta, ſine caule, ab ima radice exeuntibus foliis.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in ſcopulis, maximè teſtis terra comprehenſis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Præcipua ei ſpiſſandi, siccandique vis, & collectiones omnes, inflammationesque cohibendi, præcipuè podagræ, & quicquid refrigerare opus ſit.

POTAMOGETON, Græcis, Ποταμογείτον.] Italis, *Potamogeto.*] Germanis, *See haluen kraut.*] Gallis, *Herbe des eſtagnes.*

POTAMOGETON.

FORMA.

Folium fert betæ ſimilem, hirſutum, paululum ſupereminens extra aquã. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in paluſtribus, & aquoſis. *Idem.*

QVALITATES.

Adſtringit, & refrigerat ſimiliter polygono, ſed eſſentia eius craſſior polygono eſt. *Gale. 8. ſim. me.*

VIRES.

Refrigerat, & inſpiſſat, pru riginibus vtile, & contra veterum vlcerũ nomas. DIOSC.

NOMINA.

SAGITTA, Græcis, Πισάνα.] Italis, *Saetta.*

SAGITTA.

GENERA.

Matt. Duum eſt generum. Maius, & minus.

FORMA MINORIS.

Folia habet robuſta, ſagittæ auriculatæ figura; pediculo triquetro, ſpõgioſo, ſeſquicubitali, maiori, aut minori pro aquarũ profunditate, ĩ quibus viuit: caulem habet rectum, læuem, rotundũ, ſpongioſum. ramulos hic ſuperius mittit: è quibus flores exeunt albi, tribus tantum foliolis circũſcripti, è quibus capitula producuntur ſubpurpurea, hirſuta, nucis Ponticæ magnitudine, in quibus minutum gignitur ſemẽ, rotundo intus globulo inhęrens. Radice nitẽt alba, multifida, fibroſa, plãtaginis aquaticæ modo, cuius cognationis ſagitta eſſe videtur.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in aquis cùm ſtagnantibus, tum decurrentibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Temperamento eſt frigido, humidoque, & iiſdem cum plantagine aquatica viribus pollet.

SAGITTA maior, Græcis, Πιςάνα μέγα.] Italis, *Saetta maggiore*.

SAGITTA MAIOR.

FORMA.

Minori est per omnia similis, sed omnia quo quę maiora spectantur. verùm folia non vsque adeo acuminata habentur. *Matth.*

LOCVS.

Nascitur, vt altera stagnãtibus, & decurrentibus aquis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Paribus alteri viribus præstat. *Idem.*

NOMINA.

MILLEFOLIVM aquaticum. Italis, *Milleſoglio aquatico.*

MILLEFOLIVM AQVATICVM.

FORMA.

Matt. Foliis eſt coriandri, ſed tenuioribus, caulibus tribus, aut quatuor, anguloſis, in quibus per interualla puſilla habentur folia, auicularum pennis ſimilia. in cacumine ſingulis caulibus binæ exeunt vmbellæ, ſubpurpuraſcentibus floribus.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in aquis.

STRATIOTES millefolium, Græcis, Στρατιώτης χιλιόφυλλος.] Italis, *Millefoglio.*] Germ. *Garben.*] Hisp. *Millhoyas yerua.*] Gallis, *Mille fueille.*

STRATIOTES MILLEFOLIVM.

GENERA.

Duum est generum. Maius, & minus. *Matt.*

FORMA MINORIS.

Exiguus est frutex, palmi altitudine, aut amplius assurgit: foliis auicularum pẽnas imitantibus: breui admodum dissectoq́; foliorum exortu: folia syluestre cuminũ simulant, præsertim breuitate, breuiora paulò, densiore vmbella, & pleniora: Surculos in cacumine gerit exiguos, & capitula in modum anethi: flores paruos, & candidos. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in asperis agris, præcipueq́; circa semitas. *Idem*

QVALITATES.

Non nihil habet adstrictionis, proinde & vulnera glutinare *Gale. 7. simp. me.* potest, & vlceribus esse vtile.

VIRES.

Eximij est vsus ad vlcera vetera, recentiaque, profluentem sanguinem, & sistulas. ¶ Datur vtiliter foliorum succus ad sanguinis reiectiones. Idẽ præstat sicci farina ex symphiti maioris, aut plantaginis aqua pota, eadem naribus indita, fluentem inde sanguinẽ compescit: dysentericis cõmodè infunditur, vnà cũ sui ipsius succo. Herba recẽs tusa, pubiq́; illita, mensium abundantiam compescit: Candida millefolij vmbella, tusa, & cum sua ipsius aqua pota, aut caprino lacte, gonorrhœam in viris, in fœminis alba vteri excrementa cohibet. Atqui fœlicius auxiliatur, si cum corallio, succino albo, & ebore propinetur: foliorum, & florum farina vncię pondere, vnà cum Armeniç terræ drachma, ex vaccino lacte pota, præstat mirum in modũ ad sanguinis mictum. commanducata radix, diuq́; sub dente retenta, dolorem mulcet. DIOSC. *Matt.*

MILLEFOLIVM maius, Græcis, Σπατιώτης χιλιόφυλλος μέγα.] Italis, *Mille foglio maggiore*.

MILLEFOLIVM MAIVS.

FORMA.

Matt. Folia profert minoris similia, sed maiora, Tanaceto quadátenus proxima, caules quoque maiores, subhirsutos, atque grandiores vmbellas: floribus in purpura albicantibus, odore medicato.

LOCVS.

Idem Prouenit in Montibus, & collibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Præstat eadé, quæ minus.

VERBASCVM, Græcis, φλόμος.] Officinis, *Taſſus barbaſſus.*] Hetruſcis, *Barbaraſchio.*] Cæteris Italis, *Taſſo barbaſſo.*] Germanis, *Vueyſz gellvull kraut.*] Hiſpanis, *Verbaſco.*] Gallis, *Bouillon.*

VERBASCVM.

GENERA.

Plura Verbaſci numerantur genera, vt ex appictis iconibus palam fiet. *Matt.*

FORMA PRIMI.

Primum, quod fœmina vocatur, folia habet braſſicæ, piloſiora multò, & latiora, candidioraque: caulis illi albus, cubitalis aut amplior, ſubhirſutus: flores ex luteo palleſcentes, ſemen nigrum, radix longa, guſtu acerba, craſſitudine digiti. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in campeſtribus. *Idem.*

QVALITATES.

Radix guſtu acerba eſt, & fluxionis affectibus prodeſt, attamẽ folia digerendi vim habẽt. omnium. n. folia deſiccandi, & digerendi vim habent. *Gale. 8. ſim. med.*

VIRES.

Radix datur ludicri tali magnitudine conuenienter ex vino, in alui profluuio. Decoctum dentium dolorem collutione mitigat. ¶ Omnia genera, ſed fœmina magis, ſedis ferè morbis omnibus ſubuenit: ſeminis, & florum farina, larigna reſina excepta, cum anthemidis floribus, procidentem ſedẽ ſuffitu cohibet, & tenaſmum in dyſentericis ſanat, fœminę radicis ſuccus, anteaquã caueſcat, duarum drachmarum pondere ex vino Cretico hauſtus, in ipſa acceſſionis hora, quartanam fugat, ſed ter, quaterve id repetendum eſt. Succus tam foliorum, quàm florum aſperis verrucis illitus, eas delet. Folia tuſa, cineribusq; calefacta, ſanãt panos, quos bubones vocant: ſtillatitia florum aqua, oculis inſtillata, fluxiones cohibet, & illita facici ruborem tollit. eoq; magis ſi caphurę tantillum adiiciatur. Flores vnà cũ oui vitello, & mica panis, ac porri foliis illiti, per belle præſtant ad cohibendas tumentes, dolorificasq; hæmorrhoidas. *Matt.* DIOSC.

VERBASCVM mas, siue secundum. Græcis, Φλομὸς ἄῤῥην λευκὸς.] Italis, *Tasso barbasso maschio.*

VERBASCVM II.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Oblongius est, albis foliis, angustioribusq;: tenuiore caule. ¶Floribus in cacumine minoribus, pallido colore. Radice minori, minusq; carnosa.

LOCVS.

Matt. Nascitur in campestribus, exoluto solo.

QVALITATES, ET VIRES.

Iisdem præditũ est viribus, quibus & fœmina.

VERBASCVM tertium, Græcis, Φλομὸς ἀρρὴν μέλανα.] Italis, *Tasso barbasso minore*.

VERBASCVM III.

FORMA.

Folia profert nigriora, oblongiora, saluiæ ferè modo aspera, sed latiora: caulibus rotundis, robustis, tenuioribus; floribus in cacumine spicatis, aureo colore. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit & hoc quoque in campestribus. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Eadem cum aliis habet vires. *Idem.*

VERBASCVM ſylueſtre, Græcis, φλομὸς ἀγρία.] Italis, *Taſſo barbaſſo ſaluatico*.

VERBASCVM SYLVESTRE.

FORMA.

DIOSC. Folia fert Saluię, altas virgas, & lignoſas, & circa eas ramulos, quales marrubium, flores luteos, auri æmulos, .

LOCVS.

Matt. Naſcitur in cãpeſtribus, & apricis montibus.

VERBASCVM lycnite, Græcis, φλομὸς λυχνιτῆς.

VERBASCVM LYCNITE.

FORMA.

Foliis est hirsutis, crassis, tomẽtosis, pinguibusq; atque idoneis, ad lucernarum lumina: floribus numerosis, & ramusculis eminentioribus, prodeuntibus. aureo colore.

VERBASCVM ALIVD.

Verbaſcum aliud eſt, cuius folia corniculati papaueris modo prodeunt per ambitum ſinuata: Ideoque recte Dioſcorides huiuſce papaueris folia, verbaſco ſimilia fecit.

PRIMVLA VERIS, nonnullis, Brache Cuculi: Quibuſdam Herba paralyſis. Italis, *Fiore di Primauera.*] Germanis, *Schluſſel bluomen.*] Gallis, *Primeuere, ſeu Brayes de Cocu.*

PRIMVLA VERIS.

GENERA.

Duum eſt generum, alterũ odoratum, alterum inodorum. *Matt.*

FORMA PRIMÆ.

Folia profert lactucæ quadantenus ſimilia, oblonga, rugoſa: Labri veneris ferè modo, humi iacentia, è quorũ medio cauliculus exit dodrantalis, atque incanus, è cui⁹ faſtigiis, flores exeũt cõplures lutei, per ambitum fimbriati odoratiq́ue, vt in vrſi auricula, quam & radice quoque imitatur. *Idem.*

LOCVS.

Prouenit ſecus vias, propter ſepes, & in pratis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Tota planta articularibus morbis auxiliatur. Radi cum decoctum renum calculos eiicit: preſtat idem additis ſaluia, & amaraco ad frigidos neruorũ, & cerebri morbos: quare reſolutis ac tremore affectis potum cõfert: epotus foliorum ſuccus, ac etiã illitus fractis, luxatisq́ue oſſibus cõfert. Stillatitia florentis plãrę aqua cõmendatur ad animi deliquium. flores illinuntur aduerſus ſcorpionum ictus. Herba ipſa, aut flores, aut radices, tritę, & illitę vulnera glutinant. Mulieres è floribus, & polygonati radicibus in albo meraco maceratis, ſtillatitiam aquam faciunt ad faciei nitorem conciliandum. *Idem.*

Iisdem nominibus appellatur, quibus, & altera.

PRIMVLA VERIS ALTERA.

FORMA.

Matt. Folia profert latiora, & in cacumine rotundiora, humi pariter accubantia, crispa, rugosaque, ac magis tenera: caule verò, floribus, ac radicibus, ab altera non differt.

LOCVS.

Idem. Nascitur iisdem in locis, & frequenter in syluis herbosis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Easdem, quas altera possidet vires, imbecilliores tamen.

BLATTARIA, Dioſcoridi verbaſcum aurei floris. Italis, *Blattaria*.

BLATTARIA.

FORMA.

Herba eſt ſimilis verbaſco, foliis minus candidis: caulículis pluribus, flore luteo. ¶Semine capitulis concluſo lini modo, ſed durioribus. *Plin.* *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in campeſtribus. *Matt.*

QVALITATES.

Sapore eſt amaro, excalfaciens, & ſiccans. *Idem.*

VIRES.

Herba proſtrata blattas in ſe contrahit. *Plin.* DIOSC.

ÆTHIOPIS, Græcis, αἰθιοπὶς.] Italis, *Etiope, & Etiopide*.

ÆTHIOPIS.

FORMA.

DIOSC. Folia habet verbasco similia, per quàm hirsuta, densáq; in orbẽ circa radicem imam redacta : caulem quadrangulũ, scabrum similem apiastro, aut arctio, multis concauum alis. semen erui magnitudine : geminum in vno conceptaculo: Radices ab eo dẽ cespite numerosas. longas ; crassas, gustu glutinosas, quę siccę ni grescunt, duranturque vt cornua imitari videantur.

LOCVS.

Idem. Plurima nascitur in Ida, & in Messenia.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Auxiliatur purulentis excreationibus, Ischiadicis, pleuriticis, arterię scabritiis decocta radix, & pota, quin etiam cum melle Eclegmatis vicem præbet.

PERSONATA, Græcis, Αρκειον.] Officinis, *Bardana*.] Italis, *Lappola maggiore*.] Germanis, *Groſſ kletten*.] Hiſpanis, *Bardana, ſeu Pagamacera mayor*.] Gallis, *Gloteron, ſeu Bardana*.

PERSONATA MAIOR.

GENERA.

Duum eſt generum: intercedente notarum differentia. *Matt.*

FORMA PRIMÆ.

Folia habet cucurbitæ maiora, nigriora, hirſutiora, craſſioraque: caulẽ craſſum, anguloſum, albicantem, ſeſquicubitalẽ, atque ramoſum, fructu copioſo, echinato, non magno, aculeis repandis, veſtibus pertinaciter inhærentibus. Floribus purpureis, ſemine cnici minore. Radice longa, vegeta, intus candida, foris nigra. *Idem.*

LOCVS.

Naſcitur paſſim in agrorũ marginibus, ſecus itinera, & ferè vbique.

QVALITATES.

Diſcutit ſimul, & deſiccat, & mediocriter adſtringit. *Gale. 6. ſim. med.*

VIRES.

Radix drachmæ pondere, cum pineis nucibus pota, purulenta, & cruenta extuſſientibus auxiliatur: trita dolores à contritione arctuum contractos, illitu ſedat. Folia vtiliter antiquis vlceribus illinuntur. ¶Semen potum calculoſis auxiliatur. Idem facit radicis decoctum infuſum. DIOSC. *Matt.*

PERSONATA altera: Plinio Persolata. Italis, *Lappola*.

PERSONATA ALTERA.

FORMA.

Matt. Foliis exit minoribus paulò, caule ramoso: capitulis pariter echinatis, sed minoribus, alba lanugine obductis: mitioribus aculeis: flore capillaceo, purpurascēte: semine alteri simile.

LOCVS.

Idem. Nascitur secus itinera, in ædificiorum vetustorum areis, & in agrorum marginibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Eadem cum alia præstat.

PERFOLIATA: Italis, *Perfogliata.*] Germanis, *Durch vuachs.*

PERFOLIATA.

FORMA.

Folia profert ſubrotũda, pinguia, ſed in acutũ delinẽtia, piſi ferè modo: venis compluribus ſecundum longitudinẽ protenſis. caulis illi eſt gracilis, glaber, rotundus atque ẽt ramoſus: folia, quę in caule, & ramis ſunt ab iis vmbilicotenus trãſfiguntur, magno naturæ artificio: quare putarem ego, vt perforata magis, quàm perfoliata dici deberet: flores gerit aureos, è capitibus quibuſdã prodeuntes in ſtellæ modum: ſemen nigrum, paruum pſyllij modo pellucidum. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in vineis, campis, & aliis quoque locis, & in agrorum limitibus. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Guſtu eſt ſubamaro, & adſtringenti. Datur herbæ decoctum ex vino paratum, aut folia in puluerem trita, ad internas affectiones, & ad rupta: quare bibuntur commodè ad vmbilici eminentias, & enterocellas. illita ſtrumas quoque reſoluunt. *Idem.*

ELLEBORINE, Græcis, Ἐπιπάκτις.] Italis, *Elleborina*.

EPIPACTIS SIVE ELLEBORINE.

FORMA.

Dioſc. Parua eſt herba, & exiguis foliis.

LOCVS.

Idem. In Aſia, & Græcia naſcit.

QVALITATES, ET VIRES.

Dioſc. Iocinoris vitiis vtilis, & contra venena pota.

APPENDIX.

Matt. Epipactidis hiſtoriam adeo paucis cum à cęteris, tum à Dioſcoride deſcriptam reperio, vt difficile admodum ſit decernere, quænam plãta legitimam repræſentet, & præſertim cum in Græcia, & Galatia, Dioſcoride, & Plinio autorib⁹ naſcatur. Hãc autem quam nobis Elleborinã vocare libuit, haud legitimã facimus. verũ, quòd nigri veratri quadãtenus effigiem referat, & ſimiles quoque radices gerit, ita eam appellare voluimus.

FVMARIA, Græcis, Καπνὸς.] Officinis, *Fumus terræ.*] Arabibus, *Scebiterig, siue Sabeteregi.*] Italis, *Fumosterno.*] Germanis, *Erdt rauch.*] Hiſpanis, *Palomelha.*] Gallis, *Fumeterre*.

FVMARIA.

GENERA.

Duum eſt generum. Maius, & Minus. *Matt.*

FORMA MINORIS.

Fruticoſa herbula eſt, prętenera, coriandro ſimilis, foliis cādidioribus, vndique numeroſis, cineracei coloris, flore purpureo. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in hortis, vineis, & campis. *Matt.*

QVALITATES.

Acris ſimul, & amarę qualitatis eſt. nec tamē planè expers eſt acerbæ: quam ob rem vrinam bilioſam multā trahit. *Gal. 7. ſimp. me.*

VIRES.

Oculis claritatē facit, delachrymationēq; ſuccus inſtillatus. Manducata herba bilioſam vrinam trahit. ¶ Attenuat, penetrat, obſtructiones aperit, ac deiectoriæ eſt facultatis, cohibet, aggregat, & roborat Aluū facilè ducit, bilem trahit, & aduſtos humores. vis eius non modo ad iecur, ſed ad venas permeat, quare ſanguinē expurgat. medetur elephantiaſi, carcinomatibus, lichenis, & cęteris cutis infectionibus: quin etiam omnibus ferè morbis ex viſcerum infarctu prouenientibus: vētriculū, iecur, lienem, & cętera interna viſcera roborat, bilioſasq; finit febres. & quæ à vaſorum obſtructione excitantur. DIOSC. *Matt.*

FVMARIA altera, Græcis, Καπνὸς ἑτέρα.] Italis, *Fumosterno maggiore.*] Germanis, *Holvurtz.*

FVMARIA ALTERA.



FORMA.

Matt. Planta est fruticosa, prętenera, foliis coriandri, cineracei coloris : flore purpureo. Radice tube rosa, inani, buxeo intus colore : odore aristolochiæ.

LOCVS.

Idem. Prouenit in hortis, & segetibus hordeaceis, & propter sepes.

QVALITATES, ET VIRES.

Radix amara est, & ea omnia potest vnà cũ herba, quę altera Fumaria. Radix ex vino pota, venenis, & pestilẽtiæ medetur. sudorem, & vrinã ciet, & ictericos iuuat : semen bibitur ad diuturna alui profluuia. Radicis farina, manantia quælibet vlcera exiccat, & mundat.

CENSVRA.

Non rectè sentiunt Germani medici, ac pharmacopęi, qui hanc plantam rotundam esse Aristolochiam putant. Alij verò pistolochiam.

CORYDALIS, Græcis, Κορύδαλις.] *Quibuſdam ſplit.*] Italis, *Coridala*.

FVMARIA CORYDALIS.

FORMA.

Folia gerit coriandri, ſed minora, tenuioraque: caules exiles, compluribus ramuſculis: floribus in ſummitate auicularum ſpeciē referentibus: radicibus numeroſis, tenuibus, prælongis, ac ſubalbicantibus. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit in collibus cultis, & agris. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Præſtat vniuerſa plāta ad colicos dolores, ſiue recens māducetur, ſiue ſicca in puluerē ſumatur ex vino pluribus diebus. *Idem.*

LOTVS vrbana, Græcis, Λοτὸς ἥμερος.] Italis, *Tribolo, ſeu Trifoglio Cauallino*.

LOTVS VRBANA.

FORMA.

DIOSC. *Matt.* Caules edit bicubitales, ac etiã maiores, rectos, firmos, ramoſos, & in his folia trifolij pratẽſis æmula, leuiter per ambitũ dẽticulata, beneq; olentia: flores edit racemoſos, tenues paruosque luteo colore, aut albo, odoratosq;.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in hortis, pratis, agris, & vbique ferè locorum.

QVALITATES.

Gal. 7. ſimp. me. Vt mediocriter concoquẽdi vim poſſidet, ſic etiam exiccãdi in caliditatis, frigiditatisque cõiugatione, media quodammodo eſt, & temperata.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Extractus ſuccus, addito melle, oculorum argemas, nubeculasque, ac ceteras caligines diſcutit. ¶ Vſurpatur tota planta vnguentariis, quòd odoratam ex ea faciant aquam, in qua chirothecas macerant, ac lauant.

Lotvs ſylueſtris, Græcis, Λωτὸς ἄγριος.] Italis, *Loto ſaluatico.*] Arabibus, *Handa choca.*

LOTVS SYLVESTRIS.

FORMA.

Foliis prouenit trifolij pratenſis, caule cubitali, & ſæpe maiori, alis multis (floribus in capitulis cęruleis,) ſemine fænogręci, ſed longè minore, odore medicato. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Plurimum in Lybia naſcitur. ¶Naſcitur copioſum etiam in Boemia. DIOSC. *Matt.*

QVALITATES.

Semen ſecundi eſt ordinis excalfacientium, habetq; non nihil abſterſorium. *Gale. 7. ſimp. me.*

VIRES.

Vitia cutis in facie, maculasque cũ melle perun ćta expurgat: trita per ſeſe, aut cum maluę ſemine, bibitur aptiſſimè cum vino, aut paſſo contra dolores, qui veſicam male habent. DIOSC.

CYTISVS: Græcis, Κύτισος.] Italis, *Citiſo*.

CYTISVS.

FORMA.

DIOSC. Frutex eſt albus, in totum vt Rhamnus, ramos ſpargens cubitales, & maiores, in quibus folia fænogręci, minora, dorſo medio prominente: Ea digitis trita, erucam olent, guſtatuque cicer recens ſapiunt.

LOCVS.

Matt. Naſcitur ſponte in Cãpania propè Neapolim.

FACVLTATES.

Gal. 7. ſim. med. Folia digerendi facultatem obtinent, aquę temperatæ miſtam, ſicut & maluæ folia.

VIRES.

DIOSC. Folia refrigerant, tumores inter initia diſcutiunt, ſi cum pane trita illinantur. Decoctum potum, vrinam ciet: non nulli, qnod apes alliciat, prope alucaria ſerunt.

MYRIOPHYLLVM, Græcis, Μυριοφύλλον.] Italis, *Miriofillo.*

MYRIOPHYLLVM.



FORMA.

Myriophyllum, ſiue mille-folium, cauliculus eſt tenuer, ſingularis, vnica nixus radice, plurimis foliis, lęquibus, fęniculo ſimilib⁹, caulis flaueſcit, varius, ac veluti ex induſtria deliniatus. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in paluſtribus. *Idem.*

QVALITATES.

Vſque adeo deſiccatoriæ eſt facultatis, vt vulnera glutinet.

VIRES.

Vulnera recentia ab inflámatione vindicat, ſi vel viride, vel ſiccum; ex aceto oblinatur. præcipitatis in potu cum aqua, & ſale datur.

MYRIOPHYLLVM ALTERVM.

Si quis hanc Myriophylli plantam, cuius hic imago visitur, is facilè Myriophyllũ Dioscoridis esse consentiet. & præsertim cùm in palustribus nascatur.

MYRRHIS, Græcis, Μύῤῥις.] Italis, *Mirrade*.

MYRRHIS.

FORMA.

Simillima eſt cicutę, caule, foliisque: radix ei oblonga, mollis, rotunda, odorata, cibo non inſuauis. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in hortis, & aliis cultis locis. *Idem*

QVALITATES.

Radicem habet odoris iucundi, & dulcis: excalfacit ordine ſecundo, adiuncta quadam partium tenuitate. *Gale. 7. ſim. med.*

VIRES.

Radix in vino pota, phalangiorũ morſibus auxiliatur: cit menſes, partus, & ſecũdas, purgatque à puerperio fœminas: ſubuenit & tabidis cocta in ſorbitione. Aiunt quoque eandem bis die, teruè potam ex vino, in peſtilẽtia ſalutarem eſſe. & ne morbi contagia ſentiãtur obſtare. DIOSC.

CENSVRA.

Non deſunt, qui vulgare Cerofolium Myrrhim faciant. verũm cum caulis cicutæ non ſit, nec radicis vſus, ſed foliorum: iis profectò ſubſcribere nequeo.

ANGELICA, Italis, *Angelica.*] Germanis, *Angelic.*] Gallis, *Angelique.*

ANGELICA.

GENERA.

Matt. Duum eſt generum, ſatiuę, & ſylueſtris.

FORMA SATIVÆ.

Idem. Caulem edit geniculatum, cubitalem altitudinem excedens, inanem: multis alarũ cauis: folia oblonga per ambitum ſerrata, vmbellã magnam, albis floribus refertam: ſemine tenuĩ, lẽtis modo compreſſo: Radice craſſa, complurimis adnatis fibris longis, nigricanti colore, eximio odore præditis, ſapore acri ac ſubamaro.

LOCVS.

Idem. Seritur, colituŕque in Germania in campis, præſertimq; in Miſnia, & Saxonia.

QVALITATES.

Idem. Radix cuius eſt vſus, acris eſt, atque amariuſcula. Quare manifeſtò excalfacit, & ſiccat, ordine ſecundo completo, aut tertio incipiente: proinde aperit, attenuat, diſcutit, penetrat, incidit, & flatus pellit.

VIRES.

Idem. Radix venenis mirificè aduerſatur, manditur aduerſus peſtilentiæ contagia: per ſe ſumpta, pituitoſos, lẽtosq; humores digerit, & crudita tes concoquit: Idem prẹſtat radicis decoctum, & tuſſiẽtibus ex frigore, celeriter auxiliatur. Eodem epoto diſſoluuntur ſanguinis grumi; Radicis farina datur vtiliter in omnibus frigidis affectibus. valet ad rabiolorum; & venenatorum morſus; tam intus ſumpta, quàm exterius cum ruta impoſita. mãſa, & dentium cauis indita, dolores ſedat. Anhelitum adeò commendat, vt prẹſumpti allij odorem facilè occultare valeat.

ANGELICA ſylueſtris : Italis, *Angelica ſaluatica.*] Germanis, *Vuild Angelic.*] Gallis, *Angelique ſauuage*.

ANGELICA SYLVESTRIS.



FORMA.

Pumilior eſt omnib⁹ ſuis partibus, ſed viribus longè prętantior: Radicem profert minorē, paucis fibris, quæ ſecta liquorem ſubuirentē mittit, acerrimi guſtus, & qui lachrymas cient. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur plurima in altiſſimis mōtibus, in pratis, & paſcuis, amœnis locis. *Idem.*

QVALITATES.

Cum acerrimi ſit guſtus, longè valentius, quàm domeſtica excalfacit, & ſiccat. Quare ad quarti ordinis principium accedit. *Idem.*

VIRES.

Omnia prętare poteſt, quæ domeſtica, ſed longè valentius. cæterùm non adeo copioſius ea vti præſtabit, quòd nimis corpus accēdat. manſa enim os, linguam, & fauces maximè vrit, atque inflammat.

PSEVDOMYAGRVM, Italis, *Miagro falso.*

PSEVDOMYAGRVM.

FORMA.

Matt. Caulem edit cubitalem, ramosum: & folia, quę in eis sunt, glasti, aut thlaspi quadã tenus similia: floribus in summitate albis, tenuibusque: semine paruo, dulci.

LOCVS.

Idem. Nascitur in campis inter linum, & frumenta.

QVALITATES.

Idem. Modicè excalfacit: atque humectat.

VIRES.

Accedit omnino ad sesami vires semen: paratur pariter ex eo oleum, adsimilis facultatis. Id auiculis gratissimum.

CIRSIVM, Græcis, Κιρσιὸν.] Italis, *Cirsio.*

CIRSIVM.

FORMA.

Caulis est tener, triangularis, bicubitalisq; ab imo foliis rosę speciem referentibus, angulis spinosis, per interualla mollibus. Folia ei buglosso similia, lōgiora, subcādida, modicè hirsuta, per extremitates aculeata: cacumen caulis orbiculatum, hispidum, in quo capitula in summo purpurea, quæ in lanugines soluuntur. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur vliginosis locis.

ET VIRES.

Radix laborāti loco adalligata, dolores varicum sanat. *Matt.*

NOMINA.

ASTER Atticus, ſiue Bubonium. Græcis, Ἀστὴρ ἀττικὸς.] Arabibus, *Aſtaraticon.*] Italis, *Aſteratico.*] Germanis, *Stern kraut.*] Gallis, *Petite eſpargoutte, ſeu petit Muguet.*] Vergilio, *Amellus.*

ASTER ATTICVS.

FORMA.

Matt. Caules ab radice mittit rectos, ſolidos, ac ligno ſos, colore fuſco lutescente: è quibus circa cacumen ramuli oriũtur tenues, in quorum ſummitate flores ſpectãtur, vt in Anthemide, & Belli: ſed in medio lutei, & per ambitũ purpurei. Folia profert oblõga, oliuæ figura, minora tamẽ, aſpera, hirſuta, nigricãtia, aſpero ſapore, ac ſubamaro, radicem habet multifidã, odore nõ ingrato.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in aſperis, inculſ tis, collibus, & conuallibus.

QVALITATES.

Gale. 6. ſim. me. Miſtæ eſt facultatis, vti roſa, verùm id non adſtringit.

VIRES.

DIOSC. Feruenti ſtomacho, oculorum inflãmationib⁹, prociduæ ſedi, ac inguinibus illita auxiliatur: tradunt quoque purpureum in flore, ſi ex aqua bibatur, anginis, & pueris comitialibus, opitulari. Herba ipſa recens illita, inguinum bubones, inflãmationesq; curat. ¶Cum veteri axungia tuſa, imponitur vtiliter rabioſorum canum morſibus: & incenſa ſerpentes fugat. *Crateuas*

ASTER ATTICVS ALTER.

FORMA.

Visitur facies, ex icone suæ ipsius plantæ: nos tamen eam delineandam duximus, vt etiam aliorum possit esse iudicium: cæterum nos priorem omnino probamus. Et præsertim cum in huius flore nihil purpurei habeatur.

STELLARIA, siue pes Leonis, siue Alchimilla. Italis, *Stellaria.*] Germanis, *Synnauu.*] Gallis, *Pie de Lyon.*

STELLARIA.

FORMA.

Matt. Foliis prouenit maluæ similibus, robustioribus tamen, ac magis carinatis, octonis circũquaque angulis. Et per ambitum dẽticulatis adeo, vt patefacta, stellę imagi nẽ referãt: caulis ei tenuis, semicubitalis, lanuginosus, à quo cõplures exeũt rami, in quorũ summo flores emergunt subpallidi, tenues, stellarum effigie. Radice coheret digitali crassitudine, sapore adstringenti.

LOCVS.

Idem. Prouenit in montibus, in pratis, & pascuis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Exiccat, cohibet, atq; conglutinat: pota efficax est ad interna vulnera. quin etiam externa illita glutinat. Aridæ farina in sui ipsius decocto hausta, enterocellis medetur. Conceptũ adiuuat, & steriles fœcundas reddit hausta continuis viginti diebus cochlearis mensura ex vino, vbi præsertim sterilitas, ab vteri humiditate prouenerit. quare datur quoque vtiliter ad alba vteri profluuia.

ISOPYRVM, Græcis, Ισοπύρον.

ISOPYRVM.

FORMA.

Foliis eſt aniſo ſimili- DIOSC.
bus : capitula ſunt in ſummo caule tenuia, plena ſeminis, melanthij guſtum imitantis.

LOCVS.

Naſcitur in campis, & a- *Matt.*
pricis collibus.

FACVLTATES, ET VIRES.

Bibitur ſemen cõtra tuſſim, & cętera pectoris vitia ex aqua mulſa, quin etiam ad Epaticos, & ſanguinem excreantes.

VIOLA purpurea, Græcis, Ιὸν πορφυροῦν.] Arabibus, *Seneffige, Sonofrig, ſeu Benefeſegi.*] Italis, *Viola, & Viola mammola.*] Germanis, *Mer zen violen.*] Hiſpanis, *Violetta.*] Gallis, *Violette.*

VIOLA PVRPVREA.

FORMA.

DIOSC. Viola purpurea foliũ habet hedera maius, tenuius, ac nigrius, nec multo diſſimile, cauliculus à radice medius prodit, in quo floſculus ſuauiſſimè olens purpureus.

LOCVS.

DIOSC. *Matt.* Opacis, & aſperis naſcitur ¶propter ſepes, & ſecus itinera.

QVALITATES.

Gale. 6. ſim.med. Folia aqueam, & ſubfrigidam ſubſtantiam ſuperantem poſſident.

VIRES.

DIOSC. Refrigerandi naturam habet. Illiuntur folia per ſe, aut cum hordeacea farina aptiſſimè ſtomacho æſtuanti, & oculorum inflãmationibus, ſediq́; procidenti. *Meſue* ¶Refrigerant, & humectant ordine primo, ſed ſiccæ minus. Humiditas, quæ ſuperflua recentibus ineſt aluum emolliendo ciet, ſiccę verò deiectoriæ ſunt facultatis, non quòd emolliãt, ſed quòd diſſoluant. In ſumma ſoporifera ſunt, calidos dolores mulcent, inflammationes extinguntlenium, & ſoluunt. Bilem educunt, eiuſque feruorem mitigant, conferũt capitis doloribus, quos caliditas excitaui; ſomnum conciliãt. Pectoris, & tracheę arterię ſcabriciem leniunt. Medenturque anginis, & columnellę vitiis. Præcipuo autem auxilio ſunt pectoris, & lateris inflammationibus, ſitimque arcent.

VIOLA arboreſcens. Italis, *Viola arborea*.

VIOLA ARBORESCENS.

FORMA.

Creſcit hæc duorum cubitorũ altitudine, pluribus ab vna radice ſublatis caulibus, in quibus folia violę purpureæ anguſtiora, per ambitum denticulata, atque paribus interuallis diſtincta, flores edit purpureos, conſolidæ regalis vocatæ haud abſimiles, odore purpureæ violę. *Matth.*

LOCVS.

Naſcitur in Baldo monte in agro Veronenſi. *Idem*

IACCEA, seu herba Trinitatis. Italis, *Iaccea, seu Minuti pensieri.*] Germanis, *Freyssam kraut.*] Gallis, *Pensées, aut Menues pensées.*

IACCEA, SIVE FLOS TRINITATIS.

GENERA.

Matt. Duum est genervm, Maior, & Minor.

FORMA MAIORIS.

Idem. Foliis exit primo exortu rotundis, per ambitū ferratis, quæ tamē per incrementū in longitudinem protēdūtur. caulibus cōstat triangularib⁹, quadātenus striatis, inanibusque, quibus genicula supereminēt paribus interuallis, è quorū alis ramusculi exoriūtur, à quibus flores exeūt violę purpureę magnitudine tribus referti coloribus. Sunt.n. supernè purpurei, ī medio cādidi, & ima parte lutei, sed penitus inodori. LOCVS.

Idem. Nascitur in campis, & passim seritur in hortis, & viridariis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Sunt qui hāc ad enterocellas pollere credant, atq; ęgrè spirantibus, & pulmonum inflāmationibus opem ferre, quin etiam scabiem sanare, & cętera cutis vitia delere.

IACCEA, siue herba Trinitatis altera. Italis, *Iaccea, seu Minuti pensieri minori*.

IACCEA ALTERA.

FORMA.

Crescit hęc minoribus, ac breuioribus tũ foliis, tum floribus, qui tamẽ non tribus, sed duobus tantum constant coloribus, candido videlicet, & lutescente. *Matt.*

LOCVS.

Nascitur pariter iisdem in locis, & seritur in hortis.

BVGLOSSVM, siue Borrago, Græcis, *βούγλωσσον.*] Mauritanis, *Liſenalt liaur, ſiue Leſenalthaur.*] Italis, *Borragine.*] Germanis, *Burretſch.*] Hiſpanis, *Borraia.*] Gallis, *Borrache.*

BVGLOSSVM, SIVE BORRAGO.

FORMA.

Matt. Foliis exit latis, atq; oblongis, aſperis, eminentibus vbique bullis, tenuiſſimis armatis culeis, qui totam plãtam hiſpidam ac rigidam reddunt, aculeato vndecunque ambitu. Caule eſt cubitali, & quandoque maiori, pingui, concauo, aculeis vbique ſcatente, ramis multis brachiato, floribus in ſtellæ modum radiantibus, cæruleo colore, & quãdoque candido, nigro è medio prominente apice, ſemine nigro, ſtriatoque.

LOCVS.

Idem. Naſcitur per ſe paſſim in hortis.

QVALITATES.

Gal. 7. ſim. med. Humidæ, calidæque temperiei eſt. Itaque vinis iniectum lætitiæ, ac hilaritatis cauſa eſſe creditum eſt. Sed & his qui ob faucium aſperitatem tuſſiunt, coctum in mellicrato conuenit.

VIRES.

DIOSC. *Matt.* Herbam abſceſſibus vtilem eſſe volunt. ¶ Herbę, & radici vis ſanè magna eſt, quinetiam & floribus ad animi deliquiũ, & cęteros cordis affectus, atque melancolicos morbos, & præſertim eorundem decoctum ex vino, aut ex aqua paratum. Succus foliorum potus valet, contra lethalia pharmaca, & venenoſorum animalium ictus. Stillatitia totius plantę aqua delirijs, quę cum febre fiunt mirifice ſubuenit, quin etiam oculorum inflammationes mulcet, tam interius, quàm exterius impoſita.

BVGLOSSVM vulgare, Italis, *Bugloſſa.*] Germanis, *Ochſenzung.*] Gallis, *Bugloſe.*

BVGLOSSVM VVLGARE.

GENERA.

Duo eius ſunt genera, *Matt.* Hortenſe, quod maius, & minus eſt, & ſyluestre quod pariter duas habet ſpecies. Altera qdem minori hortenſi ſimilis, Altera flore nigro.

FORMA HORTENSIS.

Folia profert longa ſymphyti maioris modo, hirſuta, aſpera, hiſpidaque, tenuiſſimis aculeis ſcatentia, caule ſeſquicubitali, rotundo, robuſtoque, hiſpido, ac pungente, à quo rami complures exeunt ſurſum ſpectantes, in quorum ſummis partibus flores emicant purpurei borraginis minoribus, ſemine nigro. Radix illi eſt borraginis, craſſior, & carnoſior, lętore quodam prędita, ac craſſiori, pinguioriqué libro, *Idem.*

Minor autem folia oblonga profert, ſed longè anguſtiora, breuioraque, hirſuta, ſed aculeis vacantia, cætera ſimilia ſunt.

LOCVS.

Seruntur paſſis in hortis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Eadem omnia præſtare poſſunt, quæ Borrago. *Idem.*

BVGLOSSVM alterum ſylueſtre flore nigro: Italis, *Bugloſſa ſaluatica del fior negro.*

BVGLOSSVM ALTERVM SYLVESTRE FLORE NIGRO.

FORMA.

Matt. Foliis creſcit breuioribus, incanis, minime aculeatis, caule craſſo, piloſoque, ac ſubaſpero, floribus cęteris generibus ſimilibus, ſed nigris. Radice digitali craſſitudine, lenta, ac dulci. Extat & aliud ſylueſtris genus hortenſi minori per omnia ſimile, ſed in omnibus agreſtius.

LOCVS.

Idem Naſcuntur in campeſtribus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Viribus iiſdem pollent, quibus ambæ hortenſium ſpecies.

CYNOGLOSSVM, ſeu lingua canina, Græcis, Κυνόγλωσσον.] Italis, *Cinogloſſa, & Lengua di Cane.*] Germanis, *Hundſzung*.

CYNOGLOSSVM.



FORMA.

Folia, Latifoliæ plantaginis habet, arctiora, minora, lanuginoſa, caule vacat, & humi ſternitur. DIOSC.

LOCVS.

Prouenit in ſabuletis. *Idem*

QVALITATES.

Refrigerat, & ſiccat. *Matt.*

VIRES.

Folia cũ ſuillo adipe veteri medentur morſibus canum, alopeciis, & ambuſtis. Herbę decoctum ex vino potum aluum emollit. DIOSC.

¶Folia recentia medentur impoſita tibiarum vlceribus. *Matt.*

CYNOGLOSSVM vulgare, Italis *pariter Cinogloſſa, ſeu Lengua canina.*

CYNOGLOSSVM VVLGARE.

FORMA.

Matt. Folia edit lata, longaque hortenſis, ac maioris buglosſi modo, numeroſa ab vna radice prodeuntia, tactu ſubaſpera, ac piloſa, caulē cubitalem, teretem, robuſtū, ac pariter ſubaſperum, & à medio ramoſum, flores purpurcos Echij ęmulos, è quibus paruæ prodeunt lappę, aculeo quodā è medio prominente, magno naturę artificio, quę matureſcentes veſtibus pertinaciter adhęrent.

LOCVS.

Idem. Naſcitur paſſim, ferè vbique, ſecus vias, & in agrorum marginibus.

QVALITATES.

Idem. Manifeſto refrigerat, & ſiccat.

VIRES.

Folia recentia impoſita mirum in modum vulnerum inflammationes arcent, ac etiam alias quaſcunque.

CYNOGLOSSVM VVLGARE
FLORIDVM.

PHYTEVMA, Græcis, Φύτευμα.] Italis, *Phiteuma*.

PHYTEVMA.

FORMA.

DIOSC. Folia habet ſtruthij minora, copioſum ſemẽ, perforatum, radicem paruam, tenuem, per ſumma terræ nitentẽ.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in mõtibus, & aliis quoque locis.

VIRES.

Idem Ad amatoria tantum hãc herbam præſtare Dioſcor. ſcribit.

LEONTOPODIVM, Græcis, Λεοντοπόδιον.] Italis, *Leontepodio*.

LEONTOPODIVM VERVM.

FORMA.

Duum digitorum herbula eſt folia ferens anguſta, longitudine ternũ, quaternũve digitorum, hirſuta, quæ iuxta radicem lanoſiore flocco caneſcunt. Capitula in ſummo caule quaſi perforata. Flores nigri, ſemen vſque adeo ſpiſſa lanugine inuolutũ eſt, vt ſæpe fallat. Radice parua cohæret. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in montibus. *Matt.*

VIRES. *Idem.*

Hanc tradunt appenſam ad amatoria prodeſſe, & tubercula diſcutere prodidit Dioſc.

HIPPOGLOSSVM, Græcis, Ιππόγλοσσον.] Italis, *Biſlingua, ſiue Bonifacia.*] Germanis, *Zàpfflin kraut.*] Hiſpanis, *Lengua de Cauallo.*] Gallis, *Biſlingua.*

HIPPOGLOSSVM.

FORMA.

Matt. Frutex eſt foliis ruſci maioribus, polygonati ſimilibus, ſecundum longitudinem frequenter ſtriatis, è quorum medio ligulæ quędam folioſæ aſſurgunt, ſub quibus rubentes exoriũtur baccę, vt in ruſco. Radicem habet albam, geniculatam, ac duram.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in ſyluoſis, montibus.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. *Matt.* Capitis dolorem, corona ex comis impoſita minuit. ¶Datur radix vtiliter ad omnes vteri affectiones, & præſertim præfocatis ab vtero mulieribus, cochlearis mẽſura. Eſt quoque ad puerorum enterocellas præſtãtiſſimum auxilium ſi diutius radicis puluis ſeſquidrachmę pondere quotidie ex maioris ſymphiti decocto propinetur.

ANTIRRHINVM, Græcis, Ἀντίῤῥινον.] Italis, *Antirrino.*] Germanis, *Orantiſterch kraut, ſeu ſtreich kraut.*] Hiſpanis, *Cabezza de ternera.*] Gallis, *Mouron violet.*

ANTIRRHINVM.

GENERA.

Quatuor nos obſeruauimus genera, quorum facies ex ſequentibus iconibus patebunt. *Matt.*

FORMA.

Foliis omnes ſunt oblõgis, in altero latioribus, in altero verò anguſtioribus, caulibus ramoſis, floribus in quibuſdã purpureis, in cęteris verò cãdidis. Semen proferũt minutum nigrũque, receptaculis quibuſdã inclu ſum, quę vitulorum capita per quàm bellè refe runt. *Idem.*

LOCVS.

Naſcitur in aruis, & in collibus. *Matt.*

QVALITATES.

Ad ſanationes inutile eſt. Ipſum adſimilis eſt cum Bubonis facultatis. *Gale. 6. ſim. med.*

VIRES.

Tradunt perunctos huius ſemine ex oleo vetuſtiores fieri, nec vllo medicamento lędi poſſe, ſi quis appenſum geſtet. ¶Quin etiam principum gratiam ſibi conciliari poſſe putant hoc tantum amuleto. DIOSC. *Matt.*

NOMINA.

ANTIRRHINVM II.

ANTIRRHINVM III.

ANTIRRHINVM IIII.

ADIANTVM, Græcis, Ἀδίαντον.] Officinis, *Capillus Veneris.*] Arabibus, *Borſceguaſcen, ſeu Berſauſan, ſeu Chulbare albir.*] Italis, *Capel venere.*] Germanis, *Frauen har.*] Hiſpanis, *Culantrillo de pozzo.*] Gallis, *Capil venere.*

ADIANTVM.

FORMA.

Puſilla gerit folia coriandri ſimilia, in ſummo inciſuris diuiſa, caulículi quibus exoriuntur, nigro colore nitent, validi, pretenues, palmum alti, radice ſuperuacua, neq; caulem, neq; florē, neque ſemen gerit. DIOSC.

LOCVS.

Vmbroſis, & paluſtribus, circa parietum aſpergines, & fontium ſpecus enaſcitur. *Idem.*

QVALITATES.

Adiantum in caliditate quidem, & frigiditate ſymmetrum eſt, verum deſiccat, & extenuat, & diſcutit. *Gal. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Decoctum herbę potum prodeſt difficulter ſpirātibus, ſuſpirioſis, lienoſis, felle ſuffuſis, & vrinæ anguſtiis, calculos frangit, aluum ſiſtit, ſerpentium morſibus auxilio eſt, contra ſtomachi fluxiones in vino bibitur. Menſes, & ſecundas ciet, ſanguinis reiectiones inhibet. Illinitur recens contra ſerpentium morſus. Alopecias denſat, ſtrumas diſcutit. Furfures, & manantia capitis vlcera ex lixiuio emendat, cum ladano, & myrtho oleo defluentes capillos continet. Idem præſtat eius decoctum ex vino, & lixiuio paratum. coturnices, & gallinaceos pugnatiores facit in cibis eorum additum. ¶Aluum ſubducit, bilem, & pituitam deiicit, craſſaq; excrementa, quæ diu in interioribus inhęſere. ſanguinem clarificat, animam dilatat, & iecur, & ventriculum purgat præſertim ſi obſtructione laborent. Decoctum eius fœminas à partu purgat. Eius ciuis ægilopas curat. Diluti libra epota commodiſſimè aluus ſubducitur. DIOSC. *Meſue.*

TRICHOMANES, Græcis, Τριχόμανες.] Officinis, *Polytricum*.] Italis, *Politrico*.] Germanis, *Stain brech*.] Hiſpanis, *Politrico*.] Gallis, *Polytricen*.

TRICHOMANES.



FORMA.

DIOSC. Eſt filici ſimile, ſed exilius, foliis lẽticulę, tenuibus, in ordinem vtrinque digeſtis, in ſe aduerſis, ramulis tenuibus, acerbis, ſubnigris, pellucidisque.

LOCVS.

Idem Matt. Naſcitur eiſdem in locis quibus Adiantum, ¶ & præſertim in puteis, & antiquis parietibus.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Eadem quæ Adiantũ præſtare poſſe conſtat.

XANTHIVM, Græcis, Σάνθιον.] Italis, *Lappa minore.*] Germanis, *Betlers Leijſz, ſeu Spitz kletten.*] Hiſpanis, *Lappa menor.*] Gallis, *Petit Gloutteron, ſeu Grappellas.*

XANTHIVM.

FORMA.

Caule exit cubitali, angulo ſo, pingui crebris ex eo prodeuntibus alis. Folia habet atriplicis, inſecta, naſturtium odore imitantia, fructū grādis oliuæ modo, & vt platani pilula aculeatū, qui cōtactu veſtibus adhæreſcit. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur læto ſolo, & pingui, & lacubus exiccatis. *Idem.*

QVALITATES.

Fructus diſcutiendi vim obtinet. *Gale. 8. ſim. med.*

VIRES.

Fructus flauos facit capillos, ſi acetabuli inſtar tepida aqua madeſcat, mox caput nitro ante perfrictū illinatur. Alij in vino tundunt, & ita aſſeruant. Semen aptiſſimè tumoribus imponitur. DIOSC.

ÆGILOPA, siue festuca, Græcis, αἰγίλωψ.] Arabibus, *Dausir, Dauser, siue Daser.*] Italis, *Egilopa, siue Orzo saluatico.*

ÆGILOPS, SIVE FESTVCA.



FORMA.

DIOSC. Folia habet tritici, sed molliora, in summo capite semina bina, ternave, rubra, quibus aristæ quasi capillaceæ exeunt.

LOCVS.

Matt. Nascitur in agris inter segetes.

QVALITATES.

Gale. 6. sim. me. Digerendi vim possidet id quod ex gustu patet. leuiter enim est acris.

VIRES.

DIOSC. Herba cum farina illita ægilopis medetur, duritias discutit. succus farinæ admistus siccatur, & eorundem gratia reponitur.

ÆGILOPS altera, Italis, *Vena Vana.*] Ananiensibus, *Squala*.

ÆGILOPS ALTERA.

POLYGALA, Græcis, Πολύγαλον.] Italis, *Poligala*.

POLYGALA.

FORMA.

DIOSC. Palmi altitudinē petit, foliis Lenticulæ, gustu adstricto.

LOCVS.

Matt. Prouenit in collibus apricis, & incultis locis.

VIRES.

DIOSC. Pota lactis abūdantiam facit.

OSYRIS, Græcis, ὄσυρις.] Italis, pariter, & Hiſpanis, *Linaria.*] Germanis, *Harnkraut.*] Gallis, *Linaire*.

OSYRIS.



FORMA.

Frutex eſt niger, ramulos ferens tenues, lentos, fractuque contumaces, & in his folia quaterna, quina, ſenave, ceu lini, nigra in initio, deinde colore mutato rubeſcentia. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur ferè vbique in campis, & agrorum aggeribus. *Matt.*

QVALITATES.

Amara illi ineſt qualitas, & obſtructiones expediendi facultas, quare & in iocinore, conſiſtentes obſtructiones adiuuat. *Gal. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Decoctum eius potum iuuat arquatos. DIOSC.

APPENDIX.

Tametſi hoc loco Linariæ herbæ vulgo vocatæ imaginem appinximus vulgum ſecuti, non ob id tamen ipſam legitimam Oſyridē facimus.

SMILAX aſpera, Græcis, Σμίλαξ τραχεῖα.] Italis, *Rouo ceruino, ſiue Hedera ſpinoſa.*] Germanis, *Scharpffe vuinden.*] Gallis, *Tan, ſiue Smilax aſpre.*

SMILAX ASPERA.

FORMA.

Dioſc. Folia habet Periclymeni, *Matt.* aut hederæ, aculeato dorſo, ſarmẽta tenuia, multa, rubi, aut paliuri modo aculeata. Arbores ſcandit ab imo ad ſummum perreptans, ſeſe conuoluẽs eis. Fructũ habet racemoſum, qui maturus rubeſcit, güſtuque leuiter mordet. ¶ Clauiculis plena eſt, quibus arboribus ſe circunuoluit.

LOCVS.

Gal. Matt. Naſcitur in paluſtribꝰ, & aſperis. ¶ Ac etiam in Syluis.

QVALITATES.

Gale. 7. ſimp. me. Folia guſtata aliquid habent acrimoniæ, & alioqui ſi illis vtaris calefaciunt.

VIRES.

Dioſc. Folia, & acini, ante, & poſt epoti venenorum antidota ſunt. Tradunt ſi infantibus nuper in lucem editis, quid ex his tritum propinetur, nulla poſtmodum venena nocitura. Admiſcentur quoque & Alexipharmacis.

ZARZA, ſeu ſalſa parilla, Italis, *Salſa pariglia.*] Hiſpanis, *Zarza parilla.*

ZARZA PARILLA.

FORMA.

Facie tota aſperã ſmilacẽ æmulatur, niſi qđ ſarmẽta aculeata nõ ſunt, & folia paulò minora, ſed dorſo minime aculeato. *Matt.*

LOCVS.

Affert ex India occidẽtali. *Idem*

QVALITATES.

Excalfacit, ſiccat, attenuat, aperit, reſoluit, ſudorem prouocat. *Idem*

VIRES.

Radicũ decoctũ potum quadraginta diebus tã mane quã veſperi ſex, aut ſeptẽ vnciarũ põdere morbũ gallicũ mirifi cè curat, & pſertim vbi papulæ, vlcera, ac tumores pduri affuerint, ſed à potu ſudorẽ prouocare cõuenit, nã vbi morbus in ambitu corporis eſt, mirificè operatur, adeò vt Guaiaco ſit prę ſtantior. Quare ſanat quaſcunque cutis infectiones, nempe vitiligines, ſerpigines, alphos, atque lichenas. Videtur quoque proprias habere facultates ad frigidos omnes cerebri morbos. Quinetiã pręſtat ad ſalſas, acresque capitis fluxiones, ad cãcros non vlceratos, ad omnes præduros tumores, qui ęgrè diſcutiuntur. Strumas quoq; mirificè curat, ſi contritę radicis puluis ſemidrachmæ pondere cum tantundẽ radicis pulueris, quotidie quadraginta diebus propinetur ex albo, & dulci meraco. Curat eodẽ modo ſumpta etiam Lienis induratos tumores. *Idem*

SMILAX læuis, Græcis, Σμίλαξ λεῖα.] Italis, *Vilucchio maggiore.*] Germanis, *Vuinden, aut Zauugloeklim.*] Hiſpan. *Correguela maior.*] Gallis, *Liſet, ſeu Campanette.*

SMILAX LÆVIS.

FORMA.

DIOSC. Folia Hederæ ſimilitudinẽ habent, molliora, lęuiora, tenuiora, ſarmenta habet aſperæ ſmilacis ſimilia, ſed nullis ſpinis horrentia, conuoluitur arboribus, vt prior. fructum parit lupini modo nigrum, exiguũ, floribus in cacumine perpetuis, multis, rotundis, folia per autumnũ decidua ſunt.

LOCVS.

Idem. Naſcitur prope arbores quibus conuoluitur.

QVALITATES.

Gale. 7. ſim. med. Facultate quodãmodo præ dictæ ſimilis eſt.

VIRES.

DIOSC. Semine cum dorycnio poto ternis ſingulorũ obolis, varia, & tumultuoſa in ſomnis obuerſari traduntur.

CENSVRA.

Non auſim ego affirmare an hæc planta legitimam ſmilacem læuem referat.

LVPVLVS, Italis, *Lupolo, Bruſcandolo, ſeu Foranceſo.*] Germanis, *Hopffen.*] Gallis, *Houblon.*

LVPVLVS.

GENERA.

Duum eſt generum. Satiuum, & ſponte proueniens, at facie inter ſe non differunt, præterquam magnitudine, & exilitate. *Matt.*

FORMA.

Planta eſt arbores ſcandens, & contexendis pergulis aptiſſima, foliis vitigineis, brioniæ modo diuiſis, aſperis cucumeris modo. Sarmẽta habet prælonga, aſpera, hirſuta, & quadãtenus aculeata. Flores edit ſubpallidos, racemoſoſq; & folliculos numeroſos, exiles, compactili quadam ſerie dependentes, in quibus atrum, & amarum concluditur ſemen. *Idem*

LOCVS.

Satiuum Germanis colitur in campis, ſylueſtre in ſepibus, & frutetis ſpontè naſcitur. *Idem*

QVALITATES.

Lupuli flores, folliculi, ac radices excalfaciunt, ſiccant, extenuant, aperiunt, abſtergunt, expurgant, ſanguinem mundant. Atqui turiones cũ plus humiditatis habeant parum quidem tum excalfaciunt, tum ſiccant. *Idem*

VIRES.

Turiones aluũ emolliunt in cibum ſumpti, vbi prius probè fuerint elixi. Florum, & folliculorum decoctum datur potandum cõmodè contra hauſta venena, ſcabiem, Gallicam luem, ac cæteros quoſque affectus, qui extimã cutim inficiunt. Datur idem contra diutinas febres ab infarctu prouenientes. Semen tritum, & potui datum ſemidrachmæ pondere interaneorum animalia necat. menſes prouocat, & vrinam pellit. ¶ Lupulus flauam bilem detrahit. *Matt.* *Meſue*

RVSCVS, Græcis, Μυρσῖνι ἀγρία, & ὀξυμύρσινη.] Italis, *Bruſco, & Pongitopi.*] Germanis, *Bruoſch.*] Hiſpanis, *Ius barba, & Gil barbera.*] Gallis, *Brus.*

RVSCVS.

FORMA.

DIOSC. Folium fert myrti, latius, in formā lanceæ mucronatum. Baccæ per maturitatē rubeſcunt, rotundę à medio folio dependētes, offeo intus nucleo. cubitales rami ab radice exeunt, vitiliū modo lēti, fractu contumaces, folioſi; radice graminis ſimili, acerba, & ſubamara.

LOCVS.

Idem. In aſperis, & præcipitibus locis naſcitur.

QVALITATES.

Matt. Excalfacit radix, ſiccat, aperit, abſtergit, extenuat.

VIRES.

DIOSC. Folia, & baccæ in vino potę vrinam cient, menſes pellunt, veſicæ calculos frangunt, ſtillicidio vrinę medentur, dolores capitis ſanant, & regiū morbum. Decoctum radicis in vino potum eoſdem præbet effectus. Cauliculi recentes aſparagorum vice in cibo ſumuntur; amari autem ſunt, ſed vrinam mouent.

LAVRVS Alexandrina, Græcis, Δάφνι Αλεξανδρεῖα.] Arabibus, *Gar Alexandriæ.*] Italis, *Lauro Aleſſandrino.*] Gallis, *Laurier Alexandrin.*

LAVRVS ALEXANDRINA.

FORMA.

Folio eſt Hippogloſſi, pau lò maiore, molliore, & candidiore, ſemine inter folia rubro, ciceris magnitudine, ramos ſpargit in terra dodrantales, interdum lõgiores. Radice Ruſco ſimili, maiore, molliore, odorata. DIOSC.

LOCVS.

Inuenitur in montoſis. *Idem.*

QVALITATES.

Temperaturę euidẽter eſt calidę, ſimul & guſtantibus acris, & ſubamara. *Gale. 6. ſimp. me.*

VIRES.

Difficiles partus accelerat, radicepota in vino dulci ſex drachmarum pondere, & ſtillicidio vrinæ auxiliatur, ſed ſanguinem extrahit. DIOSC.

LAVRVS ALEXANDRINA ALTERA.

DAPHNOIDES, Græcis, Δαφνοειδες.] Arabibus, *Daphnides.*] Italis, *Laureola.*] Gallis, *Laureole.*

DAPHNOIDES.

FORMA.

Cubiti altitudine fruticat, ramis flexilibus, obsequiosis; multis à medio sursum versus foliosis, cortex supra modum viscosus ramos vestit, folia lauri, graciliora, & molliora, fructu contumacia, quorũ gustatu os, & fauces incẽduntur. Flores candidi. Bacca cum maturuerit nigra. Radix inutilis. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in montosis. *Idem.*

QVALITATES.

Est viribus & ipsa persimilis Lauro Alexandrinæ. *Gale. 6. sim. med.*

VIRES.

Pituitam extrahit folium recẽs, vel aridum in potu. vomitum, & menses ciet. caput inanit cõmãducatum, sternutamenta mouet. Baccæ quindecim potæ aluum resoluunt. ¶ Folia recentia contusa illinuntur vtiliter ischiadicis, quousque ruborem, aut vesicas excitent. DIOSC. *Matt.*

NOMINA.

CHAMÆDAPHNE, Græcis, Καμαι δαφνι.] Italis, *Laureola minore*.

CHAMÆDAPHNE.

FORMA.

DIOSC. Virgas emittit cubitales, ſingulari ramulo conſtantes, rectas, tenues, læues, folia lauri ſimilitudine, læuiora multò, ac viridiora, ſemen rotundum, rubens, annexum foliis.

LOCVS.

Matt. Prouenit in montibus, & in ſyluis.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Viribus & ipſa eſt Daphnoidis perſimilibus.

VIRES.

DIOSC. Trita folia illinuntur capitis doloribus, & ſtomachi ardores mulcent. Bibuntur cum vino ad ſedanda tormina, potus cum vino ſuccus menſes, & vrinas ciet. Idem facit peſſo appoſitus.

ELLEBORVM, siue Veratrum album. Græcis, Ελλέβορος λευκός.] Arabibus, *Cherbachem, seu Charbechabaid.*] Italis, *Elleboro bianco.*] Germanis, *Veis nisez wurtz.*] Hispanis, *Verde gambie blanco, seu Yerua de balestę.*] Gallis, *Veraire, seu Ellebore blanc.*

ELLEBORVM ALBVM.



FORMA.

Folia fert plantaginis aut betæ syluestris similia, sed breuiora, nigriora, rubescentia, caulem cauum quadrantalem, tunicis cõuolutum, quas abdicat cũ arescere incipit. Radicibus nititur multis, tenuibus ab oblongo, & exiguo capite cepaceo exeuntibus. ¶ Floribus in toto fere caule spicatis fuluo colore. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit copiosum in montibus, & asperis. DIOSC.

QVALITATES.

Elleborus vterque tum albus, tum niger extergentis simul & excalfaciẽtis est facultatis, quamobrẽ ad alphos, impetigines, scabies, leprasq; accommodi sunt, porrò niger gustu calidior est, albus vero amarior. *Gale. 6. sim. med.*

VIRES.

Radix vomitione varios extrahit humores. Menses impositũ pellit. Sternutamenta excitat. Mures interficit. Vomitiones concitant subditi ex oleo balani cũ aceto. ¶ Mortiferum est medicamentũ, quòd sæpe homines strangulet. ¶ Cæterum prisci medici album elleborum propinabãt comitialibus, melãcholicis, vertiginosis, insanientibus, lymphaticis, conuulsis, podagricis, resolutis, hydropicis Elephantiacisque, sed iam eius exoleuit vsus, vt in puluere propinetur. Eius autem diluto quamplurimi sine incõmodo vtuntur. Radix in lixiuio decocta pediculos, & lendes necat. Decoquitur in lacte ad muscas perimendas. Mures quoque necat, & gallinas. Paratur à radicum succo in Hispania venenum quo venatores sagittas illinunt, quibus qui feriuntur breui tempore percunt, nisi cydonia poma vorauerint aut eorundem biberint succum. DIOSC. *Mesue* *Matt.*

ELLEBORVM nigrũ, Græcis, Ἐλλέβορος μελας.] Arabibus, *Cherbachem, ſeu Carbech aſued.*] Italis, *Elleboro nero.*] Germanis, *Chriſt vurzt.*] Hiſpanis, *Verde gambre nero, ſeu Elleboro.*] Gallis, *Viraire, & Elleboro noire.*

FORMA.

ELLEBORVM NIGRVM.

DIOSC. Folia ei viridia, platani ſimilia, minora tamen, ſubaſpera, nigriora, pluribus diuiſuris inciſa, caulis aſper, flores in purpura albicãtes, racematim cohęrẽtes, ſemẽ cnici. Radicibus coheret nigris, tenuibus à capitulo cepaceo cõfibratis. LOCVS.

Idem. In collibus aſperis, & ſiccis locis naſcitur.

QVALITATES.

Gal. 6. ſimp. me. Extergentis ſimul & excalfacientis eſt facultatis, eſt. n. ex tertio ordine excalfacientium, & deſiccantium, guſtuq; albo calidior habetur.

VIRES.

DIOSC. Ventrem purgat, bilem detrahit, pituitãque. prodeſt morbis comitialibus, melancholicis, inſanientibus, articulariis doloribus, & reſolutis. Menſes inditũ trahit, partus necat, fiſtulas purgat impoſitũ, & tertia die detractũ. Demittitur in aurem contra grauitatem auditus, & vſq; in alterum, aut tertium diem ſinitur. Scabiẽ illitũ ſanat, vitiligines, lepras, impetigines, ex aceto medetur. Dentium dolores collutione mitigat. Imponitur vtiliter hydropicorum ventribus farina hordeacea & vino exceptum.

ELLEBORVM alterum, Nobis Elleborum fœmina, seu pseudoElleborum.

ELLEBORVM NIGRVM ALTERVM.

FORMA.

Folia gerit digitis nouem ad pediculum vsque dissecta, aconiti Cynoctoni ferè modo, sed longioribus diuisuris, nigricantia, digitis circumquaq; serratis. Caulem edit vegetum, subasperumque. Flores alterius similes, sed herbaceo colore, aut quadãtenus subpallescẽtes, quinque, aut pluribus emergentibus è medio corniculis acuminatis, vtrinq; compressis, in quibus semen continetur. Radicibus coheret numerosis, tenuibus, palmari longitudine, ac per omnia alterius similibus, odore graui, nauseam commouente, sapore amaro. *Matt.*

CENSVRA.

Sunt qui putent hanc plantã Plinij esse Cõsiliginẽ, cuius sententiæ est clarissimus, ac doctissimus Fracastorius, qui etiam eiusdem Plinij Enneaphyllon eandem facit. Verùm nos nec hãc, nec illam esse putamus, quòd nullus sit autor qui ne vna tantũ nota consiliginis faciẽ, & historiam describat, quòdque Plinius nusquam meminerit Enneaphyllon consiliginem latinis vocari, eamque vrentis facit facultatis, & lumborum, coxendicũque doloribus vtilem. consiliginem vero ad Pulmonis tantum morbos valere scribit.

NOMINA.

PSEVDOELLEBORVM, Græcis, Ψευδοέλλεβορος.] Italis, *Elleboro falso.*

PSEVDOELLEBORVM.

FORMA.

Matt. Assurgit hæc plãta ad duũ palmorũ altitudinem. Cauliculos emittit tenues, ac molles, folia lõ giuscula tenuia, Abrotani quadãtenus æmula. Flores Buphthalmi, paulo tamen maiores, è quibus capitula prodeunt oblonga, ruborũ moris similia. Radicibus cohæret nigris, nigrum veratrum ęmulãtibus, tenuioribus tamen, & nigrioribus.

LOCVS.

Idem. Plurimũ prouenit in Boemia in Pragensi præsertim agro.

QVALITATES, ET VIRES.

Huiusce plantæ radicibus tum Medici, tum pharmacopei, qui Boemiam incolunt, vtuntur passim pro legitimo nigro veratro, ac priuatim ad suorum pecorum morbos.

OPHRIS, Italis, *Elleboro bianco falso.*] Germanis, *Zweiblatt.*

OPHRIS.



NORMA.

Duo tantum hęc folia profert, albi veratri quadãtenus ſimilia, inter quæ caulis erumpit tenuis, calyculis oblongis paruisque refertus, baluſtiorum effigie, è quibus floſculi exeunt candidi paruarum linguarũ faciem referentes. Radice nititur gracili, compluribus tamen adnatis, alba, & odore pręſtanti. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in montibus, & in conuallibus. *Idem.*

QVALITATES.

Manſa radix glutinoſum lẽtorem reddit, ſubdulci ſapore, Quare calida fuerit, & humida. *Idem.*

VIRES.

Pręfertur vniuerſa planta ad denigrandos capillos, fracturas ſanandas, & vulnera glutinanda.

SESAMOIDES paruum, Σησάμοειδες μικρὸν, Græcis dicitur.

SESAMOIDES PARVVM.

FORMA.

DIOSC. Cauliculos edit dodrantales, folia coronopi minora, hirſutiora, & in cauliculorum cacumine capitula florum penè purpureorũ, medio eorum albo, ſemẽ ſeſamæ, fuluum, amarum. Radix tenuis.

LOCVS.

Idem Naſcitur in aſperis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem Semen bilem, pituitamque detrahit ex aqua mulſa potũ dimidio acetabulo, illitum ex aqua tumores, ac tubercula diſcutit.

CVCVMIS ſylueſtris, Græcis, Σίκυος ἄγριος.] Officinis, *Cucumer aſininus.*] Arabibus, *Chefe allimar, Kate allhenei, ſeu Cheta alhamar.*] Italis, *Cocomero ſaluatico.*] Germanis, *Vuilder Cucumer, ſeu Eſels Cucumer.*] Hiſpanis, *Cogombrillos amargos.*] Gallis, *Cogombre ſauuage.*

CVCVMIS SYLVESTRIS.

FORMA.

Matt.

Folia illi ſunt ſatiuo cucumeri ſimilia, ſed rudiora, hirſutiora, aſperioraque, auerſa parte ſubalbicantia. Flores ex alarum cauitatibus, quæ in ſarmentis habẽtur prodeunt aurei, ſtellarum figura, retro extuberante fructu, ſatiui cucumeris modo, qui tandem auctus, & oblõgus factus, glandis magnitudinem ſuperat, aut dactylos æquat. Is hiſpidus adeo eſt, vt quaſi aculeatus ſentiatur, qui maturus factus candicat, & ſponte, aut leuiter impulſus non ſine impetu, à pediculo diſiungitur, & tormenti inſtar, nigrum, maturumq; ſemen vnà cũ ſucco in legentium manus eiaculatur. Radicem habet dodrantalem, ac etiam longiorẽ, brachiali craſſitudine, candidam, ſuccoſam, & inſigniter amaram, quemadmodũ planta eſt tota, & fructus.

LOCVS.

Naſcitur in ſabuletis, & ruderibus. DIOSC.
¶ Incultis & vliginoſis locis. *Matt.*

QVALITATES.

Vniuerſa plãta in vſu eſt. Succus ſum mè quidem amarus eſt, leuiterq; calidus, vt ex ſecundo ſit ordine ex calfacientium. Digerendi etiam vim poſſidet & ſubtilium eſt partium. Radix ſimilem ſucco facultatem obtinet. abſtergit nanque, digerit, & emollit. Porrò cortex ea potentius deſiccat. *Gale. 8. ſim. me.*

VIRES.

Inſtillatus foliorum ſuccus auriũ dolori conuenit. Illita ex polenta radix veterem omnem tumorẽ diſcutit. Impoſita cum Reſina terebinthina, tubercula rumpit, Iſchiadicis infunditur. Aridæ farina impetigines, lepras & vitiligines abſtergit nigris cicatricibus colorẽ reddit, & maculas in facie delet. Radicis ſuccus ſeſquioboli pondere, & item cortex acetabuli quarta parte bilem, pituitamq; deiiciunt, præſertim in hydropicis. Deiectiones autem citra ſtomachi iniuriam mouet. Elaterium verò è fructuum ſucco paratum menſes ciet, partus enecat in peſſo ſubditum, naribus cum lacte infuſum morbo regio medetur, & diuturno capitis dolore liberat. Efficaciſſimè anginiſ illinitur, cum vetere oleo, melle, aut felle taurino. DIOSC.

STAPHIS agria, seu herba pedicularis, Græcis, Σταφὶς ἀγρία.] Arabibus, *Alberas, Muibazagi, siue Muibezegi.*] Italis, & Officinis, *Stafusaria.*] Germanis, *Biszmiintz.*] Hispanis, *Fabaraz, & Paparraz.*] Gallis, *Herbe aux poux.*

STAPHIS AGRIA.

FORMA.

DIOSC. Folia habet Labrusca diuisa, & cauliculos rectos, molles, nigrosq;. Florem fert Glasti, & folliculos virides, similes ciceri, & in his nucleum triangulum, scabrũ ex nigro subfuluescentem, intus album, gustu acrem.

LOCVS.

Plin. Matt. Nascitur in opacis. ¶Copiosissima autẽ prouenit in Dalmatia, Istria, Apulia, & Calabria.

QVALITATES.

Gale. 7. simp. me. Vehementer acrẽ obtinet facultatẽ, sed & vrendi vim aliquam habet.

VIRES.

DIOSC. Pota quindecim seminis grana trita ex mellicrato crassum humorem per vomitũ purgant, atqui sumentes ambulare debent, & aquam mulsam continuo potare, quoniã pericula strangulationis inferunt, & fauces adurunt. Trita, & ex oleo illita phthiriasi prodest: item prurigini, & psoris. cit cõmanducata plurimã pituitã. coquitur in aceto, eoque in dolore dentiũ os vtiliter colluitur. reumatismum gingiuarum sistit. vlcera oris manantia cum melle sanat.

THAPSIA, Græcis, Θαψία.] Italis, *Thassia.*] Mauritanis, *Hiantum, siue Drix.*] Gallis, *Turbit blanc.*

THAPSIA.



FORMA.

Tota natura ferulę similis est, graciliore caule, foliis fœniculi vmbella anethi in cacumine à singulis surculis erumpente, flore luteo, semẽ quale ferulę latiusculũ, sed aliquanto minus. Radix foris nigra, intus candida, magna, acris, crassiore libro vestita. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur plurima in Apulia Gargano monte. *Matt.*

QVALITATES.

Acrẽ habet, & vehemẽter excalfacientẽ facultatẽ cũ humiditate. Quamobrẽ ex alto vehementer extrahit, & qđ extraxit digerit, vis eius post annũ multũ resoluitur. *Gale. 6. sim. med.*

VIRES.

Tã cortex radicis, quàm succus purgandi vim habet, & lacteus succus in aqua mulsa potus, nã vtrinque bilẽ extrahunt. Radicis quaterni oboli cũ tribus seminis anethi drachmis, succi terni oboli, lactis obolus vnus propinantur. Quod eo amplius assumitur periculosum est. Conuenit hęc purgatio suspiriosis, & diuturnis laterũ doloribus, reiectionibusq;. succus illitione, aut radix recens affrictu alopecias explent. Radix, & succus cũ thuris, & ceræ æquis portionibus sugillata, liuoresque tollunt. Vitia cutis in facie emendant. Cũ melle illitus succus lepras tollit, & tubercula discutit, cum sulphure peructus. DIOS.

NOMINA.

SPARTIVM, Græcis, Σπάρτιον.] Italis *Sparto.*] Germanis, *Pfrimmen.*] Hiſpanis, *Spartio.*] Gallis, *Geneſt de eſpaigne.*

SPARTIVM.

FORMA.

DIOSC. Frutex eſt lõgas ferens virgas, ſine foliis, firmas, fractu contumaces, quibus vites vinciuntur. Semen Lenticulæ in foliculis phaſiolorum modo naſcens. Florem, vt albæ violæ luteum.

LOCVS.

Matt. Plurimum prouenit in Hiſpania, aridis, & ſiccis locis.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. Semẽ, & virgarum ſuccus non inſtrenuè trahentis eſt facultatis.

VIRES.

DIOSC. Purgant per ſuperna vehementer ellebori vice citra periculum flores, & ſemina quinis obolis in aqua mulſa pota. Semen deiectionem mouet. Ramis in aqua maceratis, mox tuſis extractus ſuccus, iſchiadicis auxiliatur, ſi cyathi mediũ ieiuni bibant. Quidã marina aqua macerant, & infundunt Iſchiadicis clyſtere: ſtrigmenta autem elicit cruenta.

GENISTA, Italis, *Ginestra.*] Hiſpanis, *Geneſtra, Gieſta, ſiue Gieſtrira.*] Germanis, *Ginſt.*] Gallis, *Geneſte.*

GENISTA.

FORMA.

Arbor eſt montana, è cuius caudice complurimæ oriuntur virgę, rectæ, flexiles, fractu contumaces, acuminatæ, quibus vites & faſciculi ligantur. Flores edit flauos lunari figura, è quibus ſiliquæ prodeunt oblongæ viciæ modo, in quibus ſemen illi quoque ſimile. *Meſue.*

LOCVS.

Oritur in montibus, & collibus. *Matt.*

QVALITATES.

Planta tota perturbat, prouocat, incidit, attenuat, cordiq́ue & ventriculo nocet. *Meſue.*

VIRES.

Epotum ſemen pituitā vtrinque valentiſſimè purgat, & ab articulis quoque humores trahit. Renū excrementa pellit, vrinam ciet efficaciſſimè, & calculos diſrūpit tam in renibus, quàm in veſica, prohibetq́ue ne in poſterum renaſcantur calculi. Flores contriti ſtrumas auferunt, ſi cum melle roſaceo aut ſorbili ouo ſumantur. Fit ex iis oximel, cuius vſu indurati lienes reſoluuntur. Proſunt iſchiadicis, podagricis, calculoſisq́ue, ſi poſtquam ſumpſerint euomant. *Idem Matt.*

NARCISSVS, Græcis, Νάρκισσος.] Arabibus, *Narces, ſeu Nargies.*] Italis, *Narciſo.*] German. *Veth blumen, Hornungs blumen, ſeu zeitloſſen.*] Gallis, *Narciſſe, Campanette, ſeu Iaunette.*

NARCISSVS.

GENERA.

Matt. Complura Narciſi viſuntur genera, vt ex appictis hic iconibus ſeriatim palam fiet.

FORMA PRIMI.

DIOSC. Folia profert porro ſimilia, ſed multo minora, & anguſtiora, caulis vacuus, & ſine foliis ſupra dodrantem attollitur, flos albus, intus croceus, in quibuſdam purpureus, radix intus alba, rotunda, bulboſa, ſemen velut in tunica nigra longum. Flores ſuaui ſunt odore.

LOCVS.

DIOSC. *Matt.* Naſcitur in montibus, & ſeritur in hortis.

QVALITATES.

Gale. 8. ſimp. me. Radix vſque adeo exſiccãdi facultate pollet, vt & maximã vulnera conglutinet, vel ad inciſiones vſque quæ circa tendones accidunt. Habet verò quiddam abſterſorium, & attractorium.

VIRES.

DIOSC. Radix cocta, ſiue eſtur, ſiue bibitur vomitoria eſt, ambuſtis igni prodeſt cum exiguo melle trita, præciſos neruos illitu glutinat, vitia cutis in facie, vitiligineſque cum ſemine vrticæ, & aceto emaculat, cum eruo, & melle vlcerum ſordes expurgat, abſceſſus concoctioni repugnãtes rumpit, infixa corpori extrahit, illita cum lolij farina, & melle.

NARCISSVS II.



NARCISSVS III.

NARCISSVS IIII.

NARCISSVS V.

NARCISSVS VI.

NARCISSVS VII.

NARCISSVS VIII.

NARCISSVS IX.

RICINVS, Græcis, Κικὶ ἢ κρότων.] Italis, *Mirasole, & Girasole.*] Arabibus, *Cherua.*] Germanis, *Vnderbaum, seu Creutzbaum.*] Hispanis, *Figueira dell'inferno.*] Gallis, *Palma Christi.*

RICINVS.

FORMA.

Prouenit paruæ ficus altitudine, folio Platani, maiore, læuiore, & nigriore, ramis, caudicibusq; cauis in arundinis morẽ, semine in vuis asperis, quod corticibus exutũ, ricinum animal representat. DIOSC.

LOCVS.

Seritur in hortis, & in viridariis. In Ægypto sponte nascitur. *Matt.*

QVALITATES.

Semen quemadmodum expurgat, detergit, & digerit, sic quoque folium, sed vndequaque debilius. Oleũ quod ex semine cõficitur, tũ calidius, tum tenuiorum partium est, quàm oleum commune, ac proindè etiam discutit. *Gale. 7. sim. med.*

VIRES.

Grana triginta numero purgata, trita, potaque pituitas, bilem, aquamque per aluum extrahunt, vomitionesq; mouent, sed iniucunda admodũ est, & molesta purgatio, stomachum vehementer subuertẽs. Tusa, & imposita vitia cutis in facie, varosque expurgat. Folia cũ hordeacea farina trita inflãmationes oculorũ, tumoresq; leniũt. Turgẽtes mãmas cohibent. Eadem ex aceto illita ignes sacros restinguũt. DIOSC.

¶ Cõfert semen coli, & articulorũ doloribus si ex veteris gallis iure hauriatur. Oleũ quod ex semine elicitur infunditur commodè ad colicos cruciatus, inunctũ autẽ tũ scabiẽ, tũ capitis vlcera sanat. Medetur sedis inflãmationibus, & cõuersis, ac præclusis fœminarum locis. Inungitur vtiliter indecoris cicatricibus, & aurium doloribus. *Mesue*

APPENDIX.

Suspicor in Dioscoridis exemplari subesse mendam. Grana.n. triginta seminis non sine periculo vitæ dari possunt. Quo fit vt cum Oribasio legam tria grana, non triginta.

TITHYMALVS, Græcis, Τιθυμάλος.] Arabibus, *Xauſer, ſeu Ethula.*] Italis, *Titimalo, & Tortumaglio.*] Germanis, *Vuolffs milch.*] Hiſpanis, *Lecce treſna, ſeu Lecce tregua.*] Gallis, *Tithymale de montaigne.*

TITHYMALI.

GENERA.

DIOSC. Septem tithymalorum habentur genera, nempe Characias, Myrtites, ſeu Myrſinites, Paralius, Helioſcopius, Cypariſſias, Donidroides, & Platiphyllos.

FORMA CHARACIÆ.

Idem. Caules ſupra cubiti altitudinem attolluntur, rubri, lacteo ſucco, atque acri madentes, foliis oleę circum ramos, anguſtioribus, & longioribus, radice craſſa, lignoſa. Pendet in caulium cacuminibus coma iunci, ſub qua caueolæ foliolis balnearũ ſimiles, in quibus ſemen continetur.

LOCVS.

DIOSC. Naſcitur in aſperis, & montibus.

QVALITATES.

Gal. 8. ſimp. me. Vincentẽ habent omnes acrem, calidamq; facultatem, ineſt verò & amaritas. Validiſſimus itaq; eſt eorũ liquor. Secundum locũ tenẽt, ſemen, & folia. Radix verò dictarum facultatum particeps eſt, ſed non ex æquo adurunt, & exulcerant quamuis corporis partem.

VIRES.

DIOSC. Succus aluum purgat, trahit pituitam, bilemque binis obolis in poſca ſumptus, & cũ aqua mulſa vomitiones mouet. Recens lac perunctum in ſole capillos ex oleo euellit, renaſcentesq; flauos & exiles efficit, deniq; omnes perimit. Dentium cauernis incluſum leuat dolores. Tollit illitu impetigines, formicantes verucas, & thymos. Valet aduerſus pterygia, carbunculos, vlcera, phagedænas, gangrenas, fiſtulasq;: Semen, & folia lactei ſucci effectum præbent dimidio acetabulo pota. Radix drachmæ pondere in hydromelite pota per inferna trahit, Acetum in quo decocta fuerit, collutione dentium dolores mulcet. *Meſue.* Omnia genera cordi, Iocinori, & ventriculo maximè nocent, vaſa diſrumpunt, inteſtina abradunt, vniuerſum excalfaciunt corpus, adeò vt inde febres facilè concitentur.

TITHYMALVS Myrſinites, Græcis, Τιθυμάλος μυρτίτης, ἢ Μυρσινίτης.]
Italis, *Titimalo Mirſinite*.

TITHYMALVS MYRSINITES.

FORMA.

Foliis creſcit myrti proximis, ſed maioribus, firmis, ī cacumine acutis, & pungentibus. Ramulos ab radice mittit dodrantales. Fructum fert alternis annis, nuci ſimilē, mordaci guſtu. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in aſperis. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Succus, radix, ſemen, folia conſimilem antedicto ſortiuntur facultatem, ſed ad citandas vomitiones validior, atq; efficacior eſt. *Idem*

TITHYMALVS Paralios, Græcis, Τιθυμάλος παράλιος.] Italis, *Titimalo marino*.

TITHYMALVS PARALIOS.

FORMA.

DIOSC. Ramis naſcitur ſubruben tibus, dodrantalibus, rectis, quinis, ſenisvè à radice exeuntibus, foliis lini, anguſtis, paruis, oblongis, in verſus quoſdam digeſtis, capite in cacumine orbiculato, denſo, in quo ſemen, vt eruum vario colore emicat. Flos albus. Frutex totus cum radice lacteo ſucco turget.

LOCVS.

Idem. Prouenit in maritimis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Similes ad vſus reconditur.

TITHYMALVS Helioſcopius, Græcis, Τιθυμάλος ἡλιοσκόπιος.] Italis, *Titimalo Helioſcopio*.

TITHYMALVS HELIOSCOPIVS.

FORMA.

Foliis prouenit Portulacæ tenuioribus, rotundioribusque, ramulis prodeuntibus à radice quaternis, aut quinis, rubẽtibus, dodrantalibus, tenuibusq;, lactis copioſi plenis, capite anethi, ſemine in capitibus incluſo. DIOSC.

LOCVS.

Circa oppida naſcitur, potiſſimum in ruderibus. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Eædem illi quæ ſuperioribus ſunt vires, non tamen vſque adeo validæ. *Idem.*

TITHYMALVS cypariſſias, Græcis, Τιθυμάλος κυπαρίσσιας.] Italis, *Eſula minore*.

TITHYMALVS CYPARISSIAS.



FORMA.

Dioſc. In caulem exit dodrantalẽ, vel maiorem, ſubrubrũ, ex quo folia pini ſimilitudine exoriuntur, molliora tamen, & tenuiora, in totum naſcentem pinum æmulatur, candido ſucco madet.

LOCVS.

Matt. Naſcitur ferè vbique circa oppida, & ſecus vias.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Eadem illi vis quę ſuperioribus.

ANNOTATIO.

Mihi profectò mirum videtur, quòd Dioſcorides hoc tithymali genus κυπαρίσσιον appellauerit, cũ pinum non cypariſſum referat.

TITHYMALVS Dendroides, Græcis, Τιθυμάλος Δενδροειδὴς.] Italis; *Titimalo arboreo.*

TITHYMALVS DENDROIDES.

FORMA.

Ampliter opacat, in cacumine frõdoſam ſpargens comam, ſucco lacteo prægnãtem, cauliculis rubentibus, foliis myrti tenuioribus, fructu Characiæ. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in petris.

QVALITATES, ET VIRES.

Eiuſdem eſt effectus, cuius ſuperiores. *Idem*

NOMINA.

TITHYMALVS, Leptophyllos, Græcis, Τιθυμάλος λεπτοφύλλος.

TITHYMALVS LEPTOPHYLLOS.

FORMA.

Matt. Pater eius facies ex hîc appicta figura.

LOCVS.

Idem. Nascitur incultis locis, & asperis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Facultatibus iisdem pollet, quibus & reliqua genera.

PITYVSA, Græcis, Πιτύουσα.] Arabibus, *Scebram, & Pthias.*] Officinis, *Eſula maior.*] Italis, *Eſola maggiore.*] Gallis, *Turbit noir.*

PITYVSA.

FORMA.

Caulis ſupra cubiti altitudinem aſſurgit, geniculatus, foliis pini, acutis, exilibus, flore paruo, vel lut purpureo, ſemine inſtar lenticulæ lato. Radice craſſa, candida, ſucco referta. Quibuſdã in locis prægrandis reperitur. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in montibus, ac etiam in campeſtribus. *Matt.*

QVALITATES.

Purgat ſimiliter, vt Tithymali, cęteriſque viribus illis eſt adſimilis. *Gal. 8. ſim. me.*

VIRES.

Detrahit per aluum radix drachmis duabus data in aqua mulſa. Item feminis drachma: ſucci cũ farina ſubacti cochleariũ in catapotio datur; modus foliorum drachmę tres. ¶Multa verò ſumentibus affert incommoda. DIOSC. *Meſue.*

LATHYRIS, Græcis, Λαθύρις.] Arabibus, *Mendana, seu Mahendane.*] Italis, *Cataputia minore.*] Officinis, *Cherua minore.*] Germanis, *Spring kraut, koerner, seu Tereib koerner.*] Hisp. *Tartago.*] Gal. *Espurge.*

LATHYRIS.

FORMA.

DIOSC. Caulem emittit, cubitali altitudine, digitali crassitudine inanem. Gignũtur in cacumine alę, & folia ĩ caule oblõga amygdalinis proxima, latiora, & læuiora, quę autem in summis ramulis exierunt minora conspiciuntur, aristolochiæ, aut oblongæ hederę figura. In cacumine fructũ in summis surculis gerit, triplici loculamento insignem, rotundũ, ceu capparin, in quo grana intercurrentibus mẽbranis inter se distincta continẽtur, eruis maiora, rotunda, quę dum corticibus exuuntur cãdida sunt & gustu dulcia. Radix illi tenuis, & nullius vsus. Totus frutex lacteo succo turget, vti Tithymalus.

LOCVS.

Matt. Nascitur passim in hortis, & secus itinera exoluto solo.

QVALITATES.

Gale. 7. sim. med. Sunt qui dicant hanc esse Tithymali speciem, tum quòd similem illis succum habeat, tum quòd eodẽ illis modo purget totaq; illis facultate similis sit, nisi quòd semen gustantibus videatur dulce, quòd sanè etiã maximè purgatoriã vim obtinet.

VIRES.

DIOSC. Grana sex, aut septem in catapotio, aut cum ficis, aut palmulis deuorata, aluũ purgant, sed aqua frigida postea sorbenda. Trahunt autem bilem, pituitas, & aquas succus Tithymali modo potus.

Matt. eosdem effectus præbet. ¶ Decem duodecimvè seminis grana à putaminibus delibrata, vomitum potenter citãt. Itaq; iis vtiliter propinantur qui philtra deuorarunt, aut alia veneficia.

PEPLVS, Græcis, Πέπλος.] Italis, *Peplo.*

PEPLVS.

FORMA.

Frutex eſt lactei ſucci plenus, foliis paruis, vt rutæ, paulò rarioribus, rotũda coma ferè dodrãtali, humi reſperſa, ſemine ſub foliis paruo, rotũdo, minore quàm candidi, papaueris. Vnicam habet radicẽ, ipſamq; ſuperuacuam. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur inter vites, & in hortis. *Idem*

QVALITATES.

Succum habet ſimilem Tithymalis, cùm in aliis, tũ quia purgat ceu illi. *Gal. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Semen acetabuli menſura ex hydromelitis cyatho potum, bilem, ac pituitam purgat. DIOSC.

PEPLIS, Græcis, Πέπλις.] Italis, *Peplo*.

PEPLIS.

FORMA.

DIOSC. Frutice est latè opaco, succi candidi pleno, foliis satiuę portulacę, rotundis, infernè rubentibus, semine sub foliis rotũdo, vti in Peplo, feruenti gustu, radice singulari, tenui, superuacua.

LOCVS.

Idem. In maritimis maximè nascitur.

QVALITATES.

Gale. 8. simp. me. Succum obtinet, velut Tithymali validum, non tamẽ admodum vtilem.

VIRES.

DIOSC. Vires habet Peplo similes.

SCAMMONIA, Græcis, Σκαμμονία.] Mauritanis, *Scammonea*.] Italis, *Scammonea*.

SCAMMONIA.

FORMA.

Ramos ab radice mittit trium cubitorũ, multos, pingues, & nõnihil craſſitudinis prę ſe ferentes, foliis helxinæ, ſeu hederaceis, mollioribus tamẽ, & triangulis, flore cãdido, rotundo in calathi modũ cauo, graueolente. Radice prę longa, craſſitudine cubitali, candida, graui odore, ſucco prę gnãte. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in Myſia Aſię regione, quin etiã in Syria & Iudęa. *Idem*

QVALITATES.

Exuperat in ea acredo, quare corporis ſpiritus accẽdit, flatus mordaces gignit, immoderatas alui fluxiones facit, inteſtina abradit, tormina, & dyſenteriam excitat. *Meſue*

VIRES.

Succus per inferna bilẽ & pituitam extrahit. Illinitur vtiliter Iſchyadicis Radix in aceto decocta, & cum hordeacea farina trita. Succus cum melle, aut oleo illitus tubercula diſcutit. Decocto in aceto perunctę leprę abiguntur. Diuturni capitis dolores ex aceto perfunduntur. DIOSC.

CHAMÆLEA, Græcis, Καμέλαια.] Mauritanis, *Mezereon, seu Athnezerion.*] Italis, *Chamelea.*] German. *Zylandt.*] Gallis, *Eoys gentil.*

CHAMÆLEA.

FORMA.

DIOSC. Surculosa fruticat, ramis dodrantalibus, folia oleæ similitudinem habent, tenuiora, & amara, quę gustata linguam mordent, & arteriam deradunt.

LOCVS.

Matt. Nascitur in montibus.

QVALITATES.

Gale. 8. sim. me. Vincentem habet qualitatẽ amaram, quamobrẽ admodũ sordida vlcera, & quę maximas habẽt crustas cum melle purgare potest.

VIRES.

DIOSC. Pituitã, bilẽq; detrahit, foliis in catapotio deuoratis. Folia cum melle trita sordida vlcera, & crustosa repurgant. ¶Cauendũ ab eius vsu, nisi ea admista fuerint, quæ eius deleteriam facultatem superare possunt, de quibus scripsit Mesue.

Matt.

THYMELÆA, Græcis, Θυμελαία.] Italis, *Timelea*.

THYMELÆA.

Herba ſtomacho infeſta.

FORMA.

Virgas ædit pulchras, multas, tenues, binum cubitorũ, foliis Chameleæ, anguſtioribus, & pinguioribus, viſcoſis, gummoſisque ſi mordeãtur. Flore candido. Fructu myrti modo rotundo, qui inter initia viret, & tandem rubeſcit. Inuolucrũ fructus durum, foris nigrum, intus album. DIOSC.

LOCVS.

Prouenit in altis mõtibus, & aſperis. *Idem*

QVALITATES, ET VIRES.

Semen per inferna bilẽ, pituitas, aquasque detrahit, ſi viginti granorum pars interna bibatur, verùm fauces adurit. Itaq; cũ hordeacea farina, aut in vuæ acino dari debet. *Idem*

CENSVRA.

Decipiuntur qui Cneoron Theophraſti, cuius duo ab eo produntur genera. Alterũ quidẽ Chamelæã, alterũ Thymelæã eſſe contendũt.

CNE'ORVM CANDIDVM.

Cneori cãdidi, de quo meminit Theoph. hic imaginem damus, vt qui Cneoron Thymeleam, aut Chameleã facunit, ad mentem redeant.

SAMBVCVS, Græc. Ἀκτή.] Arab. *Iafacti.*] Ita[l]. *Sambuco.*] Germ. *Holler, ſeu Holder.*] Hiſpan. *Sabuco, ſeu Caninero·*] Gallis, *Suſeau, ſeu Suyer.*

SAMBVCVS.

GENERA.

Quatuor habet genera. Domeſticum, Mõtanum, Aquaticum & Minus, quod Ebulus vocatur. *Matt.*

FORMA DOMESTICI.

Arbor eſt ſurculos mittens arundinaceos, teretes, cauos, candicantes, proceros, medulla intus candida, ac fungoſa, folia iuglãdis terna, quaternavè ex interuallis circa ramos exeũt graueolentia, minutim in ambitu ſecta, & in ramulorũ cacuminibus cauliculiſq; circinatæ ſpectantur vmbellę, quæ florem candidum pariũt, odore nõ ingrato, mox acinũ in nigredine ſubpurpureum racemoſum, ſucco madentẽ, vino ſumque. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur paſſim, vbique in ſepibus, & circa vrbes. *Matt.*

QVALITATES.

Deſiccandi, conglutinandi, modiceque digerendi facultatem obtinet. *Gale. 6. ſim. med.*

VIRES.

Vis illi detrahẽs aquam, ſtomacho inutilis. Folia olerũ modo decoquuntur ad pituitam, bilemque detrahendam, caules teneri in patinis cocti eadẽ efficiunt. Radix in vino decocta, & in cibis data hydropicos adiuuat; prodeſt, & viperarum morſibus, eodem pota modo. Vuluas emollit inſidentiũ decocto. Patefacit earum ſpiracula, & vitia corrigit. Acini in vino decocti eodẽ funguntur munere. Prætenera folia ex hordeacea farina illita inflammationes mitigant, ambuſtis, & canũ morſibus illita prosunt. Vlcera quæ dehiſcunt in fiſtulã agglutinãt. Illinuntur vtiliter podagricis cũ ſeuo taurino, aut hircino. ¶ Stillatitia è floribus aqua fronti, & ſincipiti illita, capitis dolores mulcet, ſuccus è radicis cortice expreſſus, vomitum valentiſſimè commouet, & aquam intercutem pellit. DIOSC. *Matt.*

SAMBVCVS montana, Græcis, ἀκτὴ ὀρεινὴ.] Italis, *Sambuco montano*.

SAMBVCVS MONTANA.

FORMA.

Matt. Virgis foliisque vrbano similis est, sed minori lõgè proceritate adolescit. Flores non in vmbellis, sed racematim cohærent. Quin etiam baccæ in vuæ modũ dependent, rubro perpetuo colore, vinosæ ac succi plenę.

LOCVS.

Idem. Nascitur in montosis, & algentibus locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Vires illi vrbano per omnia similes, imbecilliores tamen.

SAMBVCVS aquatica, Italis *Sambuco aquatico.*] Germ. *Scheuuelcken.*

SAMBVCVS AQVATICA.

FORMA.

Virgis eſt ſambuci domeſtici æmulis, geniculatis, alba intus medulla, ſed caduca, & fragili materie. Foliis vitigineis. Flore albo Sãbuci modo, odore nõ iniucundo, à quo baccæ prodeunt rubẽtes, oxyacanthæ magnitudine, vinoſo, ac amaro ſucco refertę. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in aquoſis, & vliginoſis locis. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Baccę deuoratæ vomitiones citant. Succo vis eſt abſterſoria.

FRANGVLA, Italis, *Frangola*.

FRANGVLA.

FORMA.

Matt. Arbor est mediocris procerita tis, folio ferè corni, aut virgę sanguineæ, cortice Alni, albis maculis exterius respersо, interius verò adeo flauescente, vt si mandatur croceo colore inficiat, Rhabarbari modo. Flores edit albos, fructū paruum pisi magnitudine, per medium diuisum, adeò vt duabus simul baccis constare videantur. Is primo exortu viret, deinde rufescit, postremò verò nigricat. Duo intra se habet ossicula lupinorum figura, sed lentibus paulò grauiora. Ligni materies omnino fragilis, imbecillaque est.

LOCVS.

Idem. Nascitur passim in Boemiæ syluis, & nemoribus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Cortici vis inest cum aluum exoluens, tum quoque adstringens. Quare Rhabarbari modo operatur, quæ in extimo tm̃ cortice habetur, exoluit. in intimo verò adstrictoria viget facultas. Bilem eius decoctum, & pituitam expellit. Quinetiam hydropicorum aquas ducit. Decoquitur cortex cum aperientibus medicamentis ad cachexiam, icteritiam, & aquam intercutem. Datnıq; potandū decoctum quatuor vnciarum pondere per q̃ commodè. Sed prius corpus expurgari debet. Soluit aluum absq; incommodo, bilem iecur expurgat, & roborat, aperit omnium viscerum obstructiones, & vasa à crassorum excremẽtorum infarctu expedit. Delibrantur cortices in ipso veris principio, & in vmbra siccantur. Recentium.n nullus debet esse vsus, ꝙ vomitiones moueant. Decoctum quod ex iis paratur quiescat, prius oportet, anteaquam propinetur duobus, aut tribus diebus, quousque flauus color niger fiat. alias vomitiones mouere quandoque solet.

EBVLVS, Græcis, Καμαίακτη.] Arabibus, *Kameactis.*] Italis, *Ebulo, seu Nebbio.*] Germanis, *Attich, seu Niderel holler.*] Hispanis, *Hiezguos. seu Subugo pecquenno.*] Gallis, *Hyeble.*

EBVLVS.

FORMA.

Sambuco longè humilior est, magisque herbaceo generi assignandus, caule quadrangulo genicu lato, foliis amygdalæ ex interuallo longioribus, geniculatim expansis, pinnatisque graueolen tibus, in ambitu serratis, muscario sambuci, flore & acino eiusdem. Radice nititur lõga crassitudine digitali. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in plateis, & areis, secus vias, & in tẽplorum claustris. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Ea omnia præstat, quæ vrbana sambucus. DIOSC.

NOMINA.

APIOS, Græcis, ἄπιος.] Italis, *Apios*.

APIOS.



FORMA.

DIOSC. Iũceos ramulos duos, ſiue tres ſpargit, rubros, tenues, qui à terra parum attolluntur, foliis rutæ ſylueſtris, oblõgioribus tamẽ, & anguſtioribus, herbaceis. Semine paruo. Radice in formã pyri turbinata. Succo fęcũda, cortice exterius nigro, intus verò candida ſubſtantia.

LOCVS.

Theoph. lib. 9. ca. 10. de p. hiſt. Naſcitur in montibus.

QVALITATES.

Idem Datur ad expurgandũ corpus, ꝙ altera radicis parte ſuperius, altera inferius purget.

VIRES.

DIOSC. Superior eius pars vomitione bilem, pituitamque extrahit, inferior per aluum. Tota vtrinque purgationes mouet. Purgat vtraque parte ſuccus ſeſquiobolo potus.

PSEVDO Apios. Italis, *Apio falso.*] Germanis, *Herdtnuſſz.*

PSEVDO APIOS.

FORMA.

Multiplici creſcit caule, cubitali, ac ſæpè maiori humi procumbẽte, piſi ferè modo, foliis oblongis, & ſubaſperis. Floret Iunio præſertim menſe floribus puniceis, piſi æmilis, odoratis, racematim cohęrentibus, è quibus ſiliculæ oriuntur, in quibus ſemen cõcluditur. Radices habet fici, aut pyri figura ternas, quaternasve è ſtaminibus dependentes, filipendulæ modo, nigra exterius cute, & alba intus pulpa, nulla purgatoria vi prædita. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur cum in campis, tum in vineis. *Idem*

COLOCYNTHIS, Græcis, Κολοκυνθὶς.] Arabibus, *Chandel, Handel, seu Halandal.*] Italis, & Officinis, & Hispan. *Coloquintida.*] Germ. *Coloquint, seu Vuilder kurbiz.*] Gallis, *Coloquinte, seu Courge sauuage.*

COLOCYNTHIS.

FORMA.

Matt. Folia, & sarmenta emittit Anguriæ vulgo vocatę, per terram repentia, diffusa, fructum in speciem mediocris pilæ conglomeratum, vehementer amarum.

LOCVS.

Idem. Scritur in hortis.

QVALITATES.

Gal. 6. sim. me. Colocynthis gustu amara est, sed quę amarissimo medicamẽto epoto adsunt opera, ea euidenter efficere nequit, ob purgatoriam facultatem, quam validam in se se continet, nimirum cum iis quæ expurgat, ante & ipsa per aluum excerni præuertens.

VIRES.

DIOSC. Medulla fructus purgatoriã vim habet, si quatuor obolis in aqua mulsa, melle cocto, myrrha, & nitro excipiantur, & cogantur in catapotium. Arefactæ pilę puluis clysteribus infusus prodest neruorum resolutioni, coxendicum doloribus, & coli vitiis, vt qui bilem, pituitam, & strigmenta, interdum etiam cruorem eliciunt. Fœtus admota pila enecat, si aqua mulsa, aut passum, in eadem incoquatur, & sub dio refrigescat. potu crassum. humorẽ, & alui strigmenta detrahit. Stomacho supra modum aduersatur, subdita pro balano alui excrementa eiicit. Virentis succo vtilissime ischiadici perfricantur. ¶ Pota cerebrum, & neruos expurgat, quin etiam musculos, thoracem, & pulmonem. Qua re vertiginosis, comitialibus, resolutis, cõualsis, hęmicrania diuturnoque capitis dolore affectis, asthmaticis, & egrè spirãtibus vtiliter in catapotijs exhibetur. Collachrymantes *Mesue* sanat oculos, & diutina tussi laborantes. Est præterea vis eius efficax ad omnes frigidos articulorum dolores. Pellit aquas tã pota, quam clysteribus infusa. Fit e fructu oleum ad retardandam canitiem, denigrandos capillos, & eorũ defluuium cohibendum, si exempta è fructu pulpa, cauitas oleo repleatur, & in cineribus calidis coquatur. eo mulcentur aurium dolores, atq; sonitus discutiuntur. Quin etiam oleo ipso, & felle bubulo, interaneorum vermes necantur, si calida vmbilico illinantur.

EPITHYMVM, Græcis, Επίθυμον.] Mauritanis, *Efitimò, ſeu Eſichemo.*] Ita. *Epitimo.*] Hiſp. *Cabellos, ſeu flores del Tomilho.*] Gall. *Teigne de Tym.*

EPITHYMVM.

FORMA.

Capillamenta ſunt Epithymum tenuiora, quę thymo adnaſcũtur flauo colore, floribus, & capitulis, perinde ac in cuſcuta vocata. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur, & viuit ſuper thymi plantas apricis præſertim locis, & ab auſtro perflatis. *Idem.*

QVALITATES,

Thymi facultatem habet, ad omnia tamẽ efficacius eſt. Deſiccat.n.& excalfacit ordine tertio. *Gal. 6. ſimp.me.*

VIRES.

Potum cum melle pituitam bilẽq; atrã per inferna detrahit. Priuatim prodeſt melãcholicis, & inflatis acetabuli menſura, ad quatuor drachmas cũ melle, ſale, & aceti exiguo. ¶Va lẽtius cęteris aliis medicamentis atram bilẽ expellit, citra vllã moleſtiã. Efficax eſt ad cerebri morbos, nẽpe melancholiã, Epilepſiam, diuturnos capitis dolores, aliasq; atrabiliarias ægritudines. Confert cordis tremoribus, & animi deliquiis, opitulatur eã ob cauſam omnibus lienis affectibus. Itẽ renũ vitiis, & hypocõdriaca melãcholia vexatis optimè cõfert Epithymi vſus. Datur quoque vtiliſſimè aduerſus carcinomata, Elephantiaſim, & vlcera maligna, & atra, & quartana febre affectos liberat. *Dioſc.* *Meſue.*

CVSCVTA, Italis, *Cuſcuta.*] Germ. *Flachs ſaiden.*] Gallis, *Couche in'icy.*

FORMA.

Matt. Eius eſt natura, vt in frutices,& herbas Epithymi modo, proſiliat, & viuat, earum adminiculo fulta,nulla radice nixa, ſed velut ab alarũ ſinu prodeuntibus cirris capillamentisvè longiſſimis. Hæc ſtatim ab exortu plãtis ſe ſe implicat, & adeo crebris inuolucris his ſe circũuoluit, vt breui plãtas ipſas ſtrãgulet,atq; enecet. Foliis nullis veſtitur, flores tamen edit albos cõplurimos, quibuſdã in capitulis, à quibus ſemẽ tenue prodit,ſed ſuperua cuũ. cirri rufeſcũt,vitiũ capreolis craſſitudine & facie pares. LOCVS

Idem. Naſcitur ferè vbique, aqui in ſępibus,aut propè eas frequens viſitur variis,ac diuerſis plantis connexa.

CVSCVTA.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Excalfacit ordine primo, ſiccatque ſecundo,abſtergit, & quadã cum adſtrictione roborat. Iecoris obſtructiones aperit. Infarcti lienis vitia expedit, venas pituitoſis,atque bilioſis exonerat excrementis,vrinas pellit,& regiũ morbũ ſanat. Puerorum febribus auxiliatur, ſed diuturno vſu ventriculum grauat, quę tamen noxa tollitur admiſto Aniſi ſemine.

CENSVRA.

Non rectè ſentiunt qui Plinij Caſſytam in Syria naſcentem noſtratem Cuſcutam faciunt.

ALYPVM, Græcis, Αλῖπον.] Italis, *Alipo.*

ALYPVM.

FORMA.

Surculoſa herba eſt, ſubrubra, gracilibus ramulis, tenuibus foliis, flore molli, leui, & copioſo, radice betę, tenui acri ſucco referta, ſemine Epithymi. DIOSC.

LOCVS.

Gignitur ī maritimis maximè Libiæ quàm largiſſima, ¶quanquā alibi quoque plurima prouenit. *Idem Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Semen atram bilem deiicit, ſi menſura Epithymo pari cum ſale, & aceto ſumatur. Verùm interanea leuiter exulcerat. *Idem*

VITIS ſylueſtris. Græcis, Αμπελος ἀγρία.] Italis, *Vite ſaluatica*.

VITIS SYLVESTRIS.

FORMA.

DIOSC. Sarmenta mittit prælonga vitis viniferæ modo, aſpera, lignoſa, foliis hortēſis Solani lōgioribus, ac latioribus, racemoſo flore, & capillaceo, fructu exiguis vuis ſimili, poſt maturitatē rubente, rotūda acinorū facie.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in dumetis, ſepibus, ſyluis, & mōtibus.

QVALITATES.

Gale. 6. ſimp. me. Racemi abſtergēdi vim habent, ſed & adſtrictionē quādam extrema germina tenent.

VIRES.

DIOSC. Ferue facta radix in aqua, & in ciathis duobus vini aqua marina diluti pota, humorē alui ciet. Ideo hydropicis datur. Vuę eius vitia cutis in facie, & maculas omnes expurgant. Enaſcentes viticulę cibi gratia ſale condiuntur.

VITIS alba, siue Bryonia. Græcis, Αμπελος λευκη.] Mauritanis, *Fesiré, Alsesire, Fessera, seu Alsescera.*] Italis, *Brionia, seu zucca saluatica.*] Germanis, *Stic vurtz, seu Teufelkirbsz.*] Hispanis, *Neuxa, siue Anorca.*] Gallis, *Colubrine, seu Couluree, aut Feu ardant.*

VITIS ALBA.

FORMA.

Foliis viticulis, pāpinisq; satiuam vitē imitatur, sed hirsutiora sunt omnia. Ea quos propè nacta stutices, suis clauiculis complectitur. Fructus rubeus in vua dependet, quo coria pilis spoliantur. ¶In Germania, & Vngaria fructum fert nigrum. DIOSC. *Matt.*

LOCVS.

Prouenit passim secus vias, & propter sepes. *Idem.*

QVALITATES.

Prima germina adstringunt modicè cum quadā acrimonia, & subamarore. Radix abstergentem, desiccantem, & tenuium partiū, ac moderatè calidā vim obtinet. corymbi depilatorij sunt.

VIRES.

Folia fructus, & radix vlcerū phagædenis, cancrenis, chironiis, putrentium tibiarum tędio efficaciter cū sale illinūtur. Radix corpus abstergit, & cutem erugat, vitia cutis in facie varosque, lentigines, & cicatrices nigras emēdat: cum Eruo, Creta Chia, & fœnogræco, suggillata tollit, & reduuias committit, suppurationes rumpit. Infracta ossa extrahit trita; & imposita. Dātur comitialibus in potu drachmę pō dere quotidie anno toto. Prodest attonitis, vertiginosisque eodem modo sumpta. Auxiliatur cōtra viperarum ictus potā duarū drachmarum pōdere. subpositā partus, & secundas trahit, & pota ciet vrinam. Lienem consumit ternis obolis triginta diebus ex aceto bibita. Illinitur ad eadem cum fico, ad muliebres quoq; infessus decoquitur, siquidem vuluas purgat, sed abortum facit. Succus cum aqua mulsa potus pituitam extrahit. Ad psoras & lepras, semen efficaciter illinitur. ¶Idem vrinam trahit & cerebrum mundat, viscerum obstructiones aperit, renes à calculis expedit. DIOSC.

VITIS nigra, Græcis, Αμπελος μέλαινα.] Arabibus, *Feſire ſentanim Alsfeſireſim, ſiue Faſerſim.*] Italis, *Vite nera, ſeu Tamaro.*

VITIS NIGRA.

FORMA.

Matt. Folia fert hederæ, ſed maiora, ſmilaceis proxima, caules etiam cognatos, capreolis ſuis arbores, quaſi adminicula cõprehendit. Fructus racematim cohærent, qui inter principia virent, & poſt maturitatem rufeſcunt, & quandoq; nigreſcunt. Radix foris nigra, intus buxeo colore nitet.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in dumetis, in ſepibus, & in ſyluis.

QVALITATES.

Gale. 6. ſimp. me. Viti albæ ad omnia ſimilis, niſi quòd imbecillior.

VIRES.

Dioſc. Viticulæ quę primo germinatu erumpunt in olera recipiuntur, menſes pellunt, vrinam cient, lienẽ abſumũt, vertiginoſis, comitialibus, & reſolutis proſunt. Radix eadẽ quæ vitis alba pręſtat, ſed inefficacius. Folia cum vino exulceratis iumentorum ceruicibus cõmodiſſimè illinuntur. Quin etiam luxatis articulis. *Matt.* ¶Nihil eius radicis ſucco valentius fuerit ad ſtrumas ſanãdas, ſi cum vini, ac mellis æquali potione is hauriatur. Præſtat ad idem quoque eadem radix, ſi tuſa, & melle excepta illinatur.

MOMORDICA, seu Viticella. Italis, *Balsamina, Viticella, Momordica, seu Pomo di Gierusalem.*] Germanis, *Balsam kraut, seu Menn lin.*] Gallis, *Marueilles.*

Momordica

BALSAMINA, SIVE MOMORDICA.

FORMA.

Planta est, quæ prælongis, tenuibusq; viticulis vltro, citroq; reptantibus proximas plantas comprehendit, foliis vitis albæ, aut viniferę similibus, sed longè minoribus, magisque per ambitum diuisis, capreolis tenuibus ex alarum sinu prodeũtibus, quibus sese appositis implicat adminiculis. Florem promit cucumeri similẽ, paruum, subluteum. Fructũ vtrinque turbinatũ, gallinacei ferè oui magnitudine, cute carnosa, acutis tuberculis scatente. Huic maturo puniceus color, qui prẽterea facilè dissilit: vltimam maturitatem adeptus. Semen includit Angurię vocatę similem, minus tamen, contectum cute crassa pingui, lubrica & per quàm rubente. *Matt.*

LOCVS.

Nusquam nisi sata in Italia prouenit, vbi in hortis, & fictilibus colitur. *Idem.*

QVALITATES, ET VIRES.

Folia vulnera recentia glutinat. *Idem.* Fructu in oleo immaturo insolato, paratur oleum præstãtissimum ad arcendas vulnerũ mãmillarũq; inflãmationes, & dolores mulcendos. Valet idem Siphone infusum ad exulceratos, inflãmatosq; vteros. Doloribus hæmorrhoidum quoque mirificè auxiliatur, in quem vsum Fructus oleo Amygdalino dulci, aut de semine lini macerantur. Idem medetur ambustis tam igne, quàm aqua. punctis, sauciatisq; neruis vtiliter illinitur. quin etiam vulnerum cicatrices delet, & vesparum ictus sanat. Foliorum puluis cochlearis mensura ex equiseti decocto potum, intestinorum vulneribus medetur.

BALSAMINA altera. Italis, *Balſamina maggiore, ſiue ſemina.*] Germanis, *Balſam kraut vueibele*.

BALSAMINA ALTERA.

FORMA.

Matt. Caulis illi eſt craſſus ſeſquicubitalis, pinguis, & ſucco prægnãs, ramis multis abũdè vegetibus. Folia profert Salicis modo lõga per ambitum ſerrata, flores pręgrãdes purpureos retro inflexè caudicatos. E quibus poma ſuboriuntur, alterius Balſaminæ haud admodum diſſimilia, turbinata, hirſuta, viridi primum colore, & per maturitatem lutescente. internũ ſemẽ lenticulæ faciẽ exprimit. Radice nititur numeroſa, craſſa, robuſtaque.

LOCVS.

Idem. Seritur in hortis, & fictilibus.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Putant quidam (id quod etiam ſcribunt) & hanc iiſdem eſſe cum altera viribus. Verum nos nullam eius experientiam habemus.

FILIX, Græcis, Πτέρις.] Arabibus, *Sarax, ſeu Sarachs.*] Italis, *Felce.*] Germanis, *Vualdt farn.*] Hiſpanis, *Helecho yerua.*] Gallis, *Oſmunda Regale, ſeu Fengiere maſſe.*

FILIX.



GÈNERA.

Duo eius habentur genera Mas, & Fœmina. DIOSC.

FORMA MARIS.

Filici folia, ſine caule, ſine fructu, ſine flore ex vno pediculo cubitali lõgitudine exeunt, multifida, è lateribus priuatá, & expãſa velut ala, ſubgraui odore. Radice per ſumma ceſpitũ nigra, oblonga, filices multos fundente, ſubſtringenti guſtu. *Idem*

LOCVS.

Naſcitur in montibus, & ſaxoſis. ¶Quin etiam alibi vmbroſis locis. *Idem* *Matt.*

QVALITATES.

Mas radicem habet maximè vtilem. latum. n. lũbricum interficit. Eſt n. amara paulum habens adſtrictionis, valentem deſiccãdi facultatẽ obtinet, nec tamen mordax eſt. *Gale. 8. ſim. med.*

VIRES.

Radix ex aqua mulſa pota quatuor drachmarum pondere latas ventris tineas excutit. Laborantes lienis incremento recreat. Radix cum pota, tum cum axungia illita, vulneribus ſagitta arundinea factis, medetur. ¶Eſt enim inter eam, & arundinem non parua inimicitia. DIOSC. *Matt.*

FILIX fœmina, Græcis, Θηλυπτέρις.] Italis, *Felce femina*.

FILIX FOEMINA.



FORMA.

DIOSC. Filix fœmina foliis eſt alterius filicis, ſurculoſis, altioribuſq; & quę nõ ſingulari, vt illa pediculo fulciantur. Radicibus lõgis, pluribus, obliquis, quę ex nigro in lutcũ flaueſcunt, aliæ etiamnum rubrę inueniuntur.

LOCVS.

Matt. Naſcitur in ſyluis, & in Mõtibus, & ferè vbique, maximè frigido ſolo.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Radices pellunt cum melle ſumptę lata interaneorũ animalia. cum vino autẽ drachmis tribus teretes tineas eiiciunt. Datę fœminis ſterilitatem faciũt, & prægnantibus abortũ, ſi ſupergrediantur. Farina humidis vlceribus, & cicatrici repugnantibus inſpargitur. Iumentorum ceruicibus medetur. Folia recentia in oleribus cocta mandantur vt ventrem emolliant.

FILICVLA, Græcis, Πολυπόδιον.] Mauritanis, *Bisberg Aibeig, ſiue Beſſaigi.*] Italis, *Polipodio.*] Germanis, *Engel ſueſz Baumfarz, ſiue dropffarnẽrz.*] Hiſpanis, *Filipodio, & Polipopio.*] Gallis, *Polypode.*

FILICVLA, SEV POLYPODIVM.



FORMA.

Palmari altitudine aſſurgit, filici ſimilis, ſubhirſutis, & robuſtioribus foliis, aduerſa parte fulueſcẽtibus, maculis reſperſis. caulem, florẽ, fructũq; nullũ profert. radicibus nititᵉ per ſumma ceſpitũ vagantibus, polyporũ piſciũ cirris ſimilibus, vnde illi nomẽ, fibris, pilisq; propè innumeris refertis, colore exterius ſubfulueſcente, interius verò viridi, ſapore dulci, & auſtero ſimul. *Matt.*

LOCVS.

Naſcitur in muſcoſis petris, & vetuſtis arborũ caudicibus, præſertim Quercuum. DIOSC.

QVALITATES.

Dulcẽ ſimul, & auſteriã habet vincẽtem qualitatẽ, vt facultatis ſit admodũ deſiccantis, citra morſum tamen. *Gale. 8. ſimp. me.*

VIRES.

Purgãdi vim habet, coquitur cum gallina, aut piſcibus, aut beta, aut malua, ad aluum ſoluendam Aridæ farina aquę mulſę inſperſa detrahit bilem, & pituitã. Trita luxatis efficaciter illinitur, & aduerſus rimas quę inter digitos ſunt. ¶Bilem pręſertim atram extrahit. DIOSC. *Actuarius.*

POLYPODIVM ALTERVM.



FORMA.

Matt. Folio eſt Aſpleni quodãtenus ęmulo, ſed oblongiore, viridiore, magisq; per ambitum diducto. Radice priori ſimili, graciliore tamen paulò.

LOCVS.

Idem. Naſcitur plerũque in montium ſyluis.

DRYOPTERIS, Græcis, Δρυοπτέρις.] Italis, *Felce Quercina.*] Germanis, *Baum Farn.*] Gallis, *Fuchiere des chesnes.*

DRYOPTERIS.



FORMA.

Filici similis est, sed multo minori foliorum incisura. Radicibus inuicem implexis, hirsutis, gustu acerbis in dulcedinem vergentibus. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur in veterũ Quercuum musco. *Idem.*

QVALITATES.

Gustu mistam facultatem præfert, dulcẽ, acrem, amaram, in radice vero item acerbam, facultatem habet lepticam. *Gale. 6. sim. me.*

VIRES.

Psilothrum est cum radicibus trita. Illinitur. n. postquam corpus exudauerit, mox sudor abluitur, & recens imponitur. DIOSC.

CNICVS, Græcis, Κνικὸς.] Mauritanis, *Kartan, ſeu Charthan.*] Italis, *Zaffarano Saracineſco.*] Officinis, *Cartamum.*] German. *Vuilderſſaffran.*] Hiſpanis, *Alacor, & ſemente de Pappagaios.*] Gallis, *Saffran baſtard, & ſaffran ſauuage.*

FORMA.

CNICVS.

Matt. Singulare emittit caule ſeſquipedalem, & quandoque maiorem, terete, rectum, ſubalbicãtem, ſtriatũque, firmũ, atq; lignoſum, ramis à medio caule copioſis dodrantalibus. Folia oblõga, craſſiuſcula, robuſta, glabra, in mucrone deſinẽtia, infirmis aculeis circũuallata, & ſine pediculis è ramis ꝓdeũtia. ſpectantur in ramorũ ſummitatibus acanacea capitula in latum turbine faſtigiata, oblõgis, ac ſpinoſis ſquamis radiãtib⁹ circũquaque, ima parte foliolis, aculeis pariter rigentibus, & ſyderis faciẽ referẽtibus. Flores mediis è capitibus erũpunt, capillacei, ac graciles, vt in ceteris acanaceis, aureo colore, ad rubrum inclinante, crocinis ſtaminibus æmuli. Semen ineſt albũ, anguloſum, lęui putamine ac duro, alba intus medulla. Radice nititur oblonga, fibrata, ſed ſuperuacua.

LOCVS.

Idem. Seritur in hortis, & campis.

QVALITATES.

Gal. 7. ſimp me. Semine dũtaxat ad purgationes vtimur, tertij eſt ordinis excalfaciẽtium, ſi quis foris eo vti volet.

VIRES.

DIOSC. Seminis tuſi & delibrati medulla ex aqua mulſa aut iure gallinacei aluum purgat pota. ſeminis ſuccus lac cogit, & magis ipſum reſoluendæ alui facultate donat. ¶ Idẽ pituitã, & aquas extrahit, quo fit vt coli dolore affectis, & hydropicis opẽ miniſtrè ꝓreſtet nõ modo hauſtum, ſed etiam clyſmate infuſum. Seminis medulla, à putaminibus repurgata, & ſaccharo eclegmatis modo excepta pectus, & pulmones abſtergit, vocem clarificat, & prolificum ſemen auget.

MERCVRIALIS, Græcis, Ανοξώσις.] Italis, *Mercorella.*] Germanis, *Bingelkraut.*] Hilp. *Mercuriale, & vrtigua morta.*] Gall. *Mercuriale.*

MERCVRIALIS.

GENERA.

Duum est generum, Mas alterum. Alterum fœmina. DIOSC.

FORMA MARIS.

Frutex est dodrantalis, aut maior, foliis Ocimi, helxinæ cognatis, sed minoribus, ramis duplici geniculorū modo cinctis, alarū cauis multis; fructu è foliorum sinu dependente, paruo, rotūdo, ceu binis testiculis vnà cohærētibus. *Idem.*

LOCVS.

Nascitur in hortis, vineis, vt & bium plateis, & inter rudera. *Matt.*

QVALITATES.

Mercuriali vtūtur omnes ad vētris purgationes dūtaxat. verùm enimvero, si quis eius facere periculū volet in cataplasmate, sanè eam digerentis admodum facultatis esse experietur. *Gale. 7. sim. me.*

VIRES.

In oleribus manditur ad aluum ciendam, cocta in aqua epoto iure bilem, aquāque detrahit. Cōstat, vt mares gignātur, hunc facere, vt fœminæ illam si à purgatione bibantur, & trita folia genitalibus admoueantur. ¶ obseruatum quoque est tolli verrucas omne genus illitis vtriusque foliis, aut eorum succo. Malis item quæ serpunt succus cum aceto medetur. Fœmineis locis suppositа menses ciet. DIOSC. *Matt.*

MERCVRIALIS fœmina, Græcis, Αιμόξοσις θήλυς.] Italis, *Mercorella femina.*] Germanis, *Bingel kraut vueible.*] Gallis, *Mercuriale femelle.*

MERCVRIALIS FOEMINA.

FORMA.

Matt. Caule, ramis, foliis per omnia alteri similibus prouenit. verùm fructu differt, quòd in hac racemosum spectetur & semine copioso, in illa vero ceu binis testiculis vnà coeuntibus.

LOCVS.

Idem. Nascitur simul cum fœmina iisdem locis.

QVALITATES, ET VIRES.

Idem. Adsimili Mari facultate præstat, nisi quod hæc à purgatione bibita fœminas gignat, illa mares.

CYNOCRAMBE, siue Canina brassica. Græcis, Κυνοκράμβη.] Italis, *Mercorella bastarda.*] Germanis, *Vuild Bindel kraut.*] Gallis, *Mercuriale sauuage.*

CYNOCRAMBE.

FORMA.

Cauliculum binum dodrantum altitudine emittit, mollem subalbidum, folia mercuriali, aut hederæ similia, certis interstitiis, subalbida, semen foliis adhæret paruum rotundum. DIOSC.

LOCVS.

Nascitur omnibus ferè locis in vineis, campis, & propter vrbiũ mœnia. *Matt.*

QVALITATES, ET VIRES.

Folia cum caulibus pota aluum cient, oleribus cõmendantur. Ius decocti & pituitam, & bilem, & aquas detrahit. DIOSC.

HELIOTROPIVM maius, Græcis, Ηλιοτρόπιον μέγα.] Officinis, *Verrucaria*.] Italis, *Eliotropio maggiore*.

GENERA.

DIOSC. Heliotropiũ duũ eſt genẽrum Maius, & Minus.

FORMA MAIORIS.

Idem. Folia habet Ocimi, hirſutiora, cãdidiora, & maiora, ramuli a radice terni, quaterni, aut ſæpe quini exiliunt, multis alis concaui. Flos in cacumine cãdidus aut ſubfuluus, incuruatus, vt ſcorpionis cauda. Radix tenuis eſt, & inutilis.

HELIOTROPIVM MAIVS.

LOCVS.

DIOSC. *Matt.* Naſcit in aſperis. ¶ Quinetiam in ædificiorũ plateis, in hortis, & agris incultis, & ſabuloſis.

QVALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Herbæ ex aqua decoctũ faſciculo manus plenę, potu pituitã, bilemque per aluum extrahit. Prodeſt in vino potũ, quin etiam admotum, ad ſcorpionũ ictus. Adalligatur ad conceptus arcendos. Aiunt per horam vnam anteacceſſiones ſeminis grana quatuor cũ vino pota quartanas finire, tria verò tertianas. Illitũ ſemen formicantes verrucas, penſilesque, & thymos exiccat. Folia podagricis, luxatisque vtiliſſimè illinuntur. Menſes cient, partus trita, & impoſita pellunt. ¶ Epotũ horũ decoctũ vnà cũ cumino renũ calculos pellit, ac frãgit, & inteſtinorũ animalia necat. Formicę quoque necantur earum foraminibus Heliotropio obturatis. Foliorum ſuccus carcinomatis, ac contumacibus vlceribus miri ficè auxiliatur illitus.

Matt.

HELIOTROPIVM minus, Græcis, Ηλιοτρόπιον μικρόν.] Italis, *Heliotropio minore*.

HELIOTROPIVM MINVS.



FORMA.

Heliotropium paruum foliis eſt antedicto proximis, rotundioribus, ſemine acrochordonum, verrucarũque modo pẽſili, rotundo. DIOSC.

LOCVS.

Naſcitur in paluſtribus, & iuxta lacus. *Idem*.

QVALITÁTES, ET VIRES.

Herba cum ſuo ſemine pota adiecto nitro, hyſſopo, naſturtio, & aqua latas tineas, teretesque excutit. Penſiles verrucas, quæ acrochordones vocantur, cum ſale illita tollit. DIOSC.

HELIOTROPIVM ALTERVM.

Sunt qui hanc quoque plantá Heliotropij genus faciunt, quòd & hæc verrucas deleat.

CALTHA, Italis, *Fior rancio, siue Fior d'ogni mese.*] Officinis, *Calendula.*] Germanis, *Ringel bluom.*] Gallis, *Poussij.*

CALTHA.

FORMA.

Foliis exit oblongis, minimè acuminatis, Leucoij quadãtenus similibus, latioribus tamen, ac longioribus, caulem edit singularẽ, subpinguem, sesquidodrantalẽ, ramosum. Flores in cauliũ summitatibus aureos, speciososque, odore cũ grauitate haud iniucũdo, è quibus semen prouenit in capitulis apertis; quod si diducatur auicularũ vnguibus quadãtenus simile spectatur. Radice nititur alba, rectaque. *Matt.*

LOCVS.

In tota Hetruria sponte per se nascitur, secus itinera. Atqui in compluribus Italiæ locis, & in Germania in hortis ad coronamenta seritur. *Idem.*

QVALITATES.

Excalfacit, attenuat, aperit, digerit, & prouocat, quãuis gustu adstrictione non vacare deprehendatur. *Idem.*

VIRES.

Constat, multis admodum fœminarũ factis periculis, herbam valere plurimum ad mẽses ducendos, epoto eius succo, aut herba ipsa recẽte diutius deuorata. Succus vnciæ pondere, cum drachma pulueris terrestriũ lumbricorũ, potu ictericos iuuat. Sunt qui dicant huiusce herbæ vsu iuuari maximè oculorum aciem. Constat tamen stillatitiam floridæ plantæ aquam oculorum ruborem, & inflãmationem arcere, si in oculos instilletur, aut linteolis applicetur, in ea madefactis. Siccatæ puluis, dentium cauernis impositus dolorem sedat. *Idem.*

SCORPIOIDES, Græcis, Σκορπιοειδὲς.] Italis, *Scorpioide*.

SCORPIOIDES.

FORMA.

Matt. Herbula eſt foliis paucis, ſemine caudæ ſcorpionis effigie.

LOCVS.

In hortis tãtum hanc plantam ſatam vidimus.

QVALITATES.

Idem Excalfacit ordine tertio, deſiccat verò ſecundo.

VIRES.

Gale. 8. ſimp. me. Illita ſcorpionum ictibus, preſentaneo eſt auxilio.

VITIS vinifera, Græcis, Αμπελος οἰνοφόρος.] Italis, *Vite vinifera.*] Arabibus, *Harin Karin, seu Karm.*] Germanis, *Vueinreb.*] Gallis, *Vigne.*

VITIS VINIFERA.

FORMA.

Vitium omnium genera, ac formas adeò tam claris quam obscuris viris, tam nobilibus, quàm ignobilibus, tam deniq; vrbanis quam rusticis innotuerunt, vt nemo sane sit, qui de vitium generibus, earundēq; historiam scite, ac distincte loqui possint.

QVALITATES.

Folia refrigerant, & adstringunt. Idem præstant, & capreoli. DIOSC.

VIRES.

Folia & triti capreoli capitis dolores illitu mitigant, & inflāmationes stomachi, ardoresq; cum hordeacea farina. Potus eorum succus dysentericis, sanguinem excreantibus, stomachicis, & grauidarum malaciis medētur. Eadem efficiunt madefacti in aqua capreoli, & poti. Lachryma quæ veluti gūmi in caudicibus concrescit, ex vino pota calculos pellit, illita lichenas, & psoras, leprasq; nitro prius perfrictas sanat. Eadem cū oleo pilis sæpius illitis psilothri effectum habet, maximeq; sanies quæ ex accensis sarmentis exudauit, qua pervnctæ verrucarum informicationes extrahuntur. Vinaceorum & sarmētorum cinis ex aceto illitus detractis in sede cōdylomatis, & thymis medetur. Prodest luxatis, & viperarum morsibus, & contra lienis inflimationem illinitur, cum rosaceo, ruta, & aceto. ¶ Acerbæ vuæ succus admiscetur vtiliter cœliacorum & dysentericorum cibis, quinetiā medicamentis quæ ad sanguinis reiectiones parantur. Id quod etiā præstant acinorum nuclei in farinam triti, & ventri, stomachoq; illiti. Vua pensilis matura, manibus confracta, & illita, recentibus ambustionibus mirificè auxiliatur, statim.n.dolorem mulcet. ¶ Vuæ probe maturæ inter fructus autumnales principatum in cibis obtinent, Itaq; fugacibus omnibus magis nutriunt, minimūq; praui succi habent. Pensiles si prius maturæ sunt, & dulces, cęteris minus ventriculum inflant, & aluum conuenienter emolliunt.

Idem

Matt.

Gal. 2. de aliment. facul.

Quarti & vltimi libri, Finis.

ERRORES CALCOGRAPHIAE.

In Epistola ad Calceolarium.

linea 18. vt tibi. lege vt vbi. ibidem lin. 31. maledicentium. lege maledicentiam.

---

folio 7. linea 14. longis. lege oliuarum modo oblongis. folio 14. linea 12. similis. lege simili. f. 21. 15. styria, Syria. f. 22. 5. nõ differt forma, adde, ab aliis calamis. f. 24. li. vlt. celtica, celticę. f. 26. l. antepen. illinant, illinantur. f. 55. l. 21. spatiosa, spetiosa. f. 65. l. 30. imposita, imposito. f. 68. 1. Itali Aquifoliũ, Agrifolio. f. 70. 11. acutissimis, adde, scatet. f. 90. 28. similes, adde pfert. f. 92. 30. Succ⁹ ob, succ⁹ &. f. 100. 21. conaceo, coriaceo. 107. 18. parũ racemosi, pariter racemosi. f. 108. 31. bellarij, bellariis. ibid. l. vlt. Bacca, Baccę. f. 116. 18. nitrosę, vinosę. f. 146. 28. q̃, qua. f. 150. 13. Bino, Primo. 159. li. pen. canis, cauis. ibid. li. vlt ficulneo, adde, ramo. 160. 24. pasit, parit. f. 163. 29. fragilius, frugalius. f. 167. 40. insipitẽib⁹, incipiẽtib⁹. 195. li. vlt. dissidet, dissidẽt. f. 222. 9. intybæ, intybi. ibid. 14. librata, fibrata. f. 224. 12. inclusis, inclusum. f. 228. 27. dirigẽdũ, digerẽdũq;. f. 260. lin penult. à, deleatur. ibid. cœna, à cœna. f. 263. 12. crenatis, crenatos. fol. 275. 16. lutinosa, glutinosa. f. 280. 1. δρομον, δ'ζομον. Idem in sequen. Eruca syluestri. f. 288. 27. fructu, fractu. f. 294. 9. siquidem, deleatur. f. 297. 6. κεφακότον, κεφαλότον. f. 300. 1. κρομμνον, κρόμμιον. f. 302. 1. χισον, χισον. f. 310. 24. contectum, coniectum. f. 354. 19. capillo, capitulo. f. 359. 11. hirsutis, hirsuti. f. 372. 8. ille, illi. 380. 9. faminę. famina. ibid. 31. rotũdę, rotũda. 400. 13. in ambitu, ambitu. 408. 6. refertæ, referta. 422. 18. acri, deleat. f. 432. 31. vt causa, vbi causa. f. 436. 12. cdores, odores. f. 244. lin. penult. indica, indita. f. 487. 6. Rosmarino, rosmarinũ. 499. 13. cãdica, cãdida. 503. 23. ea, id. 512. 3. Maroto, Maroio. f. 533. 5. numerosus, ramosus. 547. 5. fœniculatum, fœniculaceum. 584. 2. Atanana, Atanasia. f. 591. 15. repentis, repentibus. 593. 6. minutis, à minutis. 626. lin penul. quarta, quartana. f. 662. l. antep. men. semẽ. 670. 12. foliis, floribus. 683. 7. pulchra, plura. 704. 10. pratis, petris. f. 714. 8. quo, quod. 729. 26. at, ac. 738. li. vlt. sumunt, sumuntur. 750. 2. amitora, amitora. f. 753. lin. vlt. resoluta, resoluunt. 756. 11. vana, varia. 767. 1. sed, seu. 771. 9. soli, sedi. ibidem 15. rotundo, rotũda. ibid in marg lin. 22. Dioſc. lege Gal. ibid. 30. in marg. Gal. lege Dioſc. f. 779. 16. lactaria, blactaria. 781. 8. MAIORIS, MINORIS. 385. lin. antepen. vetustiores, venustiores. f. 839. 34. Myrtho, myrtino. 903. lin. vlt. mandamur, mandantur.

Errores in collocandis plantarum figuris.

folio 16. figura Phu minoris, stat loco maioris, & maior loco minoris.

fol. 235. & 236. Plantago minor stat pro maiori, & maior pro minori.

fol. 251. & 252. Sonchus primus & secundus peruersè stant. Nam aspera titulum falsum habet. Et primo in loco esse debet cum titulo sonchus aspera: & non lęuis.

fol. 257. Cichorij figurę malè positæ sunt: syluestris enim pro domestica, & domestica pro syluestri posita est.

fol 318. Irionis figura prima debet esse secunda, & secunda prima.

fol. 386. Chamęleonis nigri planta prima in secundo loco, & secunda in primo esse debet.

folio 525. & 526. Polij figurę transpositæ sunt.

fol. 624. figurę Clematis alterum inuersa sunt: vltima enim in primo, & prima in vltimo loco esse debet.

Iter Baldi ciuitatis Veronę montis,

In quo mirabili ordine deſcribitur Montis ipſius, atq; aliarum quarundam ipſum contingentium partium ſitus.

Recenſentur præterea quædam inſignes plantæ, ac herbæ ibi naſcentes, quæ vſui Medico plus cæteris conferunt.

Recens in lucem editum.

Ab honeſtiſſimo viro FRANCISCO CALCEOLARIO *Veronenſi Pharmacopola, in Campanæ aureæ officina.*

CLARISSIMO DOMINO
PETRO ANDR. MATTHIOLO SENENSI,

Sereniß. Principis Ferdinandi Archiducis Austriæ &c.
Consiliario, atque Medico primario.

Franc. Calceolarius Pharmacopola Veronensis. S. P. D.

OPVSCVLVM *meum, quod antea Italico sermone edideram, tibi Latinum factum (vt petis mitto) cum tuo de plantis compendio in lucem edendum. siquidem communi hac lingua nunc conscriptum. omnibus in Europa nationibus tuo auspicio facilè innotescet, cùm tua mirifica monumenta per vniuersum ferè orbem circumferantur. Etenim non in Italia solùm, sed apud cæteras nationes, tantæ tu autoritatis extas, tamq; latè tua fama, nomenq; diffunditur, vt nedum libri de materia medica, sed & cuiusuis generis descripti, merito tibi dicari, & nuncupari possint, quòd à tuo tantum clarissimo nomine facilè protegantur. Accessit etiam, vt hoc tuæ authoritati voluerim commendatum, illa iam diu animo inhærens meo tuæ in me beneuolentiæ opinio, tot experimentis tuorum in me officiorum comprobata. quæ quidem me inducit ad credendum opusculum hoc meum non solum tibi carum futurum, sed tuo patrocinio apud omnes studiosos, & bonos viros non modicam gratiam initurum. Commodum sanè (vt scribis) huic libello in tuo de plantis Compendio futurum esse locum non diffido: nam ad medicam materiam re ipsa cognoscendam, non parum afferet commoditatis, atq; etiam quasi comitem præstabit, quo plantarum studiosi in montem illum stirpium ferè fœcundissimum ducantur, illasq; certis locis reperiant. Siquidem ab vrbe in montem cunctas ipsius itineris partes explicat, & quo commeatu in eo perficiendo sit opus. Locaq; omnia speciatim ostendit, in quibus diuersarum plantarum genera virescunt, ac florent, hac tamen serie, vt copiosiores tantum eorundem locorum stirpes commemorentur, nè cùm plura genera eodem in loco*

in loco oriantur, ſtudioſorum ingenia confundant. Quod verò copioſius reperitur, id locum ſibi vendicabit, eiq; nomen tribuet, & noſtrã conſiderationem ad ſe conuertet. Præterea cùm plura loca iiſdem plantis abundent, is modus deſcriptioni adhibebitur, vt eo adnotato, qui prius in itinere obuius fuerit, cætera deinceps prætereantur. ne ſint aliquæ præſtantiorum fortaſſe generum, de quibus ob earum dignitatem, meminiſſe oporteat, in quocunque habeantur loco; alioqui quantum poſſumus breuitati ſtudebimus. Vtinam verò de cæteris montibus, atq; locis, qui plantis raris, & mirificis abundant, ſimiles extarent hiſtoriæ, quæ non ſolùm indagatores ad loca illa perluſtrãda animarent, ſed iter oſtenderent, ac materiam medicam tot difficultatibus plenam ſuæ priſtinæ claritati, te duce, reſtituerent. Namque tuis doctiſſimis commentarijs theoriam continentibus, inſtructi homines diſcendi cupidi, ad alteram partem in ſcientijs omnibus neceſſariam, nempe experientiam ipſam, facilius ſeſe addicerent. cuius in plantarum notitia primas partes eſſe tu bene noſti. qui illam tam diligenter adhibueris: Optarem ſane cæterarum eiuſmodi regionum, poſſe me tibi hiſtorias conſcribere tuo ipſius compendio alioqui numeris omnibus abſoluto adnectendas. At vero id à me ſcio non requires, quod præſtari ab vno homine non poſſit: quare velim, vt animi mei propenſam erga te voluntatẽ (vt tua eſt humanitas) gratam ſuſcipias. cupio enim pro virili modis omnibus, tibi ſemper gratificari. Cæterùm Baldus mons non modico ſimplicium medicamentorũ numero refertiſſimus eſt: in quibus ego conquirendis, examinandisq; non mediocres impendi ſumptus, atq; labores, doctiſſimis ſemper ac peritiſſimis viris adiunctus. Inter quos fuere Iulius Moderatus, Antonius Tolomeus, Aloiſius Anguillarius, Vlixes Aldrouandus, & alij complures in Academijs Italicis ſtudioſi. Præteream præclariſſimos illos ſenes Hieronymum Fracaſtorium, & Lucam Ghinum. qui (quicquid in hac ſcientia profecerim mihi autores, ducesq; extitere.) Taceo Excellentiß. Monteſaurum, Iulianum Fumanellum, & alios præſtantiſſimos huiuſce ciuitatis medicos, qui tantum laboris per inuia, aſperaq; ipſius montis loca, quandoq; mecum ſubire non ſunt grauati, vt varios, ac mirificos naturæ effectus in plantis contemplarentur. Quibus non minus grata fuit mea herbarum obſeruatio, quàm mihi illorum de plantis doctrina iucunda, adeo vt iam poſſim multa de rei plantariæ controuerſiis in medium proferre, atq; ex ſententia determinare, quæ breuitati ſtudẽs & vitandæ arrogantiæ cauſa prætermittam: quãuis (proh dolor) hoc tempore à quocunq; vix in re plantaria tyrunculo hoc iam vſurpetur, vt vel peritiſſimis contradicere audeat ignarus quiſque. Huius autem Libelli forma tanquam cuiuſdam catalogi earum omnium plantarum erit, quæ in celeberrimo hoc monte reperiuntur: ſuis locis particulatim deſcriptarum vt cuilibet aditus, & luſtratio locorum omnium,

nium, atque herbarum inuentio facile pateant. Erit igitur in tuo hoc ſtirpium compendio ſatis congruens, quoniam illi plantas communiter exponenti ac figuris veras imagines oſtendenti, loca inueniendarum illarum deſcribens, tanquam famulus erit atque miniſter. Quinetiam commodiſſimè in tam præclaro herbarum omnium volumine, facilè hoc exiguum meum poterit illuſtrari, atque à calumniis omnibus quæ aliquam poſſe videntur caliginem obducere, tueri. vt non minus hæc loci mihi facta liberalitas, conceſſio, atque tutela cara ſit futura, quàm hæc mea voluntas tibi in hoc miniſterio tuis ſcriptis ſuggerendo grata. Bene vale.

Veronæ Idibus Februarij, M D LXXI.

ITER BALDI MONTIS,
FRANCISCO CALCEOLARIO

Veronæ in Officina Campanæ aureę Pharmacopola

Auctore.

ALDVS Mons in Italia celeberrimus in faucibus alpium quibus Rhetia ab Italia diuiditur, altiſſimus, latiſſimusq́; reſidet, in ipſis Veronenſis, & Tridentini agri confinibus. Hic itaque cacumen ad ſydera extollens, cęteros vicinos montes altitudine ſuperat, atq; excellit, adeo vt amœnitate, ſitu, pulchritudineq́; non ſit quouis altero inferior. Radices habet, qua Solem orientem ſpectat in Atheſis fluminis littore: qua verò ad occidentem in amœniſſimis Benaci oris. Ab Auſtro deinde campeſtrem quandam planitiem, & ab Aquilone alios alpium montes contingit. E cuius ſummo iugo magna cum luſtrantium voluptate atq; admiratione à ſiniſtra parte furibundum ſpectatur flumen, quod à præruptis & altiſſimis ſcopulis erumpens, per anguſtum admodum, & anfractuoſum iter rapidiſſimo curſu deſcendit ad valles. Ex aduerſo autem latere humiliores viſuntur colles, & fertiliſſimæ quoque valleculę, quas maxima campeſtris antecedit planities, ſpatioſa admodum, æqualis, in culta tamen & nulla arbore impedita, adeo vt planè mare latum repreſentet. Huius ſecundùm latus Atheſis flexuoſo itinere permeat, qui quāuis magnus ſit fluuius, ob diſtantiam tamen è ſummo montis vertice proſpicientibus paruus riuus apparet, & in ciuitatem ingredi cernitur. Viſitur & Ciuitas ipſa Veronæ, adeo, vt eius ſitus, forma, ædificia, ambitus totus, ac quæque eiuſdem partes diſtinctè ac particulatim internoſci queant. Quod ſi contigerit cœlum perſpicua ſerenitate clareſcere, vniuerſa agri Veronenſis planities liberè perſpici poteſt. Viſuntur quoq; vicinæ vrbes, & oppida, quæ adeo lucidè inſpicientium oculis apparent, ac ſi Belgici pictoris penicillo, omni cum arte, ac venuſtate, aliqua in tabella, aut potius linteo depicta ſpectarentur. Ab altera verò parte Benacus occurrit Lacus, qui quāuis ſex milia paſſuum diſtet, adeò tamen vicinus, ob culminis altitudinem videtur, vt ſi quis velociſſimo curſu, minimè ſibi temperans deorſum contenderet, exterrefieret quidem, veritus ne in eum collabiturus irrueret. Spectantur hinc circum lacum ipſum horridi admodum, ac inacceſſi montes, ſaxeæq́; crepidines, ac rupes, ſcopuli eminentiſſimi ac nudi: propius verò non procul à littore amœniſſimæ videntur oræ oleis, & myrtis refertæ: quin & virentes colles odoratis, ac denſis admodum lauris veſtiti. Pagi quoque multi, atq; oppida. Inſulæ, Peninſulæ, nauigationes, piſcationes, vndæ iamiam placidiſſimæ, mox in altum elatæ: littora fremere, nauigantes ad portus properare ex ipſo montis iugo cernuntur. Præterea, quod fortaſſe nonnullis mirùm videbitur, ſereno in montis cacumine exiſtente Cœlo, paulò tamen inferius denſiſſimis nubibus obſcuro, non ſolùm tonitrua horrenda, corruſcationesq́; quandoque fiunt, ſed & grandines, & pluuiæ impetuoſo admodum bombo, in ipſum decidunt lacum, non ſine magna nauigantium iactura. Quæ quidem omnia tam pulcherrima, admiranda, delectabiliaque ſpectacula faciunt, vt præ ſtupore nonnulli veluti attoniti fiant. Quemadmodum enim nullus ſpectantium oculus horum proſpectu ſatiari poteſt, ita nec lingua reperiri, quæ omnia rectè narrare ac exprimere poſſet. In ipſo autem monte tanta eſt locorum, & rerum varietas, quòd prorſus

longum

longum foret omnia ex ordine recenſere. Sunt enim vales ex puro ſaxo non paruæ, accliues, decliuesque, ſcopuloſę, atq; admodum ſquallidæ: è contra verò ſpatioſiſſima, ampliſſimaq; pratorum paſcua, numeroſa herbarum, & florum varietate referta, & ex his quidem plana quædam, atq; vmbroſa, quędam decliuia atq; aprica. Extant etiam ampliſſimorum fontium frequentes, ac limpidiſſimæ ſcaturigines, non ſolùm in imis montis ipſius locis, ſed in mediis, atq; etiam in ſummis eiuſdem iugis è quibus tam copioſę emanant aquæ, vt earum potu numeroſæ pecudum greges ſatis ſuperq; ſatiari queant: ad quorum ſcaturiginum fontes non gregarij paſtores modo, & ſyluani homines, verum & qui conquirendis plantis inſudant, expoſitis in gramine cibis, ſeſe refocillare ſolent, paucis adiunctis obſoniis. Prętereo, ne longior ſim, frondoſas, ac denſas fagorum, quercuum atq; ilicum ſyluas, quin etiam quaſdam caſtaniferis tantùm arboribus ſtipatas, atq; nonnullas, in quibus ſyluęſtres proueniunt pinus, atq; excelſiſſimæ abietes atq; larices. Cęterum quid dicam de aeris, cœliq; varietate? Mira profecto. Siquidem qui montem circūquaq; perluſtrant, breuibus etiam interuallis, magnam aeris inæqualitatem experiuntur, adeò, vt plerique non modo regionem, ſed clima ſe mutaſſe opinentur. quòd hæc quidem pars exorienti Soli, illa vero Occidenti aduerſa fuerit: quędam, quæ à Sole torreatur, alia quæ vmbras perpetuas habeat. Hic niuibus, ac glacie perpetuis ęſtate tota alget locus, ibi verò ęſtus eſt magnus. Aliis verò quibuſdam in partibus, omni ferè anni tempore vernalis quædam adeſt temperies; qua quidem locorum ac ſituum diuerſitate, fit quidem quòd tanta etiam plantarum varietas in hoc monte proueniat, quanta vſquam in Italia tota reperiatur. Diſtant igitur à Verona huiuſce admirabilis montis radices viginti milibus paſſuum: ab iis verò imis ad ſummam, quinque aut ſex milibus. Diſcedendo itaque Verona ad montem Baldum, ſtatim extra vrbem iter eſt per campeſtrem, latiſſimamq; planitiem, vbi copioſè vireſcunt.

Tithymalus { *Characias.* *Paralius.* *Helioſcopius.* *Cyparisſias.*

Pityuſa.

Sed paulò vlterius reperiuntur.

Paliuri genera plura, quorundam opinione deſcripta.
Blattaria.
Cotinus Plinij Roſola, vulgo dicta.
Geranium multorum generum.
Eryngium.
Lupinus domeſticus & ſylueſtris.
Anchuſæ tria genera.
Mille grana ab aliquibus Epipactis dicta.
Securidaca.
Dipſacus.
Attractylis.
Rubea.
Thaſpi multorum generum.
Plantago aquatica.
Sium.
Glaucium.
Siſymbrium aquaticum duplex.
Xiphium.
Ocimoides.

Interea peruenitur ad pagum quendam, qui diſtat ab vrbe quinque milia paſſuū ſuper dextra Atheſis parte in campeſtris planitiei latere poſitus: cuius nomen multis innotuit gentibus. & præſertim Tranſalpinis militibus, qui è Germania profecti in Galliam Ciſalpinam contendunt. Buxolengus ei nomen eſt ita à viuo colle appellatus, qui totus Buxo arbore veſtitur. Hinc itaque vlterius proficiſcendo, quæ ſequuntur hic plantæ reperiuntur.

Botrys. *Amellus Vergilij.* *Acanthus.*
Hypecoum Matt. *Aliſma.* *Erithrodanum maius & minus.*

Aſtragalus

Aſtragalus.
Terebinthus.
Abrotonum album.
Mahaleb.
Helichryſum.
Flammula Iouis.
Onoſma.
Berberis vulgaris.
Holoſtium.
Rhamnus tertius.
Spergula. i. Apparine.
Tragoponum flore purpureo, & luteo.
Bellis maior & minor.
Anthemis flore albo, & rubro.
Adonis Matthioli.
Cotula fœtida.
Aparine.
Gallium flore albo & luteo.
Alyſſum quorundam.
Althea.
Colchicum.
Pſeudomyagrum.
Lagopus.
Aegylops.
Polium alterum.
Lycium.

Hinc peruenitur ad quandam meam poſſeſſiunculam, quæ Riuole (quaſi Ripa) noſtra vulgari lingua vocatur, vbi fuit antiquitus in ſummo colle Arx loci natura tunc temporis munitiſſima, de qua in hiſtoria Veronenſi frequens fit mentio, cuiuſque adhuc diruta viſuntur veſtigia, atque ruinæ. Hic quoque ſuos habet fines vallis Lagarina, qua iter eſt, quo Tridentum, & in Germaniam itur. Ad hanc vſq; Arcem creditur Atheſim olim peruenisſe. anteaquam fauces illę montis hominum induſtria diducerentur, quæ la Chiuſa vulgo dicuntur. Quoniam autem merces ratibus per Atheſim allatæ, ad hanc vſque arcem, ad ripam tanquam in portum conuehebantur, facile locus hic Ripæ nomen adinuenit, vnde nos Riuole corrupta appellatione vulgari idiomate appellamus.

Hinc per quandam vallem iter dirigitur, frugiferis campis, & pratis, atque gelidiſſimis fontibus, vtiliſſimisque refertiſſimam, in qua, in ipſo itinere inueniuntur, ſtirpes non paucæ; quæ hęc ſunt.

Pulſatilla Matthioli.
Liguſtrum.
Reſeda Plinij.
Polygala.
Dryopteris.
Polypodium.
Tribulus terreſtris.
Amellus.
Vincetoſſicum, ſeu Aſclepias, vt quidã volunt.
Alliaria.
Pſyllium foliis Coronopi
Polemonia.
Olyris.
Lupinus ſylueſtris.
Chondrylla.
Digitalis lutea, & purpurea.
Cacalia.
Centaurea media.
Ageratum.
Ariſtolochia vtraque.
Euphragia.
Oenanthæ. i. Filipendula.
Galiopſis.
Eupatorium Dioſc.
Heliotropium maius.
Ballote.
Populus vtraque.
Alnus.
Periclymenum.
Chamępitys.
Hermodactylus Meſ.
Stachys.
Lunaria odorata.
Draba.
Atriplex ſatiua & ſylueſtris.
Iberis.
Crocus ſylueſtris.
Frumentum Saracen. Matthioli.
Thymbra.
Elleborus niger.
Daphnois.
Bryonia.

In poſtremo huiuſce vallis loco, pagus eſt Caprini, vbi ab imo Baldus mons incipit attolli. Quo in loco opus eſt in montem aſcenſuris, ſibi commeatum comparare, niſi eum ſecum è Verona tulerint, quinetiam de veſtimentis ſibi prouidere, ad ſuſtinendum ſi opus fuerit die quidem imbrem & ventos, nocte verò frigus: vlterius enim pagi non ſunt, vbi neceſſaria nanciſci poſſint, ſed tantum paſtorum tuguria & ſyluanorum hominum caſæ. quam ob cauſam non eſſet ab re etiã iumenta habere, quæ tentorium militare, & alia vtenſilia deferrent. Cęterùm tranſmiſſo Caprini pago, hæc in propinquis locis reperiuntur.

Viola arboreſcens.
Scabioſa.
Morſus diaboli.
Conſolida Regalis.
Viola alba Theophr.
Oxys.

Anagallis vtraque.
Iaccea nigra.
Sideritis Achillea.
Mithridatica.
Alectorolophos, ſeu crista galli.
Pes anſerinus.
Xanthium.

Symphytum maius.
Alopecuros.
Delphinum. i. flos Regius maior & minor.
Dictamnum album.
Flos Solis Matthioli.
Anthyllis.

In ipſo autem aſcenſus initio, inuenitur Coronę templum Deiparæ virginis dicatum: magnæ ſanè religionis, ac non minus loci ferè inacceſſibilis natura, mirabile, quò in quibuſcunque feſtis diebus D. Mariæ virgini conſecratis, ac ſolemnibus, magna admodum hominum confluit multitudo. Cæterum confluentibus tranſeundum primum eſt ab vnius montis iugo in alterum per longum admodum ſubliceum pontem: deinde verò aſcendendum accliui admodum calle, adeoque anguſto, vt vix ſinguli commodè incedere valeant, quo ſæpe fit vt obuiis factis vix locus ad tranſitum ſuperſit. Ab ipſa ſolummodo natura anguſtus iſte tranſitus factus eſt in montis ipſius latere in marmore, quod vtrinque inſtar parietum ad perpendiculum excurrit. A calle verò ipſo ad ſummum montis faſtigium tantę altitudinis ipſum eſt latus, vt vix telum validiſſimo arcu excuſſum ſummum locum attingat: ab eodem verò ad imum, quingenti aut fortaſſe plures intercedunt paſſus. At quò iter hoc ſpectantibus terribilius eſt, proficiſcentibusq; laborioſius, tanto magis ad aſcenſum inuitat animi voluntas videndi ac perluſtrandi tam ſolitarię religionis Fanum: & quoniam in calle ipſo naſcuntur.

Saxifraga maior Matthioli. *Daucus Creticus.* *Corydalis, ſpilt* quibuſdam dicta, atque etiam pyrethrum, non fruſtra iter illud perficitur. A Coronæ deinde templo recedendo multæ ſeſe offerunt ſtirpes. nempe

Palma Chriſti diuerſarum generum.
Chamęleon albus.
Gratia Dei.
Conyzæ omne genus
Seſeli Aethiopicum
Myrrhis.
Cicuta.
Perfoliata
Aizon multorũ generũ.
Phalaris.
Oxylapathum.
Seſamum.
Rhus.
Caſtanea
Oxyacanta magna.
Thalictrum.
Caryophyllata montana Matthioli.

Biſtorta.
Egipyros.
Campanula Fuchſii.
Pecten Veneris.
Pes anſerinus.
Centaurium minus.
Epimedium.
Ciymenum Matth.
Spina alba.
Virga aurea
Batrachium Apuleij.
Gingidium.
Elatine.
Pityne Theophr.
Auricula muris.
Triticum vaccinum.
Seſeli Creticum.

Lamium Plinij,
Haſtula regia flore albo.
Hornithogalum.
Phyllirea.
Verbaſci plura genera.
Ophioglosſon.
Sanicula Diapenſia.
Sanguiſorba.
Arum minus.
Seſeli Peloponenſe.
Phalangium copioſum.
Cardiaca.
Eruca.
Clymenum Plinij.
Tilia.

Poſt Coronam haberi poteſt hoſpitium in pago Ferrario, à quo parum inuicem abſunt Prabazarius, Maon atque Nouetia loca ſanè cęteris altioribus cultiora, atque mitiora. Hinc item aſcenditur in latiſſima ac vberrima prata, fontibus pulcherrimis

cherrimis referta; vbi numeroſæ, ac magnæ ouium, & armentorum greges aluntur, à Maio menſe in Septembrem vſque. Hæc inter ſpatia naſcuntur.

Peplus.
Horminum ſylueſtre.
Trinitas.
Aconitum Pardalianches quorundam.
Solanum maius, ſeu Bella donna.
Aſarum.
Crocus martius.
Polygonatũ anguſtifoliũ
Prunella. i. conſolida minor.
Eryſimum.
Picris maior & min.
Orchis multorum generum.
Antirrhinum duarum ſpecierum.
Tuſſillago duorum generum
Bellis cæruleus.
Hyoſcyamus albus.
Phu paruum.
Sagitta Matthioli.
Onobrichis.
Lonchitis aſpera.
Sferra cauallo.
Seſeli peleponenſe.
Haſtula regia flore luteo.
Primula veris
Ambroſia duorum generum
Amellus.
Allium anguinum Matth.

Per hæc itaque prata proficiſcentes in Atilonem perueniunt, vbi à dextra vallis eſt ingens, quæ a ſummo ferè montis iugo vſque ad Atheſim profundiſſima permeat: in qua imbrium aquę, atque fontium circum ſcaturientium excurrunt: Quę quidem vallis a loco ſuperius citato, vernacula lingua, La valle de Artillon nuncupatur. Hæc itaque ab his qui plantarum cognitione delectantur commemoranda, ac celebranda fuerit, quòd in ea complura præſtantiſſimarum plantarum genera abundè proueniant, quæ non dixerim in Italia ſolùm, ſed fortaſſe in vniuerſa Europa vix reperirentur. Equidem ego hoc profectò aſſerere poſſum, me hanc in vallem non veniſſe vnquam, quin nouam aliquam pulcherrimam; nec antea viſam repererim plantam: Hic autem etſi plura plantarum genera ex iam commemoratis naſcantur, eorumtamen, ne prolixior ſim, haud iterum meminero, verùm de his tantum ſermonem faciam, de quibus hactenus non ſcripſeram. Et ſunt hę.

Scorodonia.
Piloſella. { *Maior.* *Minor.* *Media.*
Phu minimum.
Gnaphalium.
Semperuiuum vtrunque.
Pulmonaria.
Nardus Celtica.
Sideritis prima.
Rubus Idæus.
Onagra.
Solidago Saracenica.
Biſolium.
Petaſites quorundam.
Samicula Cordi.
Digitalis.
Virga ſanguinea.
Arbutus.
Clematis altera.
Senetium maius.
Senetium minus.
Sambucus racemoſa.
Sorbus torminalis.
Sorbus ſylueſtris Matth.
Aconitorum diuerſa genera.
Chryſanthemum flore albo.
Noli me tangere.
Tithymalus maior.
Angelica.
Napellus flore albo.
Cirſium.
Vua vrſina.
Filix vtraque.
Tilia arbor.
Clynopodium.
Erica vtraque.
Meu.
Viola lutea.
Panax Chironium.
Saxifragia alba.
Diapenſia.
Tormentilla.
Taxus arbor.
Ariſarum.
Cyclaminus duorũ generũ.
Phyllirea.
Myrtillus Matthioli.
Chamæceraſus.
Tora.
Nardus montana.
Tragium Germanicum ſiue vulnaria.
Cyanus maius, & minus.
Dryopteris.
Satureia.
Muſcus terreſtris.
Herba paris.
Combretum Plinij.
Daucus cretenſis.
Lychnis ſylueſtris.
Campanula cærulea.
Hyſſopus Montana.
Coſtum amarum vulgare.
Phylon.

Antitora.	*Lucciola.*	*Carum.*
Lunaria racemosa.	*Gentianula flore purpureo.*	*Genista alpina.*
Betonica.	*Luparia, aconiti species.*	*Dentaria.*
Viola marianna.	*Napellus retiformis.*	*Martagum.*
Orobanche mag.	*Sigillum Salomonis.*	*Fragaria.*
		Lampsana.

In superiori huiusce vallis parte quædam pastorum sunt tuguria, vbi Veronensis agri & Tridentini fines habentur, a quibus non longè abest Sylua ingens resiniferarum arborum, Tiliæ, Betulæ, Carpini, Anagyris vtriusque. Aquifolij atque aliarum arborū, refertissima, in qua Monticolę, ac Syluani homines resinam ferè omnegenus, nempe Larignam, Pineam, Abiegnam, Piceamque colligunt, quin etiam, & è Larice Agaricum. Circum hasce pastorum attegias prata similiter habentur, in quibus album Veratrum, albusque Chamæleon, Calamintha montana, Gentiana, & Napelli genera omnia abunde proueniunt.

Dum autem hinc ad summum montis iugum ascenditur, reperitur longo satis spatio Silermontanum, & Seseli Peloponense. Cuius radices impostores quidam legitimi costi vice suis in Theriacis vsurpare voluerunt. Hic vera reperitur Cistus atque Hypocistis. A dextra relinquuntur altissimæ, atq; asperrimæ mōtis summitates quę ab Vrsis, Lupis, Sylvestribus capris & id genus feris quadrupedibus frequentantur. Quibus in locis inter durissimos lapides enascuntur tria illa plantatum genera, de quibus quoque superius meminimus. Nempe Montana, & Celtica nardus, atque Cretensis daucus.

Hinc haud longè Mons distat, quem maiorem appellant, quòd cætera Baldi montis fastigia excellat. in cuius summa parte planities est herbosa, nec omnino inæqualis, e qua ampliſſima spectatur regio. pagis & oppidis numerosis referta. Mantuam, Ferrariam ac etiam Patauiam vsque sese diffundens: Ex altera verò parte omnes citra, vltraque Benacum oræ, à Ripę Tridentinę oppido, vbi Benacus ipse Lacus initia sumit, ad Pischeriam vsque, vbi ad exorientem Mintium fluuium terminatur, oculis subiectæ sunt: quæ quidem amœnitate, venustate, pulchritudine, omnique delitiarum genere adeo nitent, vt nihil delectabilius inueniri possit. Ibi enim ferè vbique viridaria habentur, in quibus Armenica mala, Aurantia, Limonia, & quæ Adami poma vulgus appellat perpetua fronde virent. adeò vt toto ferè anno perpetuo vere fruantur accolæ, cùm non solùm odoratissimis floribus, sed fructibus, hæ prętiosissimæ arbores onustę perpetuo ferè spectentur. Hic secus itinera sepes vbique ferè sunt ex Lauris artificiosissimè concinnatæ, nullo ramusculorū discrimine. Nec hoc mirum videri debet, cùm Laurus frequentissima in collibus, & nemoribus sua sponte proueniat. cæterum & illud quoq; omnē superat admirationem, odor, nempe suauissimus, qui afflatu quodam mirabili ab Aurātiorum & Myrti floribus spirat. Siquidem hæc Hesperidum plantę absque multa cultorum opera in agris & collibus propagantur, & in eā se attollunt proceritatem, qua aliis in locis, & Salices, & Vlmi prouenire solent. De viridariorum horum prouentu ac vbertate, vix quispiam crediderit, quippe ex vno tantum terræ iugero Medicorum Malorum consito, centū, & quinquaginta, & quandoque plures ducatos coloni annuatim recipiunt. Succurrit nunc dum de his verba facio, me pluries non sine admiratione obseruasse in hoc ipso agro viniferas vites, numerosis admodum oleis ipsisq; pulcherrimis, & speciosis, adalligatas, & sub ipsis copiosas crescere segetes. adeò vt vno tantum agro, frumentum, oleum, & vinum recipiant. Hic fontes multiplices inspicias crystalli instar limpidos, & riuulos labentes, qui per pagos illos grato murmure excurrunt; propè quos ædificia magni sanè vsus erecta sunt tum ad frumenta

menta molenda, oleum exprimendum chartamque parandam, tum ad ferrum excoquendum. & malleis ducendum effigiandumque. cuius metalla his in locis copiosa habentur, atque, vt vno verbo dicam, ora Benaci lacus, quantulacunque sit, cęteras Cisalpinæ Galliæ oras amœnitate, prouentu, pulchritudine, ac omni delitiarum genere facilè antecellit: Sed hæc obiter dicta velim, vt plantarum cognoscendarum studiosos, qui ad montem Baldum videndum proficiscuntur ad hanc quoque fertilissimam, amœnissimamque oram inuisendam inuitarem. Quod si fecerint non solùm magna cum voluptate dies noctesq; transigere poterunt, sed prompta his erit occasio tres singulares videndi plantas. Etenim in Turri vallecula, citra lacum posita Mandragoram copiosam inuenient: Ad Diuum verò Vigilium montem habebunt, cuius totũ latus Rhododendris stipatum cernitur, floribus tum albis, tum rubris, admodumque speciosis. Quin etiam in minoritarum monachorũ insula, floridam, ac pulcherrimam videbunt Palmam, quæ quidem hac in nostra regione arbor spectatu rara admodum est. Sed vt iam ad rem propositam redeamus. In ipso itaque monte maiori, de quo dicebamus nascuntur

Lunaria racemosa.
Pseudo doronicum.
Sanniculæ variæ species.
Leontopodium Matthioli.
Geranium argenteum.
Alchimilla argentea.
Polium primum.
Orobanche valde magnum.
Auricula muris.
Calamintha.
Aquileia fusca.
Cynocrambe
Cneorum Matthioli.
Picea sylueſtris ab incolis appellata.
Mughus Matthioli
Pinus sylueſtris montanus.
Lampsana.
Fabaria.
Scorpioides.
Lunaria Græca.
Chamælea
Thymelea.

Propè montem ipsum maiorem vallis est de ossibus dicta, eam (vt puto) ob causam, quòd in altera propinqua vallecula circum theatri instar, omni ex latere, lapides complurimi exesi ac perforati extent, ac promineant, quæ humanæ caluariæ speciem, ac cętera ossium genera repræsentent. cur autem lapides hi excauati, attritiq; videantur, aliunde prouenire non crediderim, quàm ab ingentibus frigoribus. Siquidem locus is rarò à solis radiis incalescit. Nam cùm hic essem Iulio mense ardente iam Syrio, & niues, & glaciem copiosam inueni. Hic circũquaque copiosa est

Iberis.
Ilex
Filipendula duplex.
Mentha vtraque
Menthastrum.
Solanum maius. i. herba bella donna
Eptaphyllum
Aparine
Simphytum petræum.
Acacalis
Antyllis
Anemones multorum generum.
Chondrylla multiplex
Hedera terrestris
Carduus vulgaris
Libanotis
Verbenaca.
Apocynum.
Pistolochia, i. Capnos magna
Sphondilium.
Serpyllum vtrunque.
Panax Heracleum.
Collutea.
Pentaphyllum album.
Vmbilicus Veneris alter.
Phyteuma Matthioli.
Sambucus montana.

Paulò vltra ossium vallem in ipso primo descensu, per vniuersum ferè latus, cui vallis vaccaria nomen est, pratorum spatia sunt, minutissimarum herbarum tam plena varietate, vt subnigricantem ferè colorem repræsentent, mira interim florum emergente varietate: quę quidem nullo cespite aut lapide impeditę adeo firmæ, vegetęq; assurgunt, vt quanuis die tota à pecudibus depascantur, resumentes noctu quicquid diu deperdiderunt, primo statim mane florentes, & prorsus intactæ sese osten-

oſtendunt, nullo eroſionis veſtigio apparente adeò, vt longè magis valeant, ac adoleſcant, quàm quæ in hortis ſepibus & muris obductæ diligenter excoluntur. In his itaq; locis pululant, ac floreſcunt

Arthetica.
Galiopſis
Caryophyllata montana Matth.
Gentiana.
Thapſia.
Peucedanum.
Nerium alpinum.
Potamogetum.
Ferula.
Anonis
Carduus lacteus
Herba gattaria
Gramen Parnaſi
Ageratum.
Ptarmica
Pæonia.

Mediis hiſce priuatorum ſpatiis locus eſt paruus, ac planus, montis lateribus, neſcio an ab arte, aut natura exciſis in ſemicirculi modum. Ibi interiori, ac ſuperiori parùm loco ex ipſo viuo ſaxo, aqua clariſſima prorumpit, quæ non ſine grato murmure in planitiem delabens, magnum, ac nitidiſſimum alueatum conficit fontem. quæ verò ſuper defluunt aquæ à ſummis fontis ipſius labris exiguam planitiem illam circum eunt ac deinde diuerſos in riuulos diuiſæ, per virentes defluunt herbas. Paſtores hunc fontem Brigaldellum vocant. Inſignis quidem, ac celeberrimi nominis fons hic eſt, tum ob aquarum ſcaturientium vbertatem, tum quòd potu omniũ opinione cęterorum fontium ſaluberrimus habeatur: qua propter quoſcũque in ipſum aduenientes montem, itinere defatigatos ſuo murmure ad ſe inuitat, & ad gratiſſimas vmbras circũſtantes allicit. Circum huiuſce fontis riuulos Imperatoria copioſa prouenit, & aliæ quoque plantæ. Cæterum haud longè à vaccaria valle adiacet Ime, ſeu vallis Baſſiana, vbi prouen iunt

Abutilon
Cruciata
Barba capræ.
Aconitum luteum roſeo flore.
Radix rhodia.
Capnus.
Rubea ſatiua.
Iaccea.
Aliſma.
Cirſium.
Centaurium magnum copioſum.

Poſt vallem Baſſianam vallis frigida paulò inferius eſt. In quibus vallibus prata itidem habentur. verùm non adeo pulchra, lataq; vt in valle vaccaria. Cur autem ita vocentur hę valles, quid aſſeram non habeo. Scio tamen infrigida ipſa valle prouenire hæc, quę ſequuntur ſimplicia.

Polygonatum anguſtifolium.
Clymenum Plinij
Erithrodanum.
Elaphoboſcum.
Echium.
Geniſta Germanica.
Chelidonium minus.
Cirſium.
Daphnois
Chamælea.
Coronopus ſerpentinus Matt.
Hypericum
Aſcyrum
Androſæmum
Cori.

Ad hæc vſque loca non vulgares illæ repetiuntur plantę, de quibus ſuperius hactenus meminimus, nec reliquum eſt, vt de iiſdem vlterius ſermonem faciamus. Qui verò in montem veniunt, & ſi redeant Veronam aut eodem, quo venerunt itinere, aut alia, qua velint via, plura tamen ſimplicia, quæ vſui aliquo eſſe poſſint, quàm quę à nobis conſcripta ſunt, profectò non inuenient: quare de itinere redeundi, nihil mihi ſcribendum fuit, ne verboſius quàm par ſit, hiſtoriam hanc proſequi videar. Breuitati ergo indulgens, vt ab initio mihi propoſui de reuerſionis itinere nil aliud ſcribam, quàm quod poterit vnuſquiſque pro ſuo arbitrio vel hunc vel illum tramitem ſibi deligere. Cæterùm ego quidem breuem hũc plantarum libellum, in

Baldo

Baldo monte, naſcentium, ſcripſiſſe volui, vt nonnullorum precibus obtẽperarem, atq; etiam in publicum vſum edere. quem ſi quis legere, & ſecum habere non dedignabitur, is quidem per ſe ſe ad ſtirpes ſibi comparandas in montem ipſum aſcendere poterit: indeq; ſimplicia fere omnia aſportare, quæ in cõmunem pharmacopæorum vſum eſſe debent, eaq; pręſertim quæ non vbique reperiuntur. Quandoquidem noſter iſte Mons, non ſecus ac pulcherrimus hortus in quem coloni ex diuerſis regionibus complurimas raras attulerint plantas, ſua ſponte refertiſſimus, fœcũdiſſimusq; habetur. Poterit quoque meum hoc opuſculum non ſolùm his, qui medicę materię dant operam, quique medicam facultatem profitentur, ſed & quibuſcũque qui rem plantariam excolunt, eſſe non ſolùm vtile, ſed etiam iucundum. Nam perceptis prius apud Dioſcoridem plantarum hiſtoriis, notis, ac ſaporibus, atq; amplius ex doctiſſimis, refertiſſimisq; Matthioli cõmentariis, ac ex nouo eiuſdem plantarum compendio, in quo pariter extant plantarum icones ad viuum expreſſæ quod ſecum quocũque venerint deferre poterunt: quin etiam ſi contigerit ibi eſſe quenquam plantas conquirentem, vbi non vna, ſed cuiuſcũque generis ſexcentæ vel plures breui etiam ſpatio conſpiciuntur, poterit proculdubio ſpontè, & per ſeſe illas iam inſtructus inuenire, atq; cognoſcere. Similiter quandocũque alicui ſtudioſorum aliorũ vè bonorum virorum comitatui, aut animi refocillandi gratia, aut ſpecioſę, raræq; alicuius plantę viſendæ deſiderio in ſuo natali ſolo, ad hæc amœna loca ſe conferre libuerit, id illis vnius huiuſce noſtrę admonitionis auxilio, factu facilè futurum ſpero. vbi forte perito, atq; exercitato duce carerent. Neque (vt ego reor) eos ſuſcepti laboris pœnitebit, cùm ſenſerint, atque nouerint non modò delectationem ferè incredibilem, ſed maximam inde ſe percepiſſe vtilitatem. Tantam enim re vera, animi tranquillitatem lętitiamq; ex hoc itinere percipient, quantam mente concipere, aut verbis exprimere nemo vnquam poſſit. Cuius rei fidem facere poſſent Clariſs. ac Reuerendiſs. Antiſtes Hieronymus Lipomanus, Franciſcus Ianuarius, Iacobus Moſchaleus. ambo non ſolùm nobilitate clari, ſed benigniſſimi quoque, & mei amantiſſimi. quin etiam Excellentiſs. Fumanellus & Gerrinonus acerrimus ſimplicium indagator, ac nobiliſſimi Veronenſium complurimi, & aliarum Ciuitatũ Proceres illuſtresq; viri, rei plantarię ſtudioſi, qui ſolitarios hos tractus peragrantes, tantum delectationis, & voluptatis capiunt, vt ad vitales ſpiritus exhilarandos, & ad animum vel curis, vel ſtudiis, laceſſitum ſubleuandum, potiorem locum non inuenientes, iſtuc quotannis ſumma cum iucunditate ſe ſe conferũt. Inuiſerunt quoque mecum, ac perluſtrarunt vniuerſum hunc montem Ioannes baptiſta Oliuus Cremonenſis, & Nocetus Pontremolenſis medici excellentiſſimi & non ſimplicium modo, ſed compoſitorum quoq; medicamentorum admodum ſtudioſi. Cęterum vt iam finem dicendi faciam, qui, rariores, prætioſioresq; expetunt plantas, quàm, quæ in Baldo monte proueniunt, ij in Cretam, Cyprum, Syriam, Ægyptum, atque orientalem Indiam nauigare poterunt, vt ſuperioribus annis faciebat honeſtiſſimus Cecchinus Martinellus Venetiis pharmacopæus in Angeli officina, vir quidem apprimè medicæ materiæ peritus, nec vnquam ſatis laudatus. Id, quod ego quoque facerem, ſi per illum in quo nunc ſum vitę ſtatum, liceret.

FINIS.

Venetiis, in Officina Valgriſiana. 1571.

℞ Radicis Pimpinellæ. Torrentillæ. ana ℥j. Corti: Citri. ℥ij.
Terræ sigil: ℥ss. Sos. Armeni Orien: ℥ij. Myrræ. Aloes. Ligni: an: ℥
Crocj. ℥j. Masticis. ℥iij. Succari. ℥iij. fiat Pulvis contra
Pestem p̄ p̄servatione quantū tribus digitis potest capi, tempe
necessitatis Ducatj in Aqua Borraginis vel Buglos
cum aceto modico



Zum dritten,

Nim die Nägelein, die in den Köpflein drey Kreutzlein,
wachsen, koche sie an dem Angel, pollen alß dritt fürgeschrieben
steht. fo: 388.



ARCHIVE